FLORES GRAMMATICALES

ARABICI IDIOMATIS

FLORES GRAMMATICALES
ARABICI IDIOMATIS

EX OPTIMIS GRAMMATICIS, NEC NON PLURIBUS ARABUM MONUMENTIS COLLECTI

STUDIO ET LABORE

FR. AGAPITI A VALLE FLEMMARUM

ORD. MIN. S. FRANCISCI, PROVINCIAE TRIDENTINAE
IN SEMINARIO PATAVINO ARABICAE LINGUAE QUONDAM LECTORIS.

EDITIO PRIMA ROMANA IN MELIOREM ORDINEM REDACTA
ET VARIIS ACCESSIONIBUS LOCUPLETATA

A VINCENTIO F. CASTELLINI

LINGUAE ARABICAE IN ROMANO ARCHIGYMNASIO PROFESSORE
ET IN VATICANA BIBLIOTHECA EJUSDEM LINGUAE, ET SYRIACAE INTERPRETE.

ROMAE

TYPIS S. CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

MDCCCXLV.

TYPOGRAPHIAE

S. C. DE PROPAGANDA FIDE MODERATORIS

MONITUM.

Absumptis pene omnibus Grammaticae exemplaribus, quam de Arabica Lingua Cl. Thomas Erpenius *conscripserat, quaeque iterata vice ex hoc Sacri Consilii Christiano nomini propagando typographeo prodierat, novam ejusdem Operis editionem parare in animo fuit, ad hujus perutilis sermonis studiosorum usum, et praesertim Scholarum Collegii Urbani. Sed re consideratius perpensa, collatisque consiliis cum eruditissimis Viris, qui Arabicam linguam apprime callent, decretum statutumque fuit, non Erpeniana sed alia Arabici idiomatis rudimenta prelo committere. Et re quidem vera, quam maximi momenti visum est, adolescentes illos, qui in hoc percelebri Collegio Urbano litterarum omnium studio excoluntur, non solum in docto, seu, ut vulgo dicitur, Scripturali idiomate Arabico, sed etiam in Vulgari exercitandos versandosque potissimum esse, ut Catholicae fidei praecones evadentes, popularibus suis facilius Christianae legis praecepta tradere possint, quaestionesque enodare. Praeterea sunt alii, qui huic linguae addiscendae operam navant, nullo praeceptoris ductu, quibus*

facilior est sternenda via, ne contractio et regularum brevitas aditum obstruant, eosque ab hujusmodi studio rejiciant.

Quae rationum momenta tanti ponderis visa sunt, ut, seposita Erpenii *Grammatica, quae solius docti sermonis regulas tradit, et nimia concisione laborat, alia potius anteferenda esset, quam Cl. Fr.* Agapitus a Valle Flemmarum *Ord. Min. s. Francisci Reform. Arabici Idiomatis Lector Patavii anno* 1687 *ediderat, quaeque eruditorum judicio probata magnoque fuit plausu excepta.*

Sed in hunc librum denuo typis nostris instaurandum diligentiores curas conferre opus fuit, ut prior nempe editio accuratius recenseretur, et utilior studiosorum commodo, quoad fieri posset, evaderet. Hujus rei perficiendae munus Cl. Vincentio Ferd. Castellinio, *Linguae Arabicae in Romano Archigymnasio Prof. Suppl. et in Vaticana Bibliotheca ejusdem Linguae et Syriacae Interpreti, demandatum fuit, qui totis viribus et exquisita, qua pollet, solertia hoc officium naviter explevit. Nonnulla in meliorem formam redegit; menda, in patavinam editionem illapsa, correxit; varias denique accessiones adjunxit.*

Editionem hanc nostram secundis curis expolitiorem, benevole Lector, excipe lubenti animo, eaque utere in perdiscendo Arabico sermone, quo vix ullus in amplissimis Orientis regionibus uberior occurrit.

AUCTORIS PRAEFATIO

AD LECTOREM

ARABICAE LINGUAE AMANTEM.

Praemonendum te, Lector benevole, aequum duxi, me tibi non rudem, ignobilem, ac inutilem Linguam, ut multi eam ignorantes contemnunt; sed nobilem, famosam, et eruditam sincere proponere, cum nihil humanum, nunc antiquius, ampliore, elegantiore, utilioreque usu pateat lingua Arabica; quemadmodum Catholicorum, et Arabum doctores, hujus Idiomatis eruditissimi, uno ore, ac unanimiter hoc vel simili modo testantur.

1. Inter antiquissimas merito refertur, utpote ex matricibus una: ab ipsa enim Heberi familia primum nata, cum gente sua, post cladem Babylonicam et linguarum divisionem, late diffusa, neque ullo ejus excidio deleta, in proprio solo, idest in regione Saba, vel Sabaea, incorrupta absque aliarum mixtione per annos prope ter mille delituit, et conclusa remansit.

2. Postea vero intra illos limites coarctari dedignata, ampliores sedes nacta est, exorto impostore illo Muhammede, cujus superstitio ubicunque pervenit, et Muhammedanorum arma victricia gentes subjugarunt, ibi lingua Arabica, vel paulatim vernacula facta est, linguam nativam obliterando; vel pro doctorum lingua habita est,

cum suum Alcoranum in alias linguas transferri nefas putent Muhammedani, ne scilicet profanetur. Hinc per immensos terrarum tractus ita propagata est, ut Latinam, Graecam, et Sclavonicam multum superet; et non tantum per Anatoliam (licet cum Graeca, et Sclavonica permixta) et Armeniam, sed et in partibus Orientalibus Ciliciae, ultra fluvium Pyramum, ut et in Syria, Mesopotamia, Palaestina, Arabia Felice, Deserta, Petraea, Aegypto, et inde per Africam ab Aegypto ad fretum Gaditanum, per totam Barbariam, et per omnes terras, quae inter Mare Mediterraneum, et Montem Atlantem interjacent (exceptis Maurocenorum quibusdam partibus) facta est vulgaris et vernacula, aliquantum tamen corrupta, et dialectis varia. Imo in Persia, et regno Magni Mogul, in Indiae variis provinciis, apud Japonenses, item Chinenses, Tartaros, Abyssinos, omnesque fere insulas Orientis, radices altas fixit. Et ubi vernacula non est, in scholis, ut Latina et Graeca apud nos, a pueris addiscitur; nec tantum Christiani, qui inter Muhammedanos dispersi vivunt, sed et Judaei, Samaritani, et Pagani, hac lingua utuntur. Quemadmodum vix ullum Europae extitit Regnum, quod, ceteris literis gaudens, non etiam hasce pandendi studiosos habuerit viros, qui ad extremum vitae, curam ea in re et industriam collocarunt. Sicuti etiam in Concilio Viennensi sub Clemente V. celebrato, sancitum est Decretum de linguarum studiis, inter quas Arabica praecipue nominatur; quod postea Martinus V. renovavit.

3. Elegantiam hujus linguae in Verborum apta significatione, copia, gravitate, suavitate orationis, elucere docent docti; quibus addere licet puritatem ab alienis mixturis liberam. Verborum copia tanta est, ut et Graecam, et Latinam longe superet, quae inopes prae hac videri possunt: et quamvis vocum compositionem non agnoscat, omnia tamen aliarum linguarum composita plene eleganterque exprimit; maximam quoque habet varietatem conjugationum, quibus significationis vis multum variatur.

4. Facilitas vero tanta est, ut si quis quotidie paucas horas ei impenderit, inter quatuor vel sex hebdomadas Linguae fundamenta addiscere possit; et brevi laudabiles progressus faciet: multo enim facilior est quam Graeca, vel Latina, etiam Hebraica, cujus difficultates, et anomalias, et punctorum mutationes fere ignorat Arabica lingua vernacula; quidquid de Scripturali, et Grammaticali disserendum occurrat.

5. Utilitas vero hujus linguae, et beneficium longe maximum est quod cum Mauro, Aegyptio, Syro, Persa, Turca, Tartaro, Indo, et, ut semel dicam, fere in toto Terrarum Orbe sine interprete conversari valemus, quodque optimos Auctores, et disciplinas possumus nostris Juvenibus tradere, omnes christianae fidei hostes gladio confodere, eos ex ipsorum dogmatibus refellere. Praeterquam quod Arabes semper literis operam dederunt, et infinitos fere libros erudite scripserunt medicos, philosophicos, geographicos, mathematicos, poeticos, historicos, politicos, chymicos, etc. praeter plu-

rimos Graecorum, Latinorumque auctores antiquos, etiam aliquos, quos in Europa desideramus, in sermonem Arabicum traductos; ita ut fere infinitam habeant librorum supellectilem, et Academias multas.

Maxima tamen est ejus utilitas, et necessitas ad linguam Hebraicam, et Sacra Biblia intelligenda, cum Hebraea lingua quae mutila est, et exigua ex parte in Veteri Testamento, ex Arabica, quae adhuc integra existit, suppleri et disci possit: multae enim Hebraicarum radices Arabicae sunt, unde Hebraica vocabula, quae semel tantum in Veteri Testamento occurrunt, ex consuetudine Arabici sermonis exponenda, et multiplicanda esse statuit Aben-Esra *Comment. in Canticum Canticorum.* Unde ex Hebraeorum scriptis constat, quod Rabini, cum iis aqua haeret, ad hanc Arabicam linguam, ut ad sacram anchoram confugiant; et felicius textum Hebraicum explicassent, si Arabicae linguae peritiores fuissent: ex quo infertur, quod etsi absque cognitione linguae Hebraicae Arabica disci possit, non tamen Hebraicae perfectionem sine Arabica assequi potest; quod et innumeris pene scriptorum testimoniis comprobatur.

Posita igitur antiquitate, amplitudine, elegantia, facilitate, et utilitate linguae Arabicae, a vasto hujus argumenti campo te, benigne Lector, ad limen praesentis mei instituti ducere, teque certiorem facere duxi, hanc esse Grammaticam, ab Arabibus in scholis (licet alio ordine) adhiberi solitam, ideoque ipsam collegi; quia cum lingua Arabica tripliciter considerari possit, scilicet, quatenus primo

ea Vulgus utitur in collocutionibus; secundo, ut habetur in libris sine motionibus exaratis; tertio, cum eaedem motiones seu vocales, et signa literis apponuntur, ut in Proœmio pag. 357 ostendam; nec ullam hactenus Grammaticam Arabicam vidi, quae pro trium Dialectorum scientia acquirenda regulas distincte tradat; idcirco, ut una opera omnibus juvarem, a Vulgaribus vulgaria, a Scripturalibus scripturalia, et a Grammaticalibus grammaticalia, saepe ut jacent, sumpsi; ordineque distincto, et ad docendum congruo omnia disposui: nihil tamen accepi, quin prius regularum praxi apud probatissimos Arabum libros usitatum, et confirmatum non viderim.

Sed ut ad hortos amaenos Arabiae Felicis te ducam, consilium bonum atque sincerum, quale ipse ego mihi cuperem dari, tibi praebeo; quod si sequaris, certus sis, ut paucis admodum mensibus majores in linguae Arabicae cognitione progressus facias, quam plerique hactenus pluribus etiam annis fieri posse sunt arbitrati.

Cupiens igitur discere solummodo linguam Vulgarem, non est necessarium, totam perlustrare Grammaticam; sed habita literarum perfecta cognitione, pergat ad paginam 358, ibique diligenter discat omnia, quae in sex capitibus disposita sequuntur: et si quaedam praescita in Grammatica supponuntur, pergat ad locum citationis. Ceterum huic studioso nihil deest, nisi ut vocabula necessaria a Lexicis discat, et in locutione familiari se exerceat.

Qui vero linguam Arabicam in tota sua latitu-

dine, nimirum libros sine motionibus, et cum motionibus legere, et explicare cupit, prius legat praecitatum Procemium pag. 357; deinde discat Alphabetum, nimirum *viginti octo* consonantes, *tres* vocales, et *quinque* signa orthographica usque ad Appendicem exclusive; nec ulterius progrediatur, donec universa optime didicerit; in iis vero, quae magis necessaria sunt, majorem adhibeat diligentiam; illa enim quae ponuntur pagg. 7. 8. 26. 27. 28. necnon pag. 170 usque ad 176, uberioris doctrinae causa potius quam necessitate aliqua exarata sunt.

In *tescdid* euphonico, de quo pag. 18. et 19. et signo *vassl*, de quo pag. 21 lingua exprimendis, non adeo est laborandum: nam hoc ut natum est ab expedite loquentis naturali propensione quadam, ita ab ea potius, quam ab artis affectatione et conatu pendet. Tota igitur legendi, scribendique ratio ab Orthographia habetur.

Primi libri Appendix vere aurea, et nunquam satis aestimanda, continet 24 Canones, qui ad solidam Arabismi intelligentiam ita necessarii sunt, ut frustra omnino sit futurus, qui sine eorum cognitione feliciter volet *arabicari*; et licet facillimi sint, praestiterit tamen, ut singulis Canonibus singuli dentur dies. Interim dum isto modo Canonibus opera datur, progrediendum est ad secundum Librum; ubi cognita Verborum natura, et divisione, optime discere oportet Conjugationem Verbi triliteri per exempla variata, et continuata, quam exhibent pagg. 45. et 46. etc. Item Verba trilitera juxta quinque alias formas, tam active quam

passive flectere discat ; moxque praecepta eis adjuncta (excepta serie Infinitivi pag. 59 et 60) memoriae mandet.

Deinde supplementum Verbi triliteri pag. 65 etc. necnon conjugationem Verbi quadriliteri, et differentiam Verborum compositorum, eorumque formationem, quae ponitur pag. 72, inde flexionem menti mandare studeat. Hisque praescitis, paulatim progrediatur ad Verba infirma, sive Imperfecta, ubi conjugationes ibidem positas non omnes discendae, sed legendae sunt, praecipue illae Verborum dupliciter imperfectorum, in quorum flexione regulae Canonum rigorose non servantur ; praecepta ergo discere sufficiet. Postea pergat ad Nomina, deinde ad Particulas, et usque ad finem Syntaxeos : omnia enim necessaria sunt, ideoque plana, et clara methodo disponuntur.

Qui artem Metricam Arabum exercere desiderat, methodum habet pag. 289 etc. Cupiens videre regulas Grammaticales ad praxim deductas, perlegat Exercitationem in Caput VII. Exodi, cum suis annotationibus, a pag. 326 ad 355, ubi obscuriora quaeque loca illustrantur. Praeter haec omnia, aliud desiderare non habet Arabicae linguae studiosus. Te igitur non pigeat, candide et benevole Lector, hoc assequi Idioma, a quo tot bona utilia (posita Imperii Muhammedanorum eversione) tibi evenire possunt. Vale feliciter, et opellam hanc qualemcunque boni consule.

APPROBATIONES PRIORIS EDITIONIS.

Frater Petrus Marinus Sormanus a Mediolano Lector Jubilatus, Ex-Guardianus Hierosolymitanus, ac totius Ordinis Patris Nostri Sancti Francisci Minister Generalis, et Servus. - Dilecto Nobis in Christo Patri Fratri Agapito a Valle Flemmarum, Provinciae nostrae Reformatae Sancti Vigilii Theologo Concionatori, ac in Seminario Patavino Arabicae linguae Lectori, Salutem.

Cum Opus a Te compositum, cui titulus est: *Flores Grammaticales Arabici Idiomatis*, ejusdem linguae periti, quibus illius revisionem, et censuram demandavimus, luce dignum judicaverint et approbaverint, Tibi, praesentium literarnm virtute, illud imprimendi facultatem nostram, ad salutaris obedientiae meritum, impertimur; si et suam aliis, quorum interest, impertiri placuerit. Vale, Nostri tuis in Orationibus memor. Dat. ex Conventu nostro Aracoelitano Urbis, die 15. Novembris 1684.

Fr. Petr. Marinus Sormanus Minist. Gen.

De mandato Rev. Patris Ministri Generalis Petri Marini Sormani a Mediolano, Nos infrascripti attente legimus, ac summa voluptate consideravimus librum, cujus titulus est: *Flores Grammaticales Arabici Idiomatis*, a *R.P. F. Agapito a Valle Flemmarum* collectum, atque compositum; et sicut in eo ex Arabum viridario flores praecipuos summa industria, miroque ordine dispositos collegisse invenimus; ita opus perutile, proficuum, et necessarium omnibus, qui ad totius linguae Arabicae cognitionem pertingere cupiunt, esse testamur; proindeque typis mandari posse,

propter illius egregiam, nec vulgarem eruditionem, existimamus. Datum Romae in Conventu s. Petri in Monte Aureo, die 12. Novembris 1684.

Ita est Fr. Franciscus Maria a Saleme Ordin. Min. Reformat., Arabicae Linguae Professor.

Ita sentio Fr. Daniel ab Aretio Strictioris Observ. s. Francisci, Arabici Idiomatis Professor, ac Lector actualis.

Ego Fr. David a s. Carolo Carmelita Discalceatus, in Seminario s. Pancratii Arabicae linguae Lector, vidi et attente pervolvi Opus, quod intitulatur: *Flores Grammaticales Arabici Idiomatis*, compositum a R. P. F. *Agapito a Valle Flemmarum* in Seminario Patavino Arabicae linguae Lectore, nec solum in eo nihil reperi censura dignum, sed etiam utilissimum, imo necessarium omnibus hujus linguae studiosis inveni; quapropter typis mandari, ac in lucem prodire posse dignissimum judico. Datum Romae e Seminario s. Pancratii, die 9. Novembris 1684.

Fr. David a Sancto Carolo, ut supra, manu propria.

بامر جليل الشرف والعز والكرم الاوحد عصره والافرد دهره فى النقوى وخوف الله تعالى الكردينال غريغوريوس بارباريكو لامد المطالعه فى كتاب النحو والصرف بلسان العربى واللاطينى المولف من الاب المكرم بادرى اكابيتى من رهبنة القديس الصاروفى مار فرنسيس فبعدما قريته وامتحنته ومددت التفحص فى قوانينه واختبرتها فوجدتها على غايه الصحه والسلامة من الخلل والنقصان ويليق غايه المدح والوصف لمولفة ومقطتفه ما عدا غلط الطبع وغشمية طابعين لسان العربى الذى هو الاعسر لاكن الاحلا والاوسع الفاظ والاقدم من كل الالسن ولو انى انا الحقير ايضا لم خليت واهملت من المجاهده فى تصحيحه واصلاحه لاكن ليتكرر تصحيح القول الجارى اى ليس برى من السهو والنقصان الا الله تعالى وحده له الحمد والشكر من الان وكل دهور الدهر وانت يا ايها القارى اللبيب لا تسكت عن المجاهدين به من الصلاه والتذكر ليكون لك ايضا عند الله تعالى اجر ✲

ظيماطاوس ضعفى احقر
مطارين ماردين

FLORES GRAMMATICALES ARABUM.

LIBER PRIMUS.

IN QUO ELEMENTA SEU LITERAE, EARUMQUE NUMERUS, ORDO, SONUS, NEXUS, POTESTAS, DIVISIONES, NECNON MOTIONES SEU VOCALES, SIGNA SYLLABAE, ET ACCENTUS DISTINCTE TRADUNTUR, AC PER ORDINEM BREVITER EXPLICANTUR.

CAPUT PRIMUM

DE ELEMENTIS LINGUAE ARABICAE.

Arabum literae sunt octo et viginti, quarum nomina, et figuras simplices et colligatas, in principio, medio et fine dictionis diversimode formatas, sequens tabella exhibet.

LITERARUM

FIGURAE COLLIGAT.	APPELLATIO. Latina	APPELLATIO. Arabica	POTEST.	FIGURA. In fine diction. non an. praec.	FIGURA. In fine diction. anneza praec.	FIGURA. extr. fin. diction. anneza praec.	FIGURA. extr. fin. diction. non an. praec.	ORDO ET NUM. LATINUS.
	Alef	أَلِفْ		ا	ـا	ـا	ا	1
ببب	Be	بَـآءْ	B	ب	ـب	ـبـ	بـ	2
تنن	Te	تَـآءْ	T	ت	ـت	ـتـ	تـ	3

LITERARUM

FIGURAE COLLIGAT.	APPELLATIO. Latina	APPELLATIO. Arabica	POTEST.	FIGURA. in fine diction. non an. praec.	FIGURA. in fine diction. annexa praec.	FIGURA. extr. fin. diction. annexa praec.	FIGURA. extr. fin. diction. non an. praec.	ORDO ET NUM. LATINUS.
ثثث	The	ثَآءٌ	Th	ث	ـث	ـثـ	ثـ	4
ججج	Gim	جِيمٌ	Gi	ج	ـج	ـجـ	جـ	5
ححح	Hha	حَآءٌ	Hh	ح	ـح	ـحـ	حـ	6
خخخ	Cha	خَآءٌ	Ch	خ	ـخ	ـخـ	خـ	7
	Dal	دَالٌ	D	د	ـد	ـد	د	8
	Dhal	ذَالٌ	Dh	ذ	ـذ	ـذ	ذ	9
	Re	رَآءٌ	R	ر	ـر	ـر	ر	10
	Zain	زَيْنٌ	Z	ز	ـز	ـز	ز	11
سسس	Sin	سِينٌ	S	س	ـس	ـسـ	سـ	12
ششش	Scin	شِينٌ	Sc	ش	ـش	ـشـ	شـ	13
صصص	Ssad	صَادٌ	Ss	ص	ـص	ـصـ	صـ	14
ضضض	Dzhad	ضَادٌ	Dzh	ض	ـض	ـضـ	ضـ	15
ططط	Tta	طَآءٌ	Tt	ط	ـط	ـطـ	طـ	16
ظظظ	Dtha	ظَآءٌ	Dth	ظ	ـظ	ـظـ	ظـ	17
ععع	Aain	عَيْنٌ	Aa	ع	ـع	ـعـ	عـ	18
غغغ	Ghain	غَيْنٌ	Gh	غ	ـغ	ـغـ	غـ	19
ففف	Fe	فَآءٌ	F	ف	ـف	ـفـ	فـ	20
ققق	Qaf	قَافٌ	Q	ق	ـق	ـقـ	قـ	21

L I T E R A R U M

FIGURAE COLLICAT.	APPELLATIO. Latina	Arabica	POTEST.	FIGURA. in fine diction. non an. praec.	annexa praec.	extr. fin. diction. annexa praec.	non an. praec.	ORDO ET NUM. LATINUS.
ككك	Kef	كَافْ	K	ك	ـك	ـكـ	كـ	22
للل	Lam	لَامْ	L	ل	ـل	ـلـ	لـ	23
ممم	Mim	مِيمْ	M	م	ـم	ـمـ	مـ	24
ننن	Nun	نُونْ	N	ن	ـن	ـنـ	نـ	25
ههه	He	هَاءْ	H	ه	ـه	ـهـ	هـ	26
	Vau	وَاوْ	V	و	ـو	ـو	و	27
ييي	Ie	يَاءْ	I	ى	ـى	ـيـ	يـ	28

Lam alef لَامْ أَلِفْ La لا ـلا ـلا لا

Annotatio in Alphabetum.

Hae sunt literae, quibus utuntur Arabes, omnes Consonantes, quae proinde cum vocalibus sonum integrum edunt; ut *be*, *ce*, *te*, *el*, *em*, Latinorum; quod si quaedam aliud etiam significant, casu sunt aequivocae. Articulum in fronte admittunt, et declinantur ab Arabibus more reliquorum nominum: unde terminationem *on* in nominativo adsciscunt, quam, brevitatis causa, latine non est expressa, ut ipsi quoque Arabes in recitatione Alphabeti eam negligunt.

Quidam tum Arabes tum Turcae, ob regionum diversitatem, pro *alef* legunt *alif* et *elif*; pro *be*, *ba*; pro *te*, *ta*; pro *dhal*, *dhel*; pro *re*, *ra* et *ri*; pro *zain*, *ze*; pro *fe*, *fa*; pro *kef*, *kaf*; sed utraque triplexve lectio placet.

Literarum puncta maxime notanda sunt, ne inter legendum una litera pro alia sumatur; sunt enim hae corpore

sibi similes, solisque punctis invicem distinctae : ﺒ ﺑ *be*, ﺘ ﺗ *te*, ﺜ ﺛ *the*, ﻨ ﻧ *nun*, ﻴ ﻳ *ie*; quin et ﺟ *gim*, ﺣ *hha*, ﺧ *cha*, eandem habent similitudinem : sicque de ceteris discurrendum.

De Ordine.

Ordo literarum triplex est. Primum Alphabeti tabella ostendit, et ipso utuntur Orientales Arabes, Aegyptii nimirum et Asiatici, quo etiam Vocabularia omnia sunt digesta. Secundus congruit valori, sive numero, quem significant literae, quo usi sunt Averroes, et Avicenna; ut ex simplicibus Lib. II. Canon. hac Alphabeti serie dispositis comprobatur, et infra ostendetur. Tertius paulo alius observatur a primo apud Occidentales Mauros, scilicet :

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز ط ظ ك ل م ن ص ض
ع غ ف ق س ش ه و لا ى.

Quod, ut facilius memoriae detur, ab ipsis octo dictionibus ordine Alphabeti dispositis exprimitur, videlicet :

أَبُجَدِ هَوَزِ حُطِي كَلَمُنَ سَعَفَصَ قُرِشَت ثَخُذَ ضَظُغ ❊

CAPUT SECUNDUM

DE SONO LITERARUM.

Sonus, ac vera literarum prolatio verbis recte explicari minime potest, sed viva docentis vox omnino requiritur. Verumtamen pro literis, quae prae aliis difficillimae sunt pronunciatu, nonnihil tanquam adminiculum affertur. Nam ث sonat ut ϑ Graecorum, idest *t* blaesum; ح est aspiratio vehemens ex profundo pectoris dimanans; خ importat quandam vehementem asperitatem simul cum aspiratione. Quatuor hae literae د ذ ض ظ fere sine discrimine ut *d* pronuntiari solent, licet ذ ض ظ a multis blaese proferantur: ع in gutture sine narium adminiculo profertur, sed cum nobis

omnium difficillimum sit pronuntiatu, per *aa* quoddam breve et obscurum efferri potest, ut بَعْدَ *bàada*, *post*; quin et sine periculo omitti, cum vocalem adjunctam habet, ut عَبْدٌ *àabdon*, *servus*; ق et ك eundem fere sonum habent, sed ex adjuncta vocali plerumque discernuntur; uti etiam ت et ط, ص et س.

Nota ك valere *k* Latinorum, scilicet *ka ke ku*; quamvis aliqui *kia kie kiu* etiam enuntient, sed posterior haec prolatio Turcis propria est.

ن sonat *n*; sed cum destituitur vocali, et ponitur immediate ante aliud ن, aut literas اهحخعغ, retinet quidem proprium sonum, non secus ac si vocalem possideret; in cujus indicium superne insignitur ن rubro, ut مَنْ أَكَلَ *maen akala*, *qui comedit*; أَنْهَارٌ *anharon*, *flumina*; مِنْ عَبْدِ ٱللّٰهِ *min àabdil-lahi*, *a servo Dei*: sed ante alias sonum variat; nam

1. Ante ب sonat *mim*, idque indicat م rubrum ei superscriptum, ut عَنْبَرٌ *àambaron*, non *àanbaron*, *ambra*; مِنْ بَيْتٍ *mim beitin*, non *min beitin*, *de domo*. Sic Latini *n* ante *b* in *m* mutant: ut *imbibo* pro *inbibo*.

2. Ante literas لَوْمِيرٌ accipit sonum sequentis, superposito غ rubro, et apposito ad لوميرٌ duplicitatis signo *Tescdid*, de quo infra: ut مِنْ رَبٍّ *mir-rabbin*, non *min rabbin*, *a Domino*; مِنْ لَيْلٍ *mil-laeilin*, non *min laeilin*, *de nocte*; مِنْ مَرَضٍ *mim-maradzhin*, non *min maradzhin*, *de infirmitate*. Sic Latini *illicitus*, *immunis*, *irrationalis*, pro *inlicitus*, *inmunis*, *inrationalis*.

3. Ante reliquas sonat *n* cum *g* mixtum, seu ك persicum: ejusque soni nota est خ superscriptum, et rubedo puncti debiti literae ن; ut أَنْزَلَ *angzala*, non *anzala*, *demisit*;

مِنْ طِينٍ *ming ttinin*, non *min ttinin*, *ex luto*. Ille tamen sonus mixtus manifestius apparet, cum ن ante ق et ك ponitur; ut مُنْقَلِبٌ *mongkalabon*, *conversus*; مِنْ قَلْبِهِ *mingqalbihi*, *ex corde suo*; sic مَنْ كَفَرَ *maeng kaefaera*, *qui infidelis est*; اِنْكَسَرَ *engkasara*, *fractus est*. Sed notandum praedicta signa rubra saepe negligi, solumque in accuratissimis quibusdam manuscriptis reperiri.

ه tandem, cum leni aspiratione oris profertur, valet *h*; hic tamen valor mutatur in eum qui est ت, quotiescumque duo puncta superne assumit, hoc modo ة ـة, quod finibus nominum tantum accidit, ad genus foemininum, aut plurale designandum, ut postea fiet manifestum.

Reliquae literae non adeo difficilem habent prolationem, idcirco omittuntur.

Occurrent in manuscriptis arabicis quaedam literae, quae in Alphabeti tabella non reperiuntur: ب scilicet cum tribus punctis, sic پ, et sonat ut *p*; item ك ج ز cum tribus quoque punctis inveniuntur, sic ڭ چ ژ, ac tum ڭ valet *gn*, ut *gna*, *gne*, *gni*; vel, ut alii malunt, sonat *ngh*, ut in *Inghilterra* Italorum; چ effertur ut *c* ante *e* vel *i*; ژ sonum quendam edit mixtum ex sonis literarum ج et چ, estque haec litera Persis peculiaris, reliquae tres Persis, et Mahumetanis sunt communes, et admixtae Arabum manuscriptis nonnunquam videntur, quia mos est eis hosce admiscere sermones; in impressis tamen arabico idiomate hujusmodi literae cum tribus punctis vix aut nunquam reperiuntur.

CAPUT TERTIUM

DE NEXU LITERARUM.

A dextera versus sinistram scribunt et legunt Arabes, atque nectunt, more Syrorum, cum antecedentibus et sequentibus omnes literas, praeter sex و ز ر ذ د ا, quae solum cum antecedentibus necti possunt, ut in Alphabeti tabella videre est.

Literae د, ذ et ر, ز licet ex natura cum sequenti illigabiles sint, ة tamen in fine habere possnnt, sic دة, رة quod nltra non ligatur.

Alef in sinu *lam* sic nectitur, لا vel لا; et vocatur *lam-alef.*

Alef post *kef* vel *lam* ligatur hoc modo, كلّ *kol*, *comede.*

Gim, *hha*, vel *cha* duae simul nectuntur sic جح, ut حجر *hhàgiaron*, *lapis.*

Sin, et *scin* initio, medio, et fine dictionis tres suos dentes in curvam interdum lineam expandunt, hoc modo:

سواد السطح شمس القوس
شمع الشكل النقش النقوش

Mim in medio et fine dictionis praecedenti literae annexum, unico ductu circulari, ad celeritatem scriptnrae, inferne ei plerumque affigitur; ut مم جم شم لم مص etc. *Vau* etiam hoc modo pingitur و.

Ductus *je* finalis, ob loci angustiam, vel scripturae elegantiam, interdum retrocedit, ut على فى الى حتى سى pro على فى الى حتى سى.

Non dividunt dictiones suas Arabes inter scribendum ita ut earum partem in unam, partem vero in alteram linearum collocent, cum id loci importunitas coegerit, velnti Latinis, Graecis, Aethiopibus, Armenis, ac Indorum quamplurimis usui est; sed dictio in fine lineae scribenda, si satis loci non reperiat, admittit inter literas inconnexas gran-

dius spatium, et facta post separabilem sectione, pars prior dictionis adaequat reliquas lineas, posterior in margine collocatur, hoc modo:

كُـلُّ ٱلْحِذَآءِ يَـحْتَذِى بِهِ ٱلْحَـا فِى *omni calceo calceatur nudipes.* Vel ultima dictionis pars priori crebro superponitur, sic:

قَ
ٱلْحَيَآءُ يَمْنَـعُ ٱلرِّزْ *verecundia prohibet largitionem.*

Si autem dissectionem istam dictio aliqua commode non admittat, tota dictio initio sequentis lineae servatur, et ad lineae incaeptae complementum (si libros aliquos typis impressos excipias), ne spatium maneat vacuum, aliquod vinculum producitur, in hunc modum:

فِى ٱلْبَـدْءِ كَـانَ ٱلْكَـلِمَةُ وَٱلْكَـلِمَـةُ كَـانَ عِـنْـدَ ٱلـلّٰـهِ
وَٱللّٰهُ هُوَ ٱلْكَلِمَةُ كَانَ هٰذَا قَدِيمًا عِنْدَ ٱللّٰهِ ۞

In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Erat hoc aeternum apud Deum.

Quae vinculi productio in principio, aut medio lineae etiam interdum adhibetur ornatus gratia; maxime in trito illo

بِسْـــمِ ٱللّٰهِ ٱلرَّحْمٰـــنِ ٱلرَّحِيـــمِ ۞

In nomine Dei miseratoris misericordis.

CAPUT QUARTUM

DE POTESTATE SEU VALORE LITERARUM.

Potestas, seu valor figurarum est, quod ipsae tanquam signa repraesentant: estque *Primaria*, et *Secundaria*. Primaria est ipse literarum sonus, Cap. II. explicatus. Secundaria

sunt numeri, quorum notae sunt eodem modo, quo Hebraeis suae, et ordine alphabeti antiqui Arabum expressae.

ا 1	ى 10	ق 100	غ 1000	يط 19	غق 1100
ب 2	ك 20	ر 200	يا 11	كا 21	غش 1300
ج 3	ل 30	ش 300	يب 12	كب 22	غخيج 1613
د 4	م 40	ت 400	يج 13	لا 31	غخفج 1683
ة 5	ن 50	ث 500	يد 14	لب 32	غخفه 1685
و 6	س 60	خ 600	يه 15	قل 130	غغغ 3000
ز 7	ع 70	ذ 700	يو 16	تد 404	غخفو 1686
ح 8	ف 80	ض 800	يز 17	ذه 705	
ط 9	ص 90	ظ 900	يح 18	رم 240	

Recentiores Arabes alias etiam notas correspondentes prorsus numeris Latinorum habent, et singulae singulis adjiciuntur hic:

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
١	٢	٣	٤	٥	٦	٧	٨	٩	١٠	١١	١٢	١٣	١٤	١٥	١٦	١٧	١٨	١٩	٢٠

30	40	50	60	70	80	90	100
٣٠	٤٠	٥٠	٦٠	٧٠	٨٠	٩٠	١٠٠

200	300	400	500	600	700	800	900	1000	2000
٢٠٠	٣٠٠	٤٠٠	٥٠٠	٦٠٠	٧٠٠	٨٠٠	٩٠٠	١٠٠٠	٢٠٠٠

Saepe tamen pro decima (٠) usurpant o; sed tunc numerus quinarius hac ۵ figura exprimitur, sic ١٠٠ est 100, et ١۵۵ 155.

Duplici valori figurarum addi videtur posse tertius, quo

compendii gratia aliqua litera dicitur stare loco integrae dictionis, adscripta superne figura (~), in mysterii hujus indicium, quemadmodum Latini scribunt *e. g.* pro *exempli gratia* etc. sicque fit vel cum prima dictionis litera est sola, ut صٓ pro صَدِيقٌ *justus*, جٓ pro جَمْعٌ *plurale*, طٓ pro طَرَفٌ *finis*; vel aliis distincta, exarando nimirum simul primas literas dictionum, hoc modo, كٓهٰيٰعٓصٓ pro كَافٍ هَادٍ يَدُهُ عَلِيمٌ صَادِقٌ *Efficax*, (scilicet est *Deus*) *director* (*fidelium*), *manus ejus* (*sustentat omnia*), *sciens* (*omnia*), *verax* (*in promissis suis*); vel etiam exarando primam primae, mediam mediae, et ultimam ultimae dictionis literam; ut عٓمٓ pro عَلَيْهِ ٱلسَّلَامُ *super eo sit pax*, et الٓمٓ pro أَنَا ٱللّٰهُ أَعْلَمُ *Ego Deus* (*sum*) *sapientissimus*; ut fucatores Alcorani significare volunt.

CAPUT QUINTUM

DE DIVISIONIBUS LITERARUM.

Arabum literae multifariam dividuntur, ratione scilicet Prolationis, Roboris, Affinitatis, Cognominationis, Officii, et Societatis.

Ratione Prolationis literae in quinque diversas classes subdividuntur, pro numero videlicet instrumentorum vocis, quae quinque dictionibus, memoriae causa, omnes distinctae comprehenduntur.

أَحَخَعَغَهْ	6		Gutturales.
بُومَفٌ	4		Labiales.
جِيقَكٌ	4	vocantur	Palatinae.
ثَذَظٌ تَدَطَلَنٌ	8		Dentales.
رَزَسَشَصَضٌ	6		Linguales.

Quae ideo sic vocantur, quia earum prolatio horum instrumentorum opera praecipue effertur.

Ratione Roboris dividuntur literae in *Debiles* seu *Infirmas*, et *Robustas* seu *Sanas*. Debiles sunt أوى, quae inter pronunciandum modo mutantur, et a dictione excidunt, modo tanquam infirmae quiescunt, interdum enervantur, sonoque proprio amisso aliis inserviunt: Sanae vero sunt illae, quibus id non accidit, quales sunt reliquae omnes.

Ratione Affinitatis dividuntur in *Permutabiles*, quae facile invicem commutantur, quales sunt eae fere omnes, quae ejusdem sunt organi, item ض et ظ et longe frequentissime Debiles أوى; et *Impermutabiles*, quae non permutantur invicem, ut pleraeque aliae.

Ratione Cognominationis dividuntur in *Solares* et *Lunares*. Solares sunt ت ث د ذ ر ز س ش ص ض ط ظ ن

Lunares vero ا ب ج خ ح ع غ ف ق ك ل م ه و ى

Pro recta scripturarum lectione observandae sunt hae literae; dum enim Solares initio nominis fuerint, ac praecesserit Articulus أَلْ (qui sine differentia generis, et numeri pro Italorum *il*, *la*, *lo*, *li*, *le* etc. inservit) semper signo *Tesedid*, de quo infra, gravantur, et ل Articulare non legitur, ut أَلتَّقْسِيمُ *attaqsimo*, *divisio*, non *altaqsimo*; Si vero Articulo alia dictio praemissa fuerit, evanescit (in prolatione tantum) totus Articuli sonus, et dictio praecedens, per continuatam pronuntiationis unionem trahitur ad subsequentem; ut مِنَ ٱلتَّقْسِيمِ *men-attaqsimi*, *ex divisione*.

Lunares autem alleviantur, ac semper *lam* Articulare ante illas positum legitur, ut أَلْقَسْمُ *alqaesmo*, *portio*, et licet ex natura *giezmam* exigat, hoc tamen intelligendum est

dum prima nominis litera non fuerit ا ج ع; tunc enim etiamsi habeat *giezmam*, itidem effertur ac si nullam haberet; ut

اَلْقَسْمُ *alqaesmo, portio;* مِنَ ٱلْقَسْمِ *men-alqaesmi, de portione;*

اَلْأَرْضُ *alardzho, terra;* فِي ٱلْأَرْضِ *filardzhi, in terra.*

Ratione Officii, literae dividuntur in *Radicales*, et *Serviles*. Radicales sunt, quae radicem ipsam, seu primum thema solummodo constituunt, et sunt

ث ج ح خ د ذ ر ز ش ص ض ط ظ ع غ ق

Serviles vero sunt, quae primitivis dictionibus, sive radici praeter radicales adduntur, ad formanda tempora, modos, personas, genera, numeros, nomina, et verba derivata, quales sunt ا ب ت س ف ك ل م ن ه و ى: istae quoque radicales esse possunt, cum ex ipsis thema constituitur, et e contra ط د licet radicales sint, si pro ت servili ponantur, serviles sunt; sed de his postea.

Ratione tandem Societatis, dividuntur in *Compatibiles*, quae se mutuo in eadem dictione consequi possunt; et *Incompatibiles*, quae conjungi recusant. Incompatibiles sunt Gutturales ححخعغه (interdum tamen ه subjungitur ع). Item

ب et ف, م;	ش et ض;
ث et ت;	ص et ض, ط, ظ;
ث et س, ص, ض, ط, ظ;	ض et ط, ظ;
ج et غ, ق, ك;	ط et ظ, ك;
خ et ظ, ق, ك;	ظ et غ, ق;
د et ذ;	غ et ق, ك;
ذ et ص, ض, ط, ظ;	
ر et ل;	ق et ك;
ز et ص, ض, ظ;	ل et ن; si لَنّ *nequaquam*, et
س et ص, ض;	عَلَنَ *manifestavit* exceperis.

Sed Serviles his inclusae, ut radicem constituentes accipiuntur; actu enim cum serviunt, cuilibet literae adjungi possunt. ut بِفِضَّةٍ *argento*, تُثَبِّتُ *confirmabis*, لِرَبِّ *domino*, كَقَوْلِكَ *ut si dicas*, etc.

Duae quoque Similes initio dictionis quam rarissime concurrunt, nisi prior serviat. Et ن vocali destitutum in medio dictionis raro ponitur ante literas لْوَمِيرْ.

Reliquae omnes Compatibiles sunt, quamvis aliae aliis saepius conjungantur.

Usus harum divisionum est ad ea scripta, quae punctis essentialibus consonantium destituuntur, melius legenda, corrupta restituenda, ambigua determinanda, et denique vocabula arabica a barbaris discernenda.

CAPUT SEXTUM

DE MOTIONIBUS, SEU VOCALIBUS.

Vocales Arabum, quas اَلْحَرَكَاتُ *alhharkata* vocant, idest *Motus*, sive *Motiones*, quia nimirum consonantibus impositae eas moveri, et sonos edere cogunt, figuras non habent nisi duas, videlicet (ٗ) et (ٰ), nomen vero triplex; virtute tamen quinque vocalibus *a*, *e*, *i*, *o*, *u* aequivalent; imo alio quodam sono mediante Latinorum vocales potiuntur, ut sequens exhibet schema, in quo litera ب singulis adjicitur, ut una opera videatur earum situs, quo solo, secunda quae supra, tertia quae infra literam sita est, discernuntur, secus eandem figuram habent, ut

FIGURA.	NOMEN.	VALOR.
بُ	ضَمَّةٌ *Dzhamma*	*o* declinans ad *u*, et *u* clarum.
بَ	فَتْحَةٌ *Fathha*	*a* declinans ad *e*, et *a* clarum.
بِ	كَسْرَةٌ *Kesra*	*e* declinans ad *i*, et *i* clarum.

Harum motionum nomina non sunt translata latinis characteribus quemadmodum arabice exarata jacent, nimirum cum *tanuin*, sed ut vulgo proferri solent; quod commoditatis gratia deinceps in ceteris Arabum terminis praestabitur.

Porro valor cujuslibet duplex est, atque *Dzhamma* primo valet *o* declinans ad *u*, vel medium inter *o* et *u*, sicque regulariter sonat, nisi fuerit super literam postquam mox sequatur و carens motionibus, tunc enim valet prorsus ut *u* Germanorum; e. g. يَنْصُرُ *janssoro*, *juvabit*; يَاقُوتِي *jaquti*, (characteris genus.)

Fathha valet *a* declinans ad sonum vocalis *e*, dum super primas, vel medias dictionum literas reperitur; valet etiam *a* clarum, dum praecipue super ultimas dictionum literas posita est, et super eam, quam ا immediate sequitur: ut كَلَامَ *kaelàma*, *verbum*; فَرَّحَ *faerrahha*, *exhilaravit*.

Kesra primo valet sonum vocalis *e*, declinantem tamen ad *i*, vel medium sonum inter *e* et *i*, ubicunqne extra finem dictionis reperitur; secundo sub ultimis dictionum literis, vel dum est sub litera ى, aut sub litera, quam deinceps sequitur ى, semper valet *i* clarum, ut مِنَ ٱلْحَكِيمِ *men-alhhackimi*, *a sapiente*; فِي ٱلْأَرْضِ *filardzhi*, *in terra*.

Nota, *dzhammam* in fine dictionis a quibusdam Orientalibus efferri, ut *u*; *fathham*, dum est supra signum *tesedid*, de quo infra, valere *a* clarum; *kesram* vero ab Occidentalioribus pronunciari semper ut *i*: idcirco regulae praedictae ab omnibus adamussim non servantur; licet enim motiones, quae literas vocalibus destitutas praecedunt, ea, qua dictum est ratione, perpetuo proferantur, reliquae tamen aliqualiter variantur; juxta diversarum nationum, regionumque usum: quae omnia experientia potius, quam lege aliqua dignoscenda sunt.

Grammatici tres Motiones praedictas aliis appellant nominibus, quae sub prioribus singula singulis hic posita sunt.

وَٱلْكَسْرُ	ٱلْفَتْحُ	ٱلضَّمُّ
valkaesro	*alfathho*	*adzhdzhammo*
fractio	*aperitio.*	*collectio.*
وَٱلْجَرُّ	ٱلنَّصْبُ	ٱلرَّفْعُ
valgiarro	*alnassbo*	*arrafoo*
contractio.	*erectio.*	*elevatio.*

Agrumia hic habet posteriora esse priorum signa, nempe *rafoo*, *nassbo* et *giarro* esse signa *dzhammae*, *fathhae*, et *kaesrae* respective; ita quod terminatio dictionis in *nassbo* signum est ultimam dictionis literam habere *fathham*, et sic de ceteris.

Motiones praedictae duplicatae vocantur *Nunnatio* seu *Tanuin* aut *Nun vocale.* Porro haec vox *tanuin* ab eodem nomine literae ن orta est: formant enim ex eo Grammatici verbum نَوَّنَ *nauuana*, idest *adscripsit literam* ن, inde oritur nomen verbale تَنْوِين *tanuin*, quod significat additionem soni *n* ad sonum dictarum motionum, quae cum simpliciter valeant *a*, *o*, *i*, etc. evenit ut sonent *an*, *in*, *on*; quod accidit iis tantum ad extremas nominum literas, ut رَجُلٌ *ragiolon*, *homo*; رَجُلًا *ragiolan*, *hominem*; رَجُلٍ *ragiolin*, *hominis*; quod clarius in sequenti paradigmate ostenditur.

FIGURA ET VALOR.				NOMEN.
بٌ	*bon*	ةٌ	*ton*	*Tanuin dzhamma.*
بًا	*ban*	ةً	*tan*	*Tanuin fathha.*
بٍ	*bin*	ةٍ	*tin*	*Tanuin kesra.*

Aliud non datur *tanuin*, praeter haec tria, quorum *nun* illis conditionibus mutationis subjectum est, quibus ن subjectum esse dictum est Cap. II. *Tanuin fathha* nisi ponatur supra ة, aut (ء) *hamza*, pro ا posita, assumit post se ا absque ullo soni augmento, ut بِرًّا *berran, justitiam*; quandoque ponitur etiam supra literam praecedentem ى, sic هدًى.

Hujus Nunnationis usus non semper liber est, sed certa ratione, et legibus quibusdam, ultimis nominum literis apponi debet; ut fusius in libro de Nomine explicabitur.

CAPUT SEPTIMUM

DE CETERIS LITERARUM SIGNIS, QUIBUS INTER SCRIBENDUM UTUNTUR ARABES.

Quinque alia signa vocalibus praedictis admixta in scripturis Arabum, motionibus exaratis, inveniuntur, quorum nomina sunt *Sokun* sive *Giezma*, *Tescdid*, *Hamza*, *Madda*, et *Vassl*. De quibus per ordinem agendum, et primo

De Sokun seu Giezma.

Signum hoc formatur instar circuli parvi perfecti, quale est *omicron* Graecorum, vel imperfecti, cui scilicet aliquid desit ad perfectam ejus rotunditatem, quod frequentius libri typis excussi observant, ut (ْ) (ٚ) (ْ) (ْ) (ٚ); ponitur super literas, illasque motione seu vocali sua privari, et proprium valorem retinentes, ad praecedentem syllabam contrahi, denotatur: idcirco signum hoc vocatur أَلسُّكُونُ *assokuno*, idest *quies*, vel etiam أَلْجَزْمُ *algiaezmo*, hoc est *amputatio*, quia a litera hoc signo affecta vocalis amputatur, et quiescit instar *l* in dictione *albedo*; ut قُلْتُ *qolto*, *dixi*, non *qoloto*; لَسْتُ *lesto, non fui*, non *lesoto*; ubi ل et س carent sono vocalis post

se·, eorumque valor ad praecedentem motionem copulatur, sicque cum illa in syllabam mixtam, seu longam coalescit.

Invenitur hoc signum etiam literis ى و ا quiescentibus saepe appositum, ut نَاصِرُوْنَ *nasseruna*, نَاصِرِيْنَ *nasserina*, sed minus bene, ajunt quidam auctores; ut praeter rationes, quae adferri possunt, correctissima Alcorani exemplaria, id in istis locis non habentia, abunde confirmant. Quapropter duplex est quies, prima, et secunda: quiescet quiete prima, litera quaelibet, quotiescunque in prolatione sentitur, etsi non moveatur, quo modo quiescunt س et و in dictionibus لَسْتُ *lesto, non fui*; قَوْلٌ *qaulon, dictum*. Literae autem ى و ا post vocales homogeneas, de quibus infra dicetur, quia in naturam vocalium abeunt, nec aliud quam vocalis praecedentis sonum auribus exhibent, et productioni solum deserviunt, ideo dicuntur quiescere quiete secunda, ut نَارٌ *naron*, *ignis*; نُورٌ *nuron*, *lux*; نِيرٌ *niron*, *jugum*.

Recte igitur usurpatur signum hoc pro quiete prima denotanda, non vero pro secunda. Sed nec ا in fine dictionis post و quiescens id agnoscit, quia non legitur, nec ullum sonum auribus exhibet; ut نَصَرُوا *nassaru*, *juverunt*, non autem نَصَرُوْا *nassarua*; imo adveniente affixo omnino excidit, ut يَنْصُرُونِي *janssoruni*, *adjuvabunt me*. Ratio cur ponatur *alef* illud otiosum, est, ne confundatur و formans pluralia quaedam Verborum cum eo, quod est Conjunctio.

De signo Tescdid.

Formatur *Tescdid* hac (ّ) figura; situs ejus est super quamlibet literam, excepto ا, quod ut consonans vocali destitui nequit; munus illius est roborare sonum literae subscriptae,

ac si duplex esset; quod quidem importat significatum ipsius تَشْدِيدٌ *tescdidon* i. e. *roboratio*, *duplicatio*. Non enim Arabum, quemadmodum Latinorum, mos est in eademmet dictione duplicare literas ejusdem generis, sed cum id acciderit unica tantum scribitur, et pro alia hujusmodi signum duplicationis eidem superscribitur; ut فَرَّ *farra*, *evanuit*, pro فَرَرَ; نَزَّلَ *nazzala*, *demisit*, pro نَزْزَلَ.

Porro *tescdid* duplex est, *Necessarium*, et *Euphonicum*. Necessarium est illud, quod adscribitur literae immediate ante se vocalem habenti, ut in exemplis proxime allatis.

Euphonicum est, cujus litera ante se habet consonantem vocali destitutam, quae euphoniae causa in pronunciatione periens, sequenti similem in locum suum substituit. Et est *Commune*, vel *Initiale*.

Commune est illud quod supra mediam, vel ultimam dictionis literam ponitur; et dividitur in *Deltale*, et *Lambdale*.

Deltale adscribitur literae ت post د, ut وَجَدْتُ *vagiatto*, *inveni*; حَمِدْتُمْ *hhamattom*, *laudastis*, ubi د ante ت virtute *tescdid* pronunciatur ut ت.

Lambdale apponitur literis Solaribus, de quibus supra, post ل Articuli أَلْ, ὁ ἡ τὸ, nominibus praefixi: ut أَلرَّبُّ *arrabbo*, *Dominus*; أَلدِّينُ *addino*, *judicium*, *controversia*; sicut Latini pro *conripio* dicunt *corripio*, pro *conligo*, *colligo*, non pingentes literam euphonice mutatam; alioquin scriberent *conrripio*, *connligo*: non secus Arabes, confusionis evitandae gratia. ل tamen Articuli saepe omittitur (cum prima nominis litera, eam sequens, *lam* quoque est) ad compendium et scripturae elegantiam: ut أَلَّيْلُ *allaeilo*, *nox*, pro أَللَّيْلُ; أَللَّهَبُ *allahabo*, *flamma*, pro أَلْلَهَبُ; quod ob frequen-

tem usum perpetuum est in Pronomine Relativo اَلَّذِى *alladhi*, *qui*, ejusque foeminino اَلَّتِى *allati*, *quae*, et plur. masc. اَلَّذِينَ *alladhina*, (numquam autem in reliquis casibus, quia rariores sunt), scribuntur enim pro اَللَذِى اَللَتِى اَللَذِينَ : et semper quoque accidit, cum Articulo praefigitur *lam*, dativi casus nota, ne tria ل concurrant: ut لِلَّيْلِ *lelaeili*, *nocti*, pro لِللَيْلِ ; لِلّٰهِ *lelahi*, *Deo*, pro لِللهِ.

Tescdid Initiale est, quod supra primam dictionis literam ponitur, adeoque ultimam praecedentis supplet; quod item est *Primarium*, et *Secundarium*.

Primarium est quod apponitur literis لُومِيرُ immediate ante se habentibus ن *giezmatum*, vel expressum, ut مِن رَبِّهِ *mir-rabbihi*, *a Domino suo;* vel latens in vocali *nunnata*, ut قَلْبٌ مُطَهِّرٌ *qalbom - mottaharon*, *cor mundum* seu *mundatum*.

Secundarium est, quod apponitur cuivis non gutturali immediate positae post sui similem *giezma* affectam; ut مَن يَسْتَغْفِرْ رَبَّهُ *maen jastaghfer - rabbaho*, *qui petit veniam a Domino suo;* ubi similis pro simili tantum ponitur, adeoque nulla soni mutatio inducitur: unde non videtur cur id fiat, nisi fortassis, ut duae istae voces in unam coalescant.

Secus *tescdid* Initiale non in quibusvis Codicibus reperitur; sed ex regulis positis facile est cognoscere ubi subintelligendum sit, si exaratum non compareat.

De signo Hamza.

Signum اَلْهَمْزَةُ *alhamzato*, idest *punctio*, formatur hac (ء) figura; servus est literae ا mobilis, eique cum vocali ap-

positum superne, vel inferne, aut ad latus, motum ejus indicat actualem; ut إنْ، vel أَنْ, إِنْ, أُنْ *an*, *en* vel *in*, *on*; adeo ut sine vocali potentialem, idest natura sua radicale et mobile, esse indicet, ut يَأْمَنُ *jamano*, *securus est*; unde et nomen ejus همزة mobili saepe attribuitur, ita quod *alef* vocatur *hamza*, quin et pro eo usurpatur, idemque in pronunciatione valet; cum ponitur in fine dictionis, habet ante se aliquam literarum ا و ى: ut مَآءٌ *maàon*, *aqua*; سُوءٌ *sùon*, *malum*; شَيْءٌ *scaèjon*, *res*; pro مَآا، سُوا، شَيْا; cum vero in medio dictionis ponitur, habet vel literam aliam vocali carentem, ut يَسْأَلُ *jasalo*, *interrogabit*, pro يَسْاَلُ; vel aliud ا, ut أَأَنْذَرَ *aàndhara*, *an terruit?* pro أَاَنْذَرَ. Superscriptum autem literis و et ى indicat eas pro ا sua natura mobili poni, ut يُؤْمِنُ *jumeno*, *credet*, pro يُأْمِنُ; إِيزِرْ *iizer*, *cinge*, pro اِأْزِرْ.

Itaque ا litera productionis tantum est, nec nisi beneficio hujus signi cum motione vim sumit qua moveatur, vel absque vocali, ut quiescat. Saepe etiam hoc signum, ubi super ا esset apponendum, praetermittitur; ex sola enim motionis positione subintelligitur; ut اَلْقَى *alqa*, *occurrit*, pro أَلْقَى: quemadmodum, superstite multoties signo *hamza*, ipsammet litera ا, vel compendii causa omittitur, ut in exemplo allato يسل manifestatur; idque necessario fit, cum aliud ا simul immediate concurrit, superposito signo *Madda*, de quo nunc tractandum est.

De signo Madda.

Cum litera ا, propter soni lenitatem, signi *tescdid* incapax videatur, idcirco inventum est hoc (~) signum, et vocatur اَلْمَدُّ *almaddo* idest *productio*, quo sic superposito so-

li آ, significatur, sonum ejus esse producendum aeque ac si essent duo *alef*; ut آمَنَ *àamana*, *credidit*, pro أأمن; سَمَآءٌ *samàaon*, *cœlum*, pro سماأ; آلٌ *aàlon*, *familia*, pro أأل etc.

Superscribitur quoque notis arithmeticis, et compendiis dictionum, seu literis integras dictiones repraesentantibus; ut supra dictum est.

De signo Vassl.

Signum ٱلْوَصْلُ *alvasslo*, idest *unio*, formatur instar accentus regii Hebraeorum, quem זַרְקָא *zarka* appellant, sic ٱ א; et soli ا in principio dictionum, extra orationis exordium, adscribitur; cum ipsum, vocali sua abjecta, plane otiosum sit; et consonans, quae eum sequitur, cum praecedentis dictionis ultima vocali uniri debet: ut رَمْلُ ٱلْبَحْرِ *ramlo-l-bahhri*, *arena maris*: sine hoc signo diceretur رَمْلُ أَلْبَحْرِ *ramlo albahhri*.

Eodem modo quo Itali in articulo *il*, ut *il pane*, cum praeponitur praepositio *de* pro genitivo, non dicunt *de il pane*, sed abjecta litera *i*, quae *alef hamzatae* Articuli Arabum respondet, absolute dicunt *del pane*: unde hujusmodi ا initiale vocatur etiam هَمْزَةُ ٱلْوَصْلِ *hamzato-l-vassli*, idest *hamza* seu *alef unionis*; signum vero (ـ) eidem superscriptum nihil aliud est quam unionis illius indicium.

Porro unioni huic subjectum *alef* initiale triplex est, *Verbale*, *Nominale*, et *Articulare*.

Verbale est duplex, *Imperii*, et *Characteristicum*.

Alef Imperii est illud, quod format imperativum verborum simplicium seu primitivorum. Characteristicum, quod initiale est praeteritis activis, imperativis, et infinitivis conjugationum derivativarum, ut sequenti libro dicetur.

Nominale est illud, quod in his decem Nominibus fere continetur:

امرأ	*vir.*	اثنان	*duo.*
امرأة	*mulier.*	اثنتان	*duae.*
ابن	*filius.*	اسم	*nomen.*
ابنة	*filia.*	است	*podex.*
ابنم	*filius.*	ايمن	*juramentum.*

Articulare est Articuli أل , quo pertinet id quod est in Relativo الذى et casibus ejus, et in nomine الله proprio Dei, quod est pro الإله, et licet peculiari modo formetur, *alef* enim Radicale coalescit cum ا Articulare, ea propter quidam auctor asserat hoc idem ا expers esse unionis, Biblia tamen sacra ubique hanc unionem observat.

In his omnibus (nisi initio ponatur sententiarum, aut post articulum), ا initiale vocali sua privatur, et litera quae eum sequitur, vocali destituta, unitur cum vocali terminante dictionem praecedentem, aut cum servili praefixa, ut يد ابنك *jaedob-neka*, *manus filii tui*; با بنك *bèb-neka*, *in filio tuo*; با لرجل *ber-ragioli*, *cum viro*.

Si dictio praecedens terminetur consonante, quae sit *giezmata*, ipsa adsumit *kesram*; ut ضربت الأم *dzharabati-l-ommo*, *verberavit mater*; من ابنك *maenib-noka*, *quis filius tuus*; ubi ضربت est pro ضربت, et من pro من. Sed terminationes verbales تم et وا, itemque affixa كم et هم adsumunt *dzhammam*: ut قتلهم العدو *qatalàhomo-l-aaduvvo*, *occidit eos hostis*;

غَزَوُا ٱلْعَدُوَّ *ghazavvo-l-aaduvva*, *oppugnarunt hostem*; et ن particulae مِن *a*, *ab*, *ex*, adsumit *fathham*, ut مِنَ ٱلْمَلِكِ *mena-l-malcki*, *a Rege*.

Si vero praecedat *nunnata*, idest ultima litera praecedentis dictionis habeat *nun* vocale, eadem litera ante Articulum أَلْ abjicit illud *nun*, ut بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسِ *baeito-l-moqaddaso*, *domus sanctificata*, pro بَيْتٌ. Alibi retinet et ا unionis, licet vocalem suam adscriptam non habeat, in pronunciatione tamen eam adsumit; ut مَدِينَةٌ ٱفْتُتِحَتْ *maedinaton eftaetahhat*, *urbs quae capta est*.

Si ipsum *alef unionis* praecedat aliqua literarum ا و ى quiescens, ea non obstat unioni; ut غَزَا ٱلْمَدِينَةَ *ghaza-l-maedinata*, *oppugnavit urbem*; نَصَرُوا ٱلْمَلِكَ *nassaru-l-maleka*, *adjuvarunt regem*; أُنْصُرِى ٱلْأَخَ *onssori-l-acha*, *adjuva* (foem.) *fratrem*.

Sed affixa ى *meus*, *mea*, *meum*, et نِى *me* adsumunt *fathham* super ى; ut كِتَابِىَ ٱلْعَظِيمُ *ketabia-l-aadthimo*, *liber meus magnus*; ضَرَبَنِىَ ٱلْمُعَلِّمُ *dzharabania-l-moaàllemo*, *verberavit me praeceptor*.

Observa, omnia *alef unionis* servilia esse, et omnia naturaliter *kesram* possidere; praeter Imperativum, quod interdum habet *dzhammam*, et Articulare, quod *fathham*, uti et Nominale in solo أَيْمُنٌ, de quo supra.

Nota quoque hanc regulam: *Alef unionis*, sequente immediate vocali, excidit, ut مُدَّ *modda*, pro أُمْدُدْ *extende*.

De Syllabis, et Accentibus.

Ex consonantibus, et vocalibus consurgunt Syllabae, ita ut in pronnnciatione consonantes semper praecedant motiones seu vocales: nulla enim syllaba arabica a vocali inchoatur, ant ea sola constat; et est *pura*, vel *mixta*.

Pura est, quae constat una sola consonante, et vocali, eaque vel brevi, nt بَ بِ بُ, velut in نُصِرَ *adjutus fuit*; vel longa, ut بُو بَا بِي, velut in نَاصِرِينَ, نَاصِرُونَ *juvantes, juvantium.* Hae syllabae purae, ideo dicuntur longae, quia *dzhamma* ante و, *fathha* ante ا, *kesra* ante ى quiescentia coalescunt in unicum sonnm. Exuunt enim in tali statu literae istae potestates suas, (unde vulgo dicuntur quiescere,) et naturam vocalium praecedentium induunt, et cum iis in syllabam longam, ut dictum est, coalescunt.

Syllaba mixta est, quae constat duabus consonantibus vocali una copulatis, nt بُلْ بَلْ بِلْ (quo pertinent literae cum vocali *nunnata*, ut ةٌ ةً ةٍ), ubi vides ultimam literam *giezma* snperne insigniri, indicat talem et quamlibet aliam literam hoc signo affectam constituere syllabam mixtam, et cum praecedente vocali copnlari, ut قُلْنَ *qòlna*, صَرْفٌ *ssaerfo*, صَرْنَ *sserna*, قَوْلُ *qàulo*, كَوْنٌ *kèuno*, فِيلَ *foila*, لَيْسَ *laeisa*, quae proinde accidentaliter longae dicuntur: quemadmodum etiam motiones illae, post quas quae sequitur litera, cum semel posita sit, tamen duplicata est per signum *tescdid*; ut بُرٌّ *bòrro*, قَرٌّ *qàrra*, فِرٌّ *fèrra*; tunc enim perinde est, ac si explicite duae literae essent, et prima vocali careret, atque ad praecedentem syllabam contraheretur, veluti si diceretur, بُرْرٌ *bor ro*, قَرْرٌ *qar ra*, فِرْرٌ *fer ra*.

Ex his colligi potest, quae dictionis syllaba attollenda sit. Sed cum Accentus, hic, nullum detur signum, aliqua traduntur distincte observanda.

Nam dissyllaba attollunt penultimam: ut بَيْتٌ *baeiton, domus*; أَنْصُرْ *onssor, adjuva*. Polysyllaba vero attollunt antepenultimam, ut مَكْتَبٌ *maektaebon*, *schola*; يَنْصُرُ *jànssoro*, *adjuvabit*, nisi penultima producatur per ا و ى quiescens; tunc enim ea accentum habent: ut الاَهٌ *elàhon*, *Deus*; غَفُورٌ *ghafùron*, *condonans*; رَحِيمٌ *rahhimon*, *misericors*. His bene observatis, quamlibet scripturam motionibus ornatam studiosus hujus Idiomatis recte legere poterit.

De Punctis.

Periodorum conclusiones, sive puncta, in quibusdam libris non facile inveniuntur, sed solum in fine orationis punctus finalis hoc vel simili modo (❊) (✱) (٭) apparet. At in accurate scriptis plures adhibentur notae, quibus fines orationum indicantur, et sunt (.˙.) (.) (˙:) (::); quandoque etiam ٭, et ں. Particularia tamen orationis, et periodorum signa, quibus unum membrum, more Latinorum, distinguitur ab alio, extra Alcoranum non facile est invenire: at in eo, ط minio voci superne adscriptum, periodi finem aut *colon* designat; ut ج *hypocolon*, لا *comma*; nisi hoc, et melius, unionis potius quam distinctionis notam esse statuas. Triplex autem punctus crassus et caudatus rhythmi nota est, non distinctionis; etsi rhythmo sententiae non raro terminentur. Atque haec diabolico illi libro peculiaria sunt.

Sed ne quis ex diversitate punctorum multiplicitatem scripturae arabicae ignoret, observandum est quemadmodum apud Latinos non solum scripturarum, sed et typorum varia extare genera, quae peculiaria sibi nomina vindicant, ita etiam

scripturae arabicae, hoc est genera characterum diversa reperiri, quorum

Primum, et potissimum est نسخي *Nischi*, quo Alcoranus vulgo apud illos solet scribi, et apud Latinos libri excudi, quo etiam haec Grammatica in arabicis literis utitur.

Secundum تعليق *Taaliq*, quo Persae utuntur.

Tertium ديواني *Diuani*, quod in forensibus, et quotidianis negotiis Turcae usurpant, maxime cum turcice scribunt.

Quartum قرمة *Qerma*, cujus usus fere tantum est in tabulis accepti, et expensi, Imperatoris Turcarum.

Quintum ثلثي *Sciolsi*, vel ثلثي *Tholothi*, in titulis librorum, et diplomatum adhiberi solitum.

Sextum ياقوتي *Iacuti*, et Septimum رَاحني *Rahhani*, sic dicta ab auctoribus suis ياقوت et رحن, qui ad majorem scripturae venustatem, ut sunt Arabes καλλιγραφίας studiosissimi, peculiares quosdam literarum ductus et nexus, suo quisque modo, excogitarunt.

Hisce addi queat كوفي *Kufi*, quod peculiare est Kufianis, et غربي *Gharabi*, proprium Africanis et ceteris occidentalioribus Arabibus, qui etiam *qaf* uno puncto superne insigniunt, hoc modo ڧ; *fe* vero, ut ab illo differat, suum apicem subjiciunt, in hunc modum ڢ: qua quidem nota certo dignoscuntur codices eorum ab iis, qui in Oriente exarati sunt.

Alia extant characterum genera, quae omnia dum occurrent, ex primo *Nischi*, utpote praecipuo et primitivo, deprehendere facillimum erit.

Inter hos characteres nonnunquam videbis ش exaratum absque triplici puncto, pro quo lineolam superponunt Orientales hoc سٙ, aut hoc سٗ, vel isto سٜ modo; ut vero amphibologia tollatur a literis ع ط ص ح س ر د, et distinguantur a consimilibus, quae habent apices, tribus prioribus superadditur hoc (ˇ) vel simile signum, sic ˇد ˇر ˇس; reliquis autem ح ص ط ع, et aliquando etiam س, propriae subscribuntur figurae, sed paulo minores, hoc modo

ح ص ط ع س

ح ص ط ع س

Quemadmodum et literae ه finali superne pingitur figura ejus parvula, in hunc modum ه ة, ut distinguatur a simili, quae cum duobus punctis valet ت, et genus foemininum designat. Haec omnia exactissima Alcorani exemplaria demonstrant; ceterum vix amplius sunt in usu.

De Correspondentia Arabicarum literarum cum Syriacis, et Hebraicis.

Solent Arabes Christiani et Judaei, odio Mahomedanorum, pleraque sua, quae ad religionem spectant, scripta arabica alio charactere consignare: illi quidem Christiano, id est syriaco; hi vero judaico, id est hebraeo. Ac tum literas ض et ظ more Arabum formant ab affinium figuris, apposito puncto, in hunc modum צ̇ ܨ̇, et ט̇ ܛ̇ cum puncto in medio circuli: ج autem et غ formant a *caf* et *ghimel*, Judaei quidem superscripto *raphe*, sic כֿ גֿ, quibus גֿ est ج, et כֿ, ܟ. Syri vero subscripto puncto, sed soli *caf*, sic ܟ̣: nam *gomal* repraesentans غ manet nudum; cui, ut repraesentet ج, punctus vel in medio linearum ejusdem literae ponitur, aut super-

scribitur hoc modo ܚ̇. Literis autem ث et ذ exprimendis Syri ܬ et ܕ, idest figuras literarum ذ ث, nullo constituto discrimine, etiam adhibent: secus Judaei, qui has cum *daghes*, sic ד ת, illas cum *raphe*, in hunc modum ד̄ ת̄, exprimunt, ut tale sit horum alphabetum arabicum.

ا ب ت ث ج ح خ د ذ ر ز س ش ص

א ב ת ת̄ ג ח כ̄ ד ד̄ ר ז ס שׁ צ

ܐ ܒ ܬ ܬ ܓ ܚ ܟ̇ ܕ ܕ ܪ ܙ ܣ ܫ ܨ

ض ط ظ ع غ ف ق ك ل م ن ه و ى

צ̇ ט ט̇ ע ג פ̄ ק כ ל מ נ ה ו י

ܨ̇ ܛ ܛ̇ ܥ ܥ̇ ܦ ܩ ܟ ܠ ܡ ܢ ܗ ܘ ܝ

Quae omnes octo dictionibus comprehenduntur, et simul scripturae nexus demonstrantur.

ابجد هوز حطى كلمن سعفص قرشت تخذ ضظغ

אבגד הוז חטי כלמנ סעפע קרשת תכד טצג

ܐܒܓܕ ܗܘܙ ܚܛܝ ܟܠܡܢ ܣܥܦܨ ܩܪܫܬ ܬܟܕ ܛܨܓ

LIBRI PRIMI

APPENDIX VERE AUREA

SEU CANONES

DE LITERARUM أوى NATURA, ET PERMUTATIONE, EX HODOGETICO ORIENTALI, ET THOMA ERPENIO DESUMPTI.

CANONES GENERALES.

I.

Literae أوى frequenter inter se commutantur; sed in principio dictionis, itemque in medio et fine, post *sokun* seu *giezmam*, quod idem est, constanter manent.

II.

Literae أوى vocalibus destitutae, post vocales heterogeneas, iis fiunt homogeneae. Nota: *Dzhamma* immediate ante و, *fathha* ante ا, et *kesra* ante ى, dicuntur Vocales *homogeneae*; si secus fiat, *heterogeneae* vocantur. Hujus secundi Canonis exemplum sit

نُوْى	pro	نُأْى	*incile.*
بِيْر		بِأْر	*puteus.*
نَارْ		نُوْرْ	*ignis.*
مِيعَادْ		مِوْعَادْ	*dictus locus, vel dictum tempus.*
دَارْ		دَيْرْ	*domus.*
مُوقِنْ		مُيْقِنْ	*certum reddens.*

EXCEPTIO.

و et ى post *fathham* non raro manent, et diphtongescunt, adscripta *giezma*; aut quiescunt instar ا, sine *giezma*: ut

يَوْمٌ	*iaumon, dies.*	رَمَيَهُ	*ramaho, jecit eum.*
لَيْلٌ	*laeilon, nox.*	غَزَوَةٌ	*ghazaton, oppugnatio.*

III.

Literae اوى quiescentes, sequente *giezma*, excidunt, ut

يَخَفْ	pro	يَخَافْ	*timeat.*
يَقُمْ		يَقُومْ	*stet.*
يَسِرْ		يَسِيرْ	*eat.*

ANNOTATIO.

Alef unionis non fit quiescens, nec huic regulae subiicitur: ut فَانْصُرْ *itaque adjuva.*

CANONES SPECIALES *ALEF.*

I.

Alef in medio dictionis mobile per *dzhammam*, in و; per *kesram* in ى mutatur: ut

أُوبٌ	pro	أُأْبٌ	*pascua.*
سُئِلَ		سُأِلَ	*rogatus fuit.*

Etiam post *alef* quiescens: ut

قَايِلٌ	pro	قَاءِلٌ	*dicens.*
مَاوُهُ		مَاءُهُ	*aqua ejus.*

II.

Alef in medio dictionis mobile per *fathham*, post *dzhammam*, in و; post *kesram* in ى mutatur: ut

دُوبٌ	pro	دُأْبٌ	*studia.*
فِيَةٌ		فِأَةٌ	*agmen hominum.*

III.

Alef in fine dictionis, post *dzhammam*, in و; post *kesram* in ى mutatur: ut

دَنُوَ	pro	دَنُأَ	*vilis fuit.*
خَاطِئٌ		خَاطِأٌ	*peccans.*

IV.

Alef in fine dictionis post *fathham*, mobile per *dzhammam*, in و; per *kesram* in ى mutatur: ut

تَفْتَؤُ	pro	تَفْتَأُ	*desinis.*
سَنَئٌ		سَنَأٌ	*foliorum sennae.*

V.

Alef quiescens post *alef fathhatum* excidit, *fathha* perpendiculariter picta, vel adscripta *madda*: ut أَمَنَ vel آمَنَ pro أَأْمَنَ *credidit.*

VI.

Alef quiescens, sequente alio *alef* quiescente, in و *fathhatum* mutatur: ut

نَوَاصِرُ pro نَأَاصِرُ *adjutrices.*

ANNOTATIO I.

و et ى ex *alef mobili* descendentes *hamzam* perpetuo adscriptam habent, et ى punctis suis non raro destituitur. *Mobile* autem *alef* et illud est, quod licet vocalem actu non habeat, radicale tamen est, eamque habere aptum: ut بِئْرٌ *puteus*.

ANNOTATIO II.

Voculae inseparabiles ا ب ف ل و non censentur *alef* in medium collocare: ut

لِأَبٍ *patri*, كَأُمٍّ *instar matris*: nisi in particulis quibusdam: ut أَئِنْ *an si*? لِئَلَّا *ut ne*.

CANONES VAU.

I.

Vau in medio dictionis mobile per *fathham*, post *kesram*, interdum in ى mutatur: ut

ثِيَابٌ pro ثِوَابٌ *vestes*.

II.

Vau in medio dictionis, habens post se aliud و quiescens, saepe id expellit: ut

طَاوُسٌ	pro	طَاوُوسٌ	*pavo*.
رُؤُسٌ		رُؤُوسٌ	*capita*.

III.

Vau finale post *fathham* nequit moveri, sed abjecta sua vocali, et rejecto ad *fathham nun* vocali, si quod adsit,

quiescit, in ا mutata, si sit tertia dictionis litera; aut in ى conversa, si quarta, aut ulterior: ut

غَزَا	pro	غَزَوَ	*oppugnavit.*
عَصًا		عَصَوٌ	*baculus.*
يُغْزَى		يُغْزَوُ	*oppugnabitur.*
مُعْطًى		مُعْطَوٌ	*datus.*

IV.

Vau finale post *dzhammam*, non fert *dzhammam*, vel *kesram*; sed, iis abjectis, quiescit: ut

رَدٍ pro رَدُوٌ et رَدُوٍ *periens*, et *pereuntis*.

Si adsit *nun* vocale, id retrocedit, et و excidit: ut

أَدْلٍ pro أَدْلُوٌ et أَدْلُوٍ *situla*, et *situlae*.

V.

Vau finale, post *kesram*, in ى mutatur: ut

رَضِيَ pro رَضِوَ *gratum habuit*, εὐδόκησε.

VI.

Vau servile in fine dictionis, ne eam terminet, adsciscit *alef* otiosum: ut

نَصَرُوا	pro	نَصَرُو	*juverunt.*
رَمَوْا		رَمَوْ	*jecerunt.*

CANONES *JE.*

I.

Je in medio dictionis, mobile per *fathham*, post *dzhammam*, interdum in و mutatur: ut

رَمَوَانٌ pro رَمَيَانٌ *projectio, jaculatio.*

II.

Je in medio dictionis, habens post se aliud ى quiescens, saepe id expellit: ut

رَيْسٌ pro رَيِّسٌ *praefectus.*

III.

Je finale post *fathham* nequit moveri, sed abjecta sua vocali, et rejecto ad *fathham nun* vocali, si quod adsit, instar *alef* quiescit: ut

أُولَى	pro	أُولَيٌ أُولَيٍ أُولَيًا *prima, ae, am.*
فَتًى		فَتَيٌ فَتَيٍ فَتَيًا *vir, i, um.*

Si aliud ى praecedat, mutatur in ا: ut

هَدَايَا pro هَدَايِيُ *res oblatae, munera.*

Excipiuntur يَحْيَى, et رَبَّى (nomina propria virorum.)

IV.

Je finale post *kesram*, non fert *dzhammam* vel *kesram*; sed, iis abjectis, quiescit: ut

حَافٍ pro حَافِيٌ et حَافِيٍ *nudipes, dis.*

Si adsit *nun* vocale, id retrocedit, et ى excidit: ut

رَامٍ pro رَامِيٌ et رَامِيٍ *jaculator, is.*

V.

Je finale post *dzhammam*, id in *kesram* mutat; ipsum non mutatur: ut

تَمَنِّى	pro	تَمَنُّى	*optatio.*
أَيْدٍ		أَيْدُى	*manus* plur.

Etiam intercedente و, quod in ى vertitur : ut

مَرْمِىّ pro مَرْمُوى *jactus.*

CANONES *VAU*, ET *JE.*

I.

و et ى mobiles ante و et ى quiescentes excidunt, vocali sua abjecta, si praecedat *fathha*, (cum qua quiescens diphtongescit); aut rejecta, in locum praecedentis vocalis, si ea sit *dzhamma*, vel *kesra* : ut

رَمَوْا		رَمَيُوا	*jecerunt.*
تَغْزِينَ		تَغْزُوِينَ	*oppugnaberis* foem.
اُغْزِى	pro	اُغْزُوِى	*oppugna tu* foem.
غَازُونَ		غَازِوُونَ	*oppugnantes.*
يَرْمُونَ		يَرْمِيُونَ	*jacient.*

II.

و et ى mobiles, ante literam mobilem, post *fathham*, saepe in *alef* quiescens mutantur : ut

قَامَ	pro	قَوَمَ	*stetit.*
سَارَ		سَيَرَ	*profectus fuit.*

III.

و et ى ita concurrentibus, ut prior vocalem non habeat, mutatur و in ى, duoque ى per *tescdid* coalescunt: ut

أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ *dies* plur.

idem dicendum de و, ut pro قُوْوَةٌ dicitur قُوَّةٌ *virtus.*

IV.

و et ى finales, post *alef* servile, in *hamzam* mutantur: ut

رِدَآءٌ	pro	رِدَايٌ *pallium.*
سَمَآءٌ		سَمَاوٌ *coelum.*

OBSERVATIO I.

Cum in hisce Canonibus, literae اوى vocali alicui postpositae dicuntur, immediata intelligitur postpositio, non intercedente scilicet *giezma*, aut litera quiescente expressa, vel latente in *tescdid*: ut fit in

سُطُوٌّ *insultatio*, سُطُوِّ *insultationis.*

عَدُوٌّ *inimicus*, عَدُوِّ *inimici.*

أَتِيٌّ *perditio*, أَتِيِّ *perditionis.*

رَكِيٌّ *putei*, vel *infirmus*, رَكِيِّ *puteorum*, vel *infirmi.*

تَحْوِيلٌ *mutatio*, مَرْمِيُّونَ *jacti*, *petiti* plur.

OBSERVATIO II.

Affixa censentur *alef* in medium collocare, non و et ى : ut

مَآءٌ	مَآؤُهُ		مَآءُهُ *aqua ejus.*
مَآءٍ	مَآئِهِ	non	مَآءِهِ *aquae ejus.*
رَمَى	رَمَيهُ		رَمَيَهُ *jecit illum.*
غَزَا	غَزَاهُ		غَزَوَهُ *oppugnavit eum.*

Hujus grammaticae processu, videbit Tyro, quam maximae utilitatis haec sit Appendix, a qua fere tota Arabica structura, respectu literarum أوى, pendet. Haecque de Elementis, et Orthographia dicta sufficiant.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDUS

DE DICTIONIBUS SIMPLICIBUS, SIVE PARTIBUS ORATIONIS.

PROOEMIUM.

Jam praecedenti Libro primariis arabici idiomatis elementis uberrime explicatis, nunc dictiones simplices ex ipsis ortae declarandae sunt. Quae quidem dupliciter considerari possunt, in se nimirum praecise, absque respectu et ordine ad compositionem, ut sunt earundem naturae definitiones, accidentia varia, ac divisiones; vel quatenus simul convenientes, actuales orationis partes constituunt, quod potissimum in earum varia dispositione seu ordine, et regimine, sive constructione, consistit. De his in Tertio Libro sufficienter sermo erit; de prioribus vero in hoc Secundo Libro tractabitur, qui pro materiei diversitate in tres partes, juxta partium orationis numerum, dividetur. Ceterum, ut ordine Latinis magis consono procedatur, ab Arabum methodo, ac ordine aliquantulum deflectere necesse erit; servatis tamen ubique eorum terminis, vocibusque grammaticalibus, ut facilior cunctis ad perlegendos Arabum libros pateat aditus.

CAPUT PRIMUM

DE NUMERO DICTIONUM SIMPLICIUM, SEU PARTIUM ORATIONIS.

Grammatica Arabica partes orationis explicans, sic exorditur:

كَلِمَةٌ هِيَ لَفْظَةٌ دَالَّةٌ عَلَى مَعْنًى مُفْرَدٍ بِٱلْوَضْعِ وَأَقْسَامُهُ ثَلَاثَةٌ

إِسْمٌ وَفِعْلٌ وَحَرْفٌ ✲ Hoc est: *Dictio, seu pars orationis est vox, vel prolatio significans aliquid simplex per impositionem. Et partes ejus tres sunt, Nomen, Verbum, et Par-*

ticula. Sub Nomine Pronomen, sub Verbo Participium, sub Particula Praepositio, Conjunctio, Interjectio aliqua; et nonnullum Adverbium, tanquam membra sub eis comprehensa intelliguntur.

CAPUT SECUNDUM

DE VERBO IN GENERE.

Verbum, ut Orationis pars, vocatur فِعْلٌ, cui si motiones apponantur hoc modo فَعَلَ *fecit*, est radix verbi; si ف cum *fathha* فَعْلٌ est *operatio*.

Porro Arabes sic Verbum definiunt:

فِعْلٌ هُوَ كَلِمَةٌ دَالَّةٌ عَلَى مَعْنًى فِي نَفْسِهِ مُقْتَرِنٍ بِأَحَدِ ٱلْأَزْمِنَةِ ٱلثَّلَاثَةِ * Hoc est: *Verbum est dictio singularis indicans significatum per se junctum cum aliquo trium temporum*, Praeteriti scilicet, Praesentis, vel Futuri.

Prima Verbi vox, seu thema, apud Arabes vocatur أَصْلٌ idest *radix*, et literae ejus أَصْلِيَّةٌ *radicales*: ad quas quae accedunt ad formationem Conjugationis, Temporis, Personae, Numeri, et Generis, quales sunt septem, quas comprehendit vox يَتَسَمَّنُوا *pinguefient*; vel ad consignificationem, quales insuper sunt quatuor, contentae voce بِفُلْكٍ *in navi*, Accidentales, seu Serviles vocantur.

Estque radix tertia Praeteriti persona singularis masculina, quae paucioribus quam tribus literis, ut in فَعَلَ *fecit*, مَدَّ *extendit*, pluribus quam quatuor, ut in دَحْرَجَ *revolvit*, غَرْغَرَ *fefellit*, constare nequit: prima vero harum radicalium, compendii causa, dicitur ف *fe*, secunda ع *aain*, ter-

tia ل *lam*, quod desumptum est ab usitato verbo فَعَلَ. In Quadriliteris tertia radicalis dicitur ل *lam primum*, et quarta ل *lam secundum*, ita ut sit فَعْلَلَ; quod semel monitum ubique observandum erit, cum de literis radicalibus, et motionibus Verborum fiet sermo.

In Verbo consideranda sunt sex: I. Qualitas. II. Conjugatio. III. Tempus. IV. Numerus. V. Persona. VI. Genus.

I. Verbum Qualitate aliud est ἀνάλογον, seu regulare, quod scilicet regulam communem, seu typum conjugationum (qui est Verbum فَعَلَ) sequitur; qualia sunt omnia illa, quae nec secundam similem tertiae habent, nec aliquam literarum اوى radicalem: aliud est ἀνώμαλον, seu irregulare, quod ab ea regula recedit; qualia sunt reliqua fere omnia. Illud Perfectum, seu Sanum, hoc vero Imperfectum, vel Infirmum, vulgo appellari solet.

II. Conjugatio genus significationis activum, et passivum continet, cujus ratio eadem est, quae in lingua Hebraea, et aliis: verba tamen intransitiva, quae Latini vocant neutra, cujuscumque sint conjugationis, conveuienter passivum non agnoscunt. Deducuntur autem verba Trilitera per tredecim conjugationes, de quibus Cap. VI. hujus Libri.

III. In Conjugatione quinque praecipue sunt partes, quae Tempora, et Modi vulgo dicuntur: 1. Praeteritum. 2. Modzhareum. 3. Imperativus. 4. Participium. 5. Infinitivus; quibus addi possunt Nomina temporis, loci, et instrumenti, non ut membra verbi, sed tanquam nomina a verbo dimanantia.

In istis omnibus tria consideranda sunt. 1. Significatio. 2. Literae serviles. 3. Vocales literarum radicalium.

1. Quod attinet ad Significationem, Praeteritum respondet nostro praeterito perfecto, et interdum imperfecto, aut plusquam perfecto indicativi modi, ejusque sunt quatuordecim voces; sed cum secunda dualis tam masculini, quam foeminini eadem sit, ideo semel posita, tredecim supersunt.

2. Modzhareum complectitur الْحَالُ وَالْمُسْتَقْبَلُ idest *praesens*, *et futurum* indicativi nostri: dicitur *Modzhareum*, quod significat *simile* seu *simulans*, ob similitudinem, quam habet cum Participio Activo, tum in numero literarum, tum in significatione, et usu; ipsius quoque tredecim sunt voces. Praeteriti quoque significationem habet, cum ei praeponitur لَمْ *non*, aut لَمَّا *nondum*.

3. Imperativus respondet nostro imperativo: sed usurpatur solum in praeceptis affirmativis, deprecationibus, et hortationibus; nam praecepta negativa, deprecationes, dehortationes, per Modzhareum, praeposito لَا *ne*, concipiuntur: ut اِضْرِبْ *verbera*, لَا تَضْرِبْ *ne verbera*. Quinque habet voces, sed dualis pro masculino, et foem. communis habetur.

4. Participium nostro respondet; ut ضَارِبٌ *verberans*, مَضْرُوبٌ *verberatus*. At quia omissione temporis saepe fit nomen, Modzhareum non raro pro eo usurpatur, et e contra; ut جَاوُا يَبْكُونَ *venerunt flent*, idest, *flentes*. Ejus voces sex sunt.

5. Infinitivus, qui et *Masdar*, vel etiam Nomen Actionis appellatur, non aequipollet nostro, sed Hebraeorum absoluto: adjungitur enim solum verbo suo, significationis augendae gratia, et per gerundium in *do* utcunque verti potest: ut قَتَلَهُ قَتْلًا הָרוֹג הֲרָגוֹ *occidendo occidit eum*. Quomodo Praeteriti imperfecti et plusquam perfecti, et cetera Latinorum membra suppleant Arabes, infra suo loco dicetur; prolixum enim exigunt sermonem, quem hic inserere molestum esset.

Literae autem serviles, et vocales radicalium manifestae fient in Paradigmate.

IV. Numeri in Tempore (excepto Infinitivo) tres sunt اَلْمُفْرَدُ *singularis*, اَلْمُثَنَّى *dualis*, اَلْمَجْمُوعُ *pluralis*.

V. In Numero tres sunt Personae; nimirum نَفْسُ ٱلْمُتَكَلِّمِ *ipsemet loquens*, prima scilicet persona; ٱلْمُخَاطَبُ *colloquens*, qualis est secunda persona cum qua prima loquitur; et ٱلْغَائِبُ *absens*, hoc est tertia persona, de qua prima secundam alloquitur; quarum tertia secundam praecedit, secunda primam in ordine: prima autem caret duali, pro quo ipsum plurale venire potest.

VI. In Persona triplex est Genus, مُذَكَّر *masculinum*, مُؤَنَّث *foemininum*, et سَوِيّ *æquale*, seu commune. Horum postremum in prima singularis, et pluralis persona, nec non secunda dualis, tantum locum habet.

Praeter haec omnia numerata de Verbo, aliquid ignotum Latinis in Modzhareo, et Imperativo continet conjugatio Arabica, dispositionem scilicet, seu desinentiam triplicem in *rafoo*, *nasbo*, et *giezma*, quibus terminationibus non solum flecti, sed et more nominum declinari videtur. Continet insuper tria alia membra, nimirum Nomina temporis, et loci, in quibus actio fit, ac instrumenti deservientis ad actionem; hoc tamen non est tam universale, quam duo priora: non enim in omnibus verbis indifferenter, sed tantum in significantibus actionem, quae in loco, vel tempore aut instrumento fieri possit, formatur.

CAPUT TERTIUM

DE DIVISIONIBUS VERBI.

Verbum aliud est سَالِمٌ *sanum* seu Perfectum, aliud غَيْرُ سَالِمٍ *non sanum* seu Imperfectum. Sanum omnes literas radicales habet sanas atque perfectas, nec aliquo signo duplicatas; ut ضَرَبَ *percussit*. Non sanum est habens literas

easdem infirmas, vel signi duplicationem: quod item triplex est, scilicet *Surdum* seu *Duplicatum*, *Infirmum*, et *Hamzatum*. Tam Perfectum, quam Imperfectum vel est triliterum sive *Ternarium*, quod nempe in radice tres habet literas, vel quadriliterum seu *Quaternarium* habens in eadem radice quatuor literas. Insuper utrumque est vel Simplex, seu Primitivum, quod scilicet ab alio verbo minime originem trahit, vel Compositum seu Derivativum, quod a suo Primitivo oritur. His explicatis, tota Verbi ratio habetur.

Cujusnam ex praedictis generibus Verbum sit, ex dicendis facile dignosci poterit; eo enim modo, quo Latini a prima, et secunda Praesentis persona discernunt verbum talis esse conjugationis, ut *Amo*, *as* primae, *Doceo*, *es* secundae activorum; pariformiter Arabes a tertia Praeteriti, et Praesentis singul. mascul. persona diversas verborum Formas colligunt.

Itaque Verbum Simplex Triliterum sex habet Conjugationum formas, quae omnes sub nomine Primae Conjugationis intelliguntur, earumque distinctio est respectu vocalis secundae literae radicalis Praeteriti et Modzharei.

Prima enim habet in penultima Praeteriti *fathham*, Modzharei vero *dzhammam*: ut نَصَرَ *adjuvit*, يَنْصُرُ *adjuvat*.

Secunda in eadem penultima Praeteriti habet etiam *fathham*, et Modzharei *kesram*: ut ضَرَبَ *percussit*, يَضْرِبُ *percutit*.

Tertia in penultima tum Praeteriti, tum Modzharei habet *fathham*, atque hanc ex ternariis verbis simplicibus ea dumtaxat induere possunt, quae in ع, vel ل, aliquam gutturalium habent: ut فَرَحَ *gavisus est*, يَفْرَحُ *gaudet*; مَنَعَ *prohibuit*, يَمْنَعُ *prohibet*. Excipitur أَبَى *renuit*, يَأْبَى *non vult*, quod quamvis in secundo, vel tertio loco non habeat gutturalem, hujus tamen formae esse potest.

Quarta habet in penultima Praeteriti *kesram*, Modzharei vero *fathham*: ut عَلِمَ *scivit*, يَعْلَمُ *scit*.

Quinta tam in Praeteriti, quam Modzharei penultima habet *kesram*: ut حَسِبَ *existimavit*, يَحْسِبُ *existimat*.

Sexta habet *dzhammam* in penultima Praeteriti et Modzharei: ut حَسُنَ, *bonus seu pulcher fuit*, يَحْسُنُ *bonus sive pulcher est:* juxta versum omnes sex comprehendens

1 فَتْحٌ ضَمٌّ 2 فَتْحٌ كَسْرٌ 3 فَتْحَتَانِ 4 كَسْرٌ فَتْحٌ

5 كَسْرٌ كَسْرٌ 6 ضَمَّتَانِ ::

Ex his tres primas formas verba tam transitiva, quam intransitiva induere possunt; quartam et quintam similiter, sed ut plurimum intransitiva; sextam itidem intransitiva fere universa. Sicque triliteris tam perfectis, quam imperfectis convenire potest.

Harum omnium formarum passiva conjugatio unica est habens in Praeterito et Modzhareo motiones semper hoc modo نُصِرَ *adjutus fuit*, يُنْصَرُ *adjuvabitur*; nisi verba sint Infirma, ut ibi fiet clarum.

Simplex Quadriliterum unicam tantum conjugationis formam habet, ut دَحْرَجَ *revolvit*, يُدَحْرِجُ *revolvet*. Nunc ad praxim deveniendum est.

CAPUT QUARTUM

DE CONJUGATIONE VERBI TRILITERI PERFECTI SIMPLICIS.

Hanc Triliteri conjugationem reliquae per omnia fere sequuntur: quocirca paradigma ejus perfectum, tam quoad exempla differentia, seu variata, qualia sunt primae voces cujuscunque temporis, vel modi; quam continuata, ut sunt omnia, quae in verbo dicuntur, distincte proponitur. Sit er-

go paradigma نَصَرَ juxta usitatum فَعَلَ, cujus activa conjugatio instar primae formae est per

أَلْأَمْثِلَةُ ٱلْمُخْتَلِفَةُ

Exempla variata, seu differentia.

أَلْمَاضِى	Praeteritum	فَعَلَ	نَصَرَ	*adjuvit.*
أَلْمُضَارِعُ	Modzhar.	يَفْعُلُ	يَنْصُرُ	*adjuvat.*
أَلْأَمْرُ	Imperativ.	أُفْعُلْ	أُنْصُرْ	*adjuva.*
اِسْمُ ٱلْفَاعِلِ	Particip. seu Nom. Agens	فَاعِلٌ	نَاصِرٌ	*adjuvans.*
أَلْمَصْدَرُ	Masdar seu Infinitivus.	فَعْلًا	نَصْرًا	*adjuvatio, et adjuvare.*
اِسْمُ ٱلزَّمَانِ وَٱلْمَكَانِ	Nom. Temp. et Loci	مَفْعَلٌ	مَنْصَرٌ	*temp. et loc. juvandi.*
اِسْمُ الْآلَةِ	Nom. Instr.	مِفْعَلٌ	مِنْصَرٌ	*Instr. juvandi.*

Sicque brevitatis causa flectentur verba, quae peculiarem non habent difficultatem.

ٱلْأَمْثِلَةُ ٱلْمُتَّحِدَةُ

Exempla continuata.

Praeteritum.	Modzhareum.
نَصَرَ فَعَلَ *adjuvit* m.	يَنْصُرُ يَفْعَلُ *adjuvat* m.
نَصَرَتْ فَعَلَتْ *adjuvit* f.	تَنْصُرُ تَفْعَلُ *adjuvat* f.
نَصَرَا فَعَلَا *adjuverunt duo.*	يَنْصُرَانِ يَفْعَلَانِ *adjuvant duo.*
نَصَرَتَا فَعَلَتَا *adjuv. duae.*	تَنْصُرَانِ تَفْعَلَانِ *adjuv. duae.*
نَصَرُوا فَعَلُوا *adjuverunt illi.*	يَنْصُرُونَ يَفْعَلُونَ *adjuvant illi.*
نَصَرْنَ فَعَلْنَ *adjuv. illae.*	يَنْصُرْنَ يَفْعَلْنَ *adjuvant illae.*
نَصَرْتَ فَعَلْتَ *adjuvisti tu* m.	تَنْصُرُ تَفْعَلُ *adjuvas tu* m.
نَصَرْتِ فَعَلْتِ *adjuvisti tu* f.	تَنْصُرِينَ تَفْعَلِينَ *adjuvas tu* f.
نَصَرْتُمَا فَعَلْتُمَا *adjuvistis* du. c.	تَنْصُرَانِ تَفْعَلَانِ *adjuv.* dual. c.
نَصَرْتُمْ فَعَلْتُمْ *adjuv. vos* pl. m.	تَنْصُرُونَ تَفْعَلُونَ *adjuv. vos* m.
نَصَرْتُنَّ فَعَلْتُنَّ *adjuvistis vos* f.	تَنْصُرْنَ تَفْعَلْنَ *adjuv. vos* f.
نَصَرْتُ فَعَلْتُ *adjuvi ego* c.	أَنْصُرُ أَفْعَلُ *adjuvo ego* c.
نَصَرْنَا فَعَلْنَا *adjuv. nos* com.	نَنْصُرُ نَفْعَلُ *adjuv. nos* c.

Imperativus.		
أُفْعُلْ	أُنْصُرْ	*juva tu* m.
أُفْعُلِي	أُنْصُرِي	*juva tu* f.
أُفْعُلَا	أُنْصُرَا	*juvate dual.* c.
أُفْعُلُوا	أُنْصُرُوا	*juvate vos* m.
أُفْعُلْنَ	أُنْصُرْنَ	*juvate vos* f.

Participium.		
فَاعِلٌ	نَاصِرٌ	*adjuvans* m.
فَاعِلَةٌ	نَاصِرَةٌ	*adjuvans* f.
فَاعِلَانِ	نَاصِرَانِ	*juvantes duo*.
فَاعِلَتَانِ	نَاصِرَتَانِ	*juvantes duae*.
فَاعِلُونَ	نَاصِرُونَ	*juvantes* pl. m.
فَاعِلَاتٌ	نَاصِرَاتٌ	*juvantes* f.

Infinitivus.		
فَعْلٌ	نَصْرٌ	*juvatio*.
فَعْلَانِ	نَصْرَانِ	*juvationes duae*.
فَعْلَاتٌ	نَصْرَاتٌ	*juvationes* pl.

Nomen temporis, et loci.		
مَفْعَلٌ	مَنْصَرٌ	*temp. et loc. juvandi.*
مَفْعَلَانِ	مَنْصَرَانِ	*duo temp. et loc. juvandi.*
مَفَاعِلُ	مَنَاصِرُ	*plura temp. et loc. juvandi.*

Nomen Instrumenti.		
مِفْعَلٌ	مِنْصَرٌ	*instrumentum juvandi.*
مِفْعَلَانِ	مِنْصَرَانِ	*duo instrumenta juvandi.*
مَفَاعِلُ	مَنَاصِرُ	*plura instrumenta juvandi.*

De Praeterito.

Prima et ultima litera radicis perpetuo habent *fathham*: media saepissime quoque *fathham*, rarius *kesram*, rarissime *dzhammam*, ac primae duae vocales inter flectendum con-

stanter manent in omnibus personis, ultima vero excidit, quando ad formationem numerornm, personarum, et generum in fine adduntur Serviles, quae in hac dictione continentur أَنُمُوتُ *an moriamur*: imo a tertia plur. foem. usque in finem in his verbis ubique ل radicale giezmatur, ut satis liquet in paradigmate dicto, quod reliquae simplicium conjugationes, servatis motionum proprietatibus, fere per omnia sequuntur.

Omnes Praeteriti personae sua habent pronomina hoc modo:

هُوَ *ipse*		نَصَرَ *adjuvit ipse*
هِيَ *ipsa*		نَصَرَتْ *adjuvit ipsa*
هُمَا *ipsi duo*	ا	نَصَرَا *adjuverunt ipsi duo*
هُمَا *ipsae duae*	تَا	نَصَرَتَا *adjuverunt ipsae duae*
هُمْ *ipsi*	وا	نَصَرُوا *adjuverunt illi*
هُنَّ *ipsae*	نَ	نَصَرْنَ *adjuverunt illae*
أَنْتَ *tu* masc.	تَ	نَصَرْتَ *adjuvisti tu* m.
أَنْتِ *tu* foem.	تِ	نَصَرْتِ *adjuvisti tu* foem.
أَنْتُمَا *vos duo* c.	تُمَا	نَصَرْتُمَا *adjuv. vos duo* et *duae*
أَنْتُمْ *vos* masc.	تُمْ	نَصَرْتُمْ *adjuvistis vos* masc.
أَنْتُنَّ *vos* foem.	تُنَّ	نَصَرْتُنَّ *adjuvistis vos* foem.
أَنَا *ego* com.	تُ	نَصَرْتُ *adjuvo ego* com.
نَحْنُ *nos* com.	نَا	نَصَرْنَا *adjuvamus nos* com.

Quemadmodum Latini in verbo *audio* pronomen occultum *ego* subintelligunt, ita Arabes in tertia singul. mascul. et foem. ajunt latere أَلضَّمِيرُ ٱلْمُسْتَتِرُ *pronomen occultum;* ut voces hae نَصَرَ et نَصَرَتْ eandem vim habeant, ac si explicite diceretur نَصَرَ هُوَ *adjuvit ipse*, نَصَرَتْ هِيَ *adjuvit ipsa ;* litera ت addita foeminino non est pronomen occultum, sed hujusmodi generis solummodo signum; quae quidem litera perpetuo quiescit, nisi post eam sequatur *alef* unionis; tunc enim, ne duae simul quiescant, assumit *kesram*.

Literae in medio positae dicuntur ab Arabibus pronomina egredientia, seu explicita, et volunt idem valere, quod pronomina integra, vel eorum esse signa; ideo ibi memoriae causa locatae sunt, ex radice enim simul cum ipsis tota Praeteriti inflexio habetur; quae quidem inflexio cum praedictis literis dicitur esse in casu *Rafeo*, idest Nominativo.

Licet Praeteriti formatio invariabilis sit, adjunctis tamen quibusdam adminiculis, aliorum temporum, ac modorum sensum habere potest, ut infra patebit.

De Modzhareo.

Modzhareum amplectitur أَلْحَاضِرُ vel أَلْحَالُ idest *Praesens*, et أَلْمُسْتَقْبَلُ *Futurum*: eadem enim omnino vox est utriusque: formatur autem positis literis أَتَيْنَ in principio, et يُونَا in fine, eodem fere modo, quo apud Hebraeos servilibus.

Alef enim أتين format primam singularem, ut *nun* pluralem; *te* secundam ubique personam, et tertiam quoque foemininam in singulari et duali; *je* tertiam masculinam, et foemininam quoque in plurali.

In fine autem *nun* solum plurale foemininum format; ut cum *vau* masculinum, cum *alef* vero duale, et cum *je* singulare foem. secundae personae.

Habent literae أتين (quae *modzhareae* appellantur) in ver-

bis activis perpetuo *fathham*, et prima radicalis *giezmam*. De secunda radicis regula dari nequit; juxta enim verborum species *dzhammam*, *fathham*, necnon *kesram* habere potest. Ultima radicalis habet *dzhammam*, quae accedentibus literis بونا cadit, ut patet in Paradigmate.

Quemadmodum in Praeterito, hic pariter in Modzhareo quinque reperiuntur voces, in quibus pronomina occulta, seu implicita continentur, et sunt

هُوَ	*ille*	continentur in	يَنْصُرُ	*juvat ille*
هِيَ	*illa*		تَنْصُرُ	*juvat illa*
أَنْتَ	*tu*		تَنْصُرُ	*juvas tu* masc.
أَنَا	*ego*		أَنْصُرُ	*juvo ego* com.
نَحْنُ	*nos*		نَنْصُرُ	*juvamus nos* com.

In reliquis autem vocibus, personarum pronomina explicita cernuntur, et sunt ا و ى ن

ا in	يَنْصُرَانِ *juvant illi duo.*	Harum vocum pronomina integra sunt	هُمَا
	تَنْصُرَانِ *juvant illae duae.*		هُمَا
	تَنْصُرَانِ *juvatis vos duo.*		أَنْتُمَا
	تَنْصُرَانِ *juvatis vos duae.*		أَنْتُمَا
و in	يَنْصُرُونَ *juvant illi plures.*		هُمْ
	تَنْصُرُونَ *juvatis vos plures* masc.		أَنْتُمْ
ى in	تَنْصُرِينَ *juvas tu mulier.*		أَنْتِ
ن in	يَنْصُرْنَ *juvant illae plures.*		هُنَّ
	تَنْصُرْنَ *juvatis vos plur. mulier.*		أَنْتُنَّ

Observandum est, naturalem Modzharei terminationem variari interdum in omnibus personis, Apocope seu *giezmatione*, Antithesi sive *nasbatione*, et Paragoge.

Apocope, seu *giezmatio* tollit *dzhammam* finalem, et ن literarum يونا; et quidem in plurali masculino, abjecto ن, assumitur ا otiosum juxta sextum Canonem و, et loco nativae motionis, ponitur *giezma*. Excipitur ن formans foeminina pluralia, quae invariabilia ubique sunt.

Accidit autem Modzhareo haec *giezmatio*, seu apocope, ob influentiam particularum quarundam ei praepositarum.

Antithesin, sive *nasbationem* inducunt quaedam particulae, quae *dzhammam* tertiae radicalis mutant in *fathham*, et ن literarum يونا quoque tollunt. Vide in tertia parte hujus Secundi Libri.

Ut autem percipias, quaenam sit inter hos modos, seu casus differentia, observa eas simul hoc modo.

المضارع المرفوع	المضارع المنصوب	المضارع المجزوم
Modzhar. Rafeat.	**Modzhar. Nasbat.**	**Modzhar. Giezmat.**
يَنْصُرُ *juvat* vel *juvabit* masc.	لَنْ يَنْصُرَ *non juvabit* m.	لَمْ يَنْصُرْ *non juvit* m.
تَنْصُرُ *juvat* f.	لَنْ تَنْصُرَ	لَمْ تَنْصُرْ
يَنْصُرَانِ *juvant duo.*	لَنْ يَنْصُرَا	لَمْ يَنْصُرَا
تَنْصُرَانِ *juvant duae.*	لَنْ تَنْصُرَا	لَمْ تَنْصُرَا
يَنْصُرُونَ *juvant illi.*	لَنْ يَنْصُرُوا	لَمْ يَنْصُرُوا
يَنْصُرْنَ *juvant illae.*	لَنْ يَنْصُرْنَ	لَمْ يَنْصُرْنَ
تَنْصُرُ *juvas tu* m.	لَنْ تَنْصُرَ	لَمْ تَنْصُرْ

تَنْصُرِينَ *juvas tu* f.	لَنْ تَنْصُرِي	لَمْ تَنْصُرِي
تَنْصُرَانِ *juvatis duo*, et *duae*.	لَنْ تَنْصُرَا	لَمْ تَنْصُرَا
تَنْصُرُونَ *juvatis* pl. m.	لَنْ تَنْصُرُوا	لَمْ تَنْصُرُوا
تَنْصُرْنَ *juvatis* f.	لَنْ تَنْصُرْنَ	لَمْ تَنْصُرْنَ
أَنْصُرُ *juvo* com.	لَنْ أَنْصُرَ	لَمْ أَنْصُرْ
نَنْصُرُ *juvamus* c.	لَنْ نَنْصُرَ	لَمْ نَنْصُرْ

Vides *nasbum*, et *giezmam* pariter rejicere omnes literas *nun* additas in fine, exceptis *nun* pluralium foemininorum, quae nullo modo mutantur, sicque in hoc *nasbat.* et *giezmat.* conveniunt. Diversitas vero sita est in illis vocibus, quae nullam additam in fine habent: nam *dzhamma rafeat.*, in *nasbat.* vertitur in *fathham*, et in *giezmato* omnis vocalis rejicitur.

Paragoge adjicit Modzhareo *nun*, vel *fathhatum* cum *tescdid*, hoc modo

Plur.			Dual.			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
يَنْصُرْنَانِّ		يَنْصُرُنَّ	تَنْصُرَانِّ		يَنْصُرَانِّ	تَنْصُرَنَّ		يَنْصُرَنَّ	3
تَنْصُرْنَانِّ		تَنْصُرُنَّ		تَنْصُرَانِّ		تَنْصُرِنَّ		تَنْصُرَنَّ	2
	نَنْصُرَنَّ						أَنْصُرَنَّ		1

aut *giezmatum* sine *tescdid*, sed in singulari solum, ac plurali masculino et commune, in hunc modum

Plur. Foem. Com. Masc.	Dualis.	Singul. Foem.	Com. Masc.	
يَنْصُرُنَّ	Caret	تَنْصُرَنَّ	يَنْصُرَنَّ	3
تَنْصُرُنَّ		تَنْصُرِنَّ	تَنْصُرَنَّ	2
نَنْصُرَنَّ			أَنْصُرَنَّ	1

Illud *nun* paragogicum grave, quia *tescdid* gravatur, hoc leve vocatur.

Vides quomodo ante *nun*, *dzhamma* tertiae radicalis in *fathham* mutetur; itemque و et ى serviles in fine secundae et tertiae plural. mascul., et secundae singul. foem. excidant, pro quibus vocalis earum homogenea apponitur praecedenti literae, nimirum tertiae radicali, quae, ubi nihil demitur, habet *fathham*, praeterquam in plurali foeminino, ubi giezmatur: ibique inter ن servile, et paragogicum ponitur ا, ne tria *nun* concurrant.

Insuper *nun* paragogicum semper habet *fathham*, exceptis illis vocibus, quae habere nequeunt ن leve, nempe duali et plurali foeminino; in his enim *nun* paragogicum habet *kesram*.

Adhibetur autem, fere solum, haec utraque Paragoge ad actionem verbi omnimode complendam (*nun* enim grave, et leve idem importat, quod apud Latinos particula *prorsus*, vel *penitus*, aut *omnino*); cum Modzhareum rem futuram quodammodo petit, ut fit interrogando, imperando, vel optando: ut هَلْ تَنْصُرَنَّ, et هَلْ تَنْصُرَنْ *an penitus adjuvabis?* لِيَنْصُرَنَّ et لِيَنْصُرَنْ *adjuvet omnino*; لَا تَنْصُرَنَّ et لَا تَنْصُرَنْ *ne*

adjuves prorsus; لَيْتَ يَنْصُرَنْ et لَيْتَ يَنْصُرَنَّ *utinam omnino adjuvet*! etc.; et cum praecedit juramentum: ut وَٱللّٰهِ يَنْصُرَنَّ vel يَنْصُرَنْ *per Deum juvabit omnino*. Recipit autem affixa post se, ut لَتُنَبِّئَنَّهُمْ *prorsus declarabis eis*.

Ratio vero, cur nulla vox dualis, aut foem. pluralis *nun* leve admittat, est, quia duae literae immediate una post alteram quiescentes darentur: ut يَنْصُرَانْ يَنْصُرْنَانْ, quod apud Arabes absurdum est; nec id unquam admittitur, nisi quando prior est aliqua ex literis اوى, et sequens non est quiescens per se, sed tantum immissa in aliam virtute *tescdid*; et ad hoc evitandum potius litera omnino abjicitur; ut infra de verbis Imperfectis agendo patefiet.

De Imperativo.

Imperativus formatur a Modzhareo giezmato, rejecta litera *modzharea*, in cujus loco *alef* unionis cum *kesra* substituitur: ut ex يَعْلَمُ *scit*, fit اِعْلَمْ *scito*, ex يَضْرِبُ *verberat*, fit اِضْرِبْ *verbera*; nisi penultima vocalis, quae talis semper est, qualis in Modzhareo, sit *dzhamma*; tunc enim et *alef dzhammam* habet: ut ex يَنْصُرُ *adjuvat* fit اُنْصُرْ *adjuva*.

Prima radicalis *giezmam* possidet, ut et ultima, quamdiu augmenti vocalem nullam recipit. Exciditque interdum ا imperativum post و et ف. Formationi autem generum, et numerorum hic inserviunt literae يونا, ut in Modzhareo; cujus *nun* paragogicum hic quoque locum habet: sic

Plur.		Dual.	Singul.	
Foem.	Masc.	Com.	Foem.	Masc.
أُنْصُرْنَانِّ	أُنْصُرُنَّ	أُنْصُرَانِّ	أُنْصُرِنَّ	أُنْصُرَنَّ

et sine *tescdid* hoc modo

	أُنْصُرُنْ		أُنْصُرِنْ	أُنْصُرَنْ

Imperativus secundam tantum personam agnoscit; reliqnae per Modzhareum giezmatum exprimuntur; praefixo ل cum *kesra*, ut لِيَنْصُرْ *adjuvet*, لِنَنْصُرْ *adjuvemus*; quod et secundae interdum contingit; ut لِتَنْصُرْ *adjuva*. Hoc autem, respectu omnium verborum dicitur, et ubique servandum est. Sed excidit *kesra* 78 ل, cum praefigitur و vel ف, ut فَلْيَنْصُرْ et وَلْيَنْصُرْ *adjuvet*: quin et tunc ل etiam omittitur, sed influit tamen, hoc est operatur id, quod de ل imperativo in 3. parte hujus Libri dicetur.

Prohibitiones quoque per Modzhareum, praeposita giezmante particula لا *ne*, concipi, jam supra delibatum est.

Invenies aliquando, quamvis rarissime, Imperativum formari instar فَعَالِ, ut ex نَزَلَ *descendit*, fit نَزَالِ *descende*, quod unicum fere notatur.

De Participio Activo.

Formae Participii activi praecipuae, et frequentiores in verbis simplicibus Triliteris hae sunt: nempe فَاعِلٌ, فَعِيلٌ,

أَفْعَلُ , فَعْلَانُ , فَعِلٌ , فَعِيلٌ , فَاعِلٌ, vel interdum فُعْلَانٌ. Quae omnes per ordinem explicantur: et

Prima فَاعِلٌ deducitur a Praeterito, adjecto *alef* quiescente post ف, seu primam radicis, quae habet *fathham*; secunda *kesram*; ultima *dzhammam* nunuatam, more nominum: provenit autem a verbis omnibus primae, et secundae, et tertiae formae simplicium; item a transitivis quartae, et quintae formae: ut نَاصِرٌ *juvans*, ضَارِبٌ *percutiens*, فَاتِحٌ *aperiens*, عَالِمٌ *sciens*, حَاسِبٌ *existimans*. Horum foemininum semper est formae فَاعِلَةٌ, exceptis tantum aliquibus, quae, cum soli foemineo sexui congruant, ة explicitum negligunt, ut حَائِضٌ *menstruans*.

Secunda participii forma فَعِيلٌ provenit ex verbis sextae formae simplicium, et ex intransitivis quartae, ut عَظِيمٌ *magnus*, ex عَظُمَ يَعْظُمُ *magnus fuit*; مَرِيضٌ *aegrotans*, ex مَرِضَ يَمْرَضُ *aegrotavit*. In foeminino habet فَعِيلَةٌ, ut عَظِيمَةٌ *magna*, مَرِيضَةٌ *aegrotans* foem.

Tertia forma أَفْعَلُ provenit a verbis intransitivis significantibus actum habendi colorem, vel defectum, seu deformitatem, ut أَحْمَرُ *rubens*, أَحْدَبُ *gibbosus*; quae verba regulariter eandem quartam formam simplicium obtinent. Foemininum est فَعْلَاءُ, ut حَمْرَاءُ *haec rubens*, حَدْبَاءُ *gibbosa*. Participia tamen hujus formae potius adjectiva dici debent, secundum aliquos auctores; non enim indicant actionem, quam in subjectum agunt, sed potius qualitatem, seu formam quam obtinent, explicant.

Quarta forma فَعْلَانُ vel فُعْلَانُ similiter provenit a verbis intransitivis quartae speciei, atque in foeminino regulariter habet فَعْلَى, ut عَطْشَانُ *hic sitiens*, عَطْشَى *haec sitiens*, ex عَطِشَ يَعْطَشُ *sitivit;* quamvis etiam aliquando foemininum habeat ة, ut نَدْمَانُ *hic poenitens*, نَدْمَانَةٌ *haec poenitens*, a نَدِمَ يَنْدَمُ *poenituit.*

Quinta forma فَعِلٌ ab iisdem verbis intransitivis manat, habetque foemininum فَعِلَةٌ, ut زَمِنٌ et زَمِنَةٌ *hic*, et *haec morbo gallico laborans*, ex زَمِنَ يَزْمَنُ

Sexta tandem forma فَعُلَ ut plurimum oritur a verbis sextae formae simplicium, ejusque foemininum est فَعْلَةٌ, ut حَسَنٌ *pulcher*, حَسَنَةٌ *pulchra*, ex حَسُنَ يَحْسُنُ *pulcher fuit.*

Hae omnes formae habent plurale masculinum, et foemininum sanum vel fractum, vel utrumque simul, revolubile, vel irrevolubile, ut infra ostendetur.

Insuper Participium hoc varias assumit formas, prout diversa significat. Et primo formam فَعَّالٌ, qua proprie significatur actor, sive artifex, ut ضَرَّابٌ *percussor*, خَيَّاطٌ *sarcinator*, خَرَّازٌ *sutor*, حَدَّادٌ *faber ferrarius;* quae ratione generis et numeri inflectuntur, ut dicetur suo loco.

Secundo assumit formam فَعُولٌ, qua significatur is, qui veluti habitum operationis obtinet, non unico actu; estque generis communis, ut صَبُورٌ *hic* et *haec patiens*, عَجُوزٌ *hic* et *haec impotens*, sive *senex.*

Tertio assumit formam أَفْعَلُ, et in foeminino فُعْلَى, qui-

bus significatur excessus super alios , ut sunt Latinorum comparativa , et superlativa ; unde apud Arabes dicitur أَفْعَلُ ٱلتَّفْضِيلِ *nomen excessus*, ut أَكْبَرُ *major* vel *maximus*, كُبْرَى *major, maxima* : de hoc fusius in tractatu de Nomine.

De Infinitivo seu Masdaro.

Infinitivus , qui potius *Masdarum* vocatur , est nomen indicans actionem verbi , sine relatione ad tempus aliquod ; regitque casum sui verbi , aeque ac si esset ipsum verbum, additurque solum verbo suo significationis augendae gratia , et tunc habet terminationem Nasbi, ut قَتَلَهُ قَتْلًا *occidendo occidit eum ;* per hoc tamen non excluditur ab ordinaria nominum terminatione, cum aliter usurpatur. Et quidem verborum transitivorum Infinitivus fere regularis est فَعْلًا , ut ضَرَبَ ضَرْبًا *verberando verberavit ;* فَهِمَ فَهْمًا *intelligendo intellexit.* Intransitivorum autem, si media radicalis in Praeterito habet *fathham*, فُعُولًا , ut قَعَدَ قُعُودًا *sedendo sedit* : si *dzhammam*, فُعُولَةً , ut سَهُلَ سُهُولَةً *facilis fuit ;* vel فَعَالَةً, ut جَزُلَ جَزَالَةً *abundando abundavit* : si *kesram* , فَعَلًا , ut فَرِحَ فَرَحًا *gaudendo gavisus est.*

Sed innumera excipiuntur , quae aliter infinitivum formant; quae praxi , et ex dictionariis potius, quam regula aliqua discuntur. Addunt vero Grammatici hisce quinque formis alias viginti octo, ut triginta tres sint in universum: nempe

1 نَصَرَ يَنْصُرُ نَصْرٌ فَعْلٌ *Adjuvare.*

2 حَسُنَ يَحْسُنُ حُسْنٌ فُعْلٌ *Bonum* et *pulchrum esse.*

3	فِعْلٌ	عِلْمٌ	يَعْلَمُ	عَلِمَ *Scire.*
4	فَعَلٌ	مَطَرٌ	يَمْطُرُ	مَطَرَ *Pluere.*
5	فِعَلٌ	عِوَجٌ	يَعْوَجُ	عَوِجَ *Curvum, distortum esse.*
6	فُعَلٌ	تُكَلٌ	يَتْكَلُ	تَكِلَ *Confidere.*
7	فَعَالٌ	حَسَابٌ	يَحْسُبُ	حَسَبَ *Computare, cogitare, aestimare.*
8	فُعَالٌ	سُكَاتٌ	يَسْكُتُ	سَكَتَ *Silere.*
9	فِعَالٌ	كِتَابٌ	يَكْتُبُ	كَتَبَ *Scribere.*
10	فَعْلَةٌ	وَحْدَةٌ	يَحِدُ	وَحَدَ *Unicum esse.*
11	فُعْلَةٌ	نُدْبَةٌ	يَنْدُبُ	نَدَبَ *Deflere* mortuum.
12	فِعْلَةٌ	حِسْبَةٌ	يَحْسِبُ	حَسِبَ *Putare, opinare.*
13	فَعَلَةٌ	غَلَبَةٌ	يَغْلِبُ	غَلَبَ *Praevalere, vincere.*
14	فَعَالَةٌ	جَزَالَةٌ	يَجْزُلُ	جَزُلَ *Optimo consilio pollere.*
15	فُعَالَةٌ	جُرَآةٌ	يَجْرُؤُ	جَرُؤَ *Animosum esse.*
16	فِعَالَةٌ	خِلَابَةٌ	يَخْلُبُ	خَلَبَ *Vulnerare, discerpere unguibus.*
17	فُعُولٌ	ثُبُوتٌ	يَثْبُتُ	ثَبَتَ *Fixum,* et *constant. esse.*
18	فُعُولٌ	خُرُوجٌ	يَخْرُجُ	خَرَجَ *Deficere* ab obedientia, *exire.*
19	فَعِيلٌ	نَحِيبٌ	يَنْحِبُ	نَحَبَ *Votum facere.*
20	فِعِلٌ	كَذِبٌ	يَكْذِبُ	كَذَبَ *Mentiri.*

21	فَعِلَةٌ	وِرْثَةٌ	يَرِثُ	وَرِثَ	*Haereditare.*
22	فُعْلَانٌ	حُسْبَانٌ	يَحْسُبُ	حَسَبَ	*Aestimare, putare.*
23	فَعْلَانٌ	نَزْوَانٌ	يَنْزُو	نَزَا	*Impetum facere.*
24	فِعْلَانٌ	حِرْمَانٌ	يَحْرِمُ	حَرَمَ	*Prohibere.*
25	فَعْلَى	دَعْوَى	يَدْعُو	دَعَا	*Vocare, appellare.*
26	فُعْلَى	بُشْرَى	يَبْشُرُ	بَشَرَ	*Nuntiare bonum, et malum.*
27	فِعْلَى	ذِكْرَى	يَذْكُرُ	ذَكَرَ	*Recordari.*
28	فُعُولَةٌ	حُكُومَةٌ	يَحْكُمُ	حَكَمَ	*Judicare, imperare.*
29	مَفْعَلٌ	مَخْرَجٌ	يَخْرُجُ	خَرَجَ	*Exire, prodere hostili animo.*
30	مَفْعَلَةٌ	مَشْغَبَةٌ	يَشْغُبُ	شَغِبَ	*Esurire, laborare fame.*
31	مَفْعِلٌ	مَرْجِعٌ	يَرْجِعُ	رَجَعَ	*Reverti, iterum facere.*
32	مَفْعِلَةٌ	مَحْمِدَةٌ	يَحْمَدُ	حَمِدَ	*Laudare, ira excandescere.*
33	فِعَلَانٌ	حِظَلَانٌ	يَحْظِلُ	حَظَلَ	*Obstare.*

Iste Infinitivus, seu Masdar, cum in lexicis in casu *rafeo* reperiatur, hic quoque positus est; secus, ut Infinitivus, in casu *nasbo* semper collocatur, ut dictum est.

De nominibus Loci, Temporis, Instrumenti erit sermo in fine hujus partis.

تَصْرِيفُ ٱلْفِعْلِ ٱلثُّلَاثِيِّ ٱلْمُجَرَّدِ ٱلسَّالِمِ عَلَى سَايِرِ أَوْزَانِ ٱلْمَعْلُومِ ❋

Conjugatio verbi Ternarii, seu Triliteri simplicis Sani, juxta reliquas formas activas.

JUXTA SECUNDAM FORMAM.

ٱلْأَمْثِلَةُ ٱلْمُخْتَلِفَةُ

Exempla variata.

الماضى Praeteritum.	فَعَلَ		ضَرَبَ *Percussit.*
المضارع Modzhareum.	يَفْعِلُ		يَضْرِبُ *Percutit.*
الامر Imperativus.	اِفْعِلْ		اِضْرِبْ *Percute.*
اسم الفاعل Nomen agens.	فَاعِلٌ	ut	ضَارِبٌ *Percutiens.*
المصدر Masdar.	فَعْلٌ		ضَرْبٌ *Percussio.*
الزمان والمكان Tempus, et locus.	مَفْعِلٌ		مَضْرِبٌ *Tem. et loc. percutiendi.*
الالة Instrumentum.	مِفْعَلٌ		مِضْرَبٌ *Instr. percutiendi.*

Eodem modo prosequuntur exempla continuata singularum personarum, ut dictum est in verbo primae formae, nimirum eaedem literae serviles adduntur, ut ضَرَبَ *percussit ille*, ضَرَبَتْ *percussit illa*, ضَرَبَا *percusserunt illi duo*, ضَرَبَتَا *percusserunt illae duae*, ضَرَبُوا *percusserunt illi*, et sic de ceteris, tum quoad casus sive modos *rafeum*, *nasbum*, et *giezmam*, tum quoad ن paragogicum, ac etiam adnotationes reliquas, quae semel in praecedeuti forma explicatae, verbis omnibus applicandae sunt, nisi peculiariter oppositum notetur.

JUXTA TERTIAM FORMAM.

Inst.	Tem. et loc.	Masdar.	Nom. Ag.	Imp.	Modz.	Praet.
مِفْتَاحٌ	مَفْتَحٌ	فَتْحٌ	فَاتِحٌ	اِفْتَحْ	يَفْتَحُ	فَتَحَ
instrum. aperiend.	*temp. et loc. aperiendi*	*aperitio.*	*aperiens.*	*aperi.*	*aperit.*	*aperuit.*

JUXTA QUARTAM FORMAM.

Inst.	Tem. et loc.	Masdar.	Nom. Ag.	Imp.	Modz.	Praet.
مِعْلَمٌ	مَعْلَمٌ	عِلْمٌ	عَالِمٌ	اِعْلَمْ	يَعْلَمُ	عَلِمَ
instr. scientiae.	*temp. et loc. scientiae.*	*scientia.*	*sciens.*	*scito.*	*scit.*	*scivit.*

JUXTA QUINTAM FORMAM.

Tem. et loc.	Masd.	Nom. Ag.	Imper.	Modzhar.	Praet.
مَحْسِبٌ	حَسْبٌ	حَاسِبٌ	اِحْسِبْ	يَحْسِبُ	حَسِبَ
temp. et loc. existimandi.	*existimatio.*	*exist.*	*existima.*	*exist.*	*existimavit.*

JUXTA SEXTAM FORMAM.

Tem. et loc.	Masd.	Nom. Ag.	Imper.	Modzhar.	Praet.
مَحْسَنٌ	حُسْنٌ	حَاسِنٌ	اُحْسُنْ	يَحْسُنُ	حَسُنَ
t. et l. pul.	*pulch. esse.*	*pulcher.*	*pul. esto.*	*pulch. est.*	*pulch. fuit.*

PARADIGMA VERBI TRILITERI PASSIVI.

اَلْأَمْثِلَةُ ٱلْمُخْتَلِفَةُ

Exempla variata.

الماضى Praeteritum. نُصِرَ *adjutus est.*

المضارع Modzhareum. يُنْصَرُ *adjuvatur.*

اسم المفعول Nomen patiens مَنْصُورٌ *adjutus.*
i.e. Part. passiv.

الْأَمْثِلَةُ الْمُتَّحِدَةُ

Exempla continuata.

PRAETERITUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dual. Foem.	Dual. Com.	Dual. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
نُصِرْنَ *adjutae sunt.*		نُصِرُوا *adjuti sunt.*	نُصِرَتَا *adjutae sunt duae.*		نُصِرَا *adjuti sunt duo.*	نُصِرَتْ *adjuta est.*		نُصِرَ *adjutus est.*	3
نُصِرْتُنَّ *adjutae estis.*		نُصِرْتُمْ *adjuti estis.*		نُصِرْتُمَا *adjuti estis duo*, et *duae.*		نُصِرْتِ *adjuta es.*		نُصِرْتَ *adjutus es.*	2
	نُصِرْنَا *adjuti*, vel *adjutae sumus.*						نُصِرْتُ *adjutus* vel *adjuta sum.*		1

MODZHAREUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dual. Foem.	Dual. Com.	Dual. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.
يُنْصَرْنَ *adjuvantur* f.		يُنْصَرُونَ *adjuvantur* m.	تُنْصَرَانِ *adjuvantur duae.*		يُنْصَرَانِ *adjuvantur duo.*	تُنْصَرُ *adjuvatur* f.		يُنْصَرُ *adjuvatur* m.
تُنْصَرْنَ *adjuvamini* f.		تُنْصَرُونَ *adjuvamini* m.		تُنْصَرَانِ *adjuvamini duo*, et *duae.*		تُنْصَرِينَ *adjuvaris* f.		تُنْصَرُ *adjuvaris* m.
	نُنْصَرُ *adjuvamur.*						أُنْصَرُ *adjuvor* c.	

Nomen patiens, seu Participium passivum.

Plur.		Dual.		Singul.	
Foem.	Masc.	Foem.	Masc.	Foem.	Masc.
مَنْصُورَاتٌ	مَنْصُورُونَ	مَنْصُورَتَانِ	مَنْصُورَانِ	مَنْصُورَةٌ	مَنْصُورٌ
adjutae.	*adjuti.*	*adjutae duae.*	*adjuti duo.*	*adjuta.*	*adjutus.*

Praeteritum, et Modzhareum vocalibus tantum ab activis differunt: habet enim Praeteriti prima radicis perpetuo *dzhammam*, secunda *kesram*. Modzharei اتين habent similiter *dzhammam*, et secunda radicalis *fathham*. In reliquis cum activo conveniunt.

Participium initio assumit م cum *fathha* loco اتين, et و quiescens post *dzhammam* ante ultimam radicalem; ut in exemplo liquet.

Imperativus hic nullus est; sed pro eo usurpatur Modzhareum cum ل imperativo giezmante: ut

Persona 1.	Persona 2.	Persona 3.
	لِتُنْصَرْ *adjuvare* m.	لِيُنْصَرْ *adjuvetur ille.*
لِأُنْصَرْ *adjuver ego* com.	لِتُنْصَرِي *adjuvare* f.	لِتُنْصَرْ *edjuvetur illa.*
	لِتُنْصَرَا *adjuvamini duo, et duae.*	لِيُنْصَرَا *adjuventur illi duo.*
لِنُنْصَرْ *adjuvemur* p. c.	لِتُنْصَرُوا *adjuvamini* m.	لِتُنْصَرَا *adjuventur illae duae.*
	لِتُنْصَرْنَ *adjuvamini* f.	لِيُنْصَرُوا *adjuventur illi.*
		لِيُنْصَرْنَ *adjuventur illae.*

Quod in omnibus verbis passivis generaliter observandum est.

Sunt quaedam participia, scilicet فَعِيلٌ, et فَعُولٌ, quae

nunc activa, nunc passiva sunt. Et notandum generaliter participia passiva nisi ex verbis transitivis minime formari.

Supplementum Verbi arabici.

Quamvis Verbum arabicum videatur carerē modorum, et temporum diversitate, eo modo, quo habet latinum; nihilominus hujusmodi carentiam supplent Arabes sic:

Pro Praeterito imperfecto assnmitur Praeteritum verbi كَانَ *fuit*, vel quid simile, et adjungitur Praesenti illius verbi, cujus actio intenditur, ut كَانَ يَنْصُرُ *adjuvabat;* literaliter sonat *fuit adjuvat*: et كَانُوا يَنْصُرُونَ vel كَانَ يَنْصُرُونَ *adjuvabant illi plures.*

Idem Praeteritum verbi كَانَ, vel quid simile, junctum alteri Praeterito verbi intenti, importat ei significationem Praeteriti plusquam perfecti; ut كَانَ نَصَرَ *fuit adjuvit*, idest *adjuverat*: vel praemittitur Praeterito particula قَدْ *jam*, ut قَدْ نَصَرَ *jampridem adjuvit*, etc.

Optativus formatur, praemissa verbo particula لَيْتَ *utinam*, ut لَيْتَنِى عَالِمٌ *utinam ego essem doctus.* Item particula لَوْ *si* vertit in Optativi praesens, vel praeteritum perfectum; et praeteritum, quod sequitur, eodem tempore exponendum est, habetque ل in capite praefixum: ut لَوْ عَلِمْتُ هٰذَا لَنَصَحْتُكَ *si scirem hoc, monerem te*, vel *si scivissem hoc, monuissem te.* Sed si secunda enunciationis pars neganda est, usurpatur Modzhareum cum لَمْ (quod hoc in Praeteriti sensum vertit) nec ل ullum adsciscitur; ut * لَوْ كُنْتُ هَاهُنَا لَمْ يَمُتْ أَخِى

si fuisses hic, non mortuus esset frater meus. Ad denotandum autem explicite praesens, praeteritum perfectum, plusquam perfectum, et futurum Optativi assumitur modus Indicativus, cum particula لَيْتَ, et etiam verbum كَانَ *fuit*, ut ratio postulaverit, uti supra de Indicativo dictum est.

Subjunctivus formatur, praemissis quibusdam particulis, secundum ejusdem Subjunctivi usus diversos, ut لِيَنْصُرَ *ut adjuvet;* حَتَّى أَنْ يَنْصُرَ *quoadusque adjuvet;* إِنْ تَنْصُرْنِي أَنْصُرْكَ *si adjuveris me, juvabo te.*

Infinitivus habetur in verbis supradictis: sed, ut directe correspondeat nostro Infinitivo, alio modo etiam formatur, praemittendo nimirum verbo Modzhareo particulas masdarales, quae aequivalentiam Infinitivi operantur: ut أُرِيدُ أَنْ تُنْصَرَ *volo te adjuvari.*

Pro Gerundiis in *di*, et *dum* assumuntur particulae لِكَيْ vel كَيْ *ut*, ante verbum Modzhareum, vel لِ etiam ante Masdarum, ut لِكَيْ أَنْصُرَ *causa adjuvandi*, et لِأَنْصُرَكَ vel لِنَصْرِكَ *studio te adjuvandi*, vel *ad adjuvandum te.* Et pro alio usu diverso Gerundii in *di*, dici potest per Masdara; ut اِجْتِهَادُ ٱلنَّصْرِ *studium adjuvandi.*

Ad Gerundium in *do* formandum assumitur quoque Masdarum, ut بِالرُّقَادِ نَتَمَسْكَنُ *dormiendo efficimur pauperes.*

Supinum in *um* formatur praemittendo verbo particulas إِلَى أَنْ, vel قِ vel حَتَّى, ut أَنْطَلِقُ إِلَى أَنْ أَرْقُدَ *eo dormitum* etc.

Pro Supino in *u*, assumitur Masdarum, et formatur ex ipso nomen speciei cum *kesra* in prima radicis, et ة in fi-

ne, (ut in fine hujus primae partis dicetur) ut حُلْوُ ٱلطَّعْمَةِ *dulce gustatu*; حَسَنُ ٱلنَّظَرَةِ *pulchrum visu*.

Participia activa, et passiva in verbis adsunt; et quidem Agens participio in *ens* et *rus*, Patiens vero participio in *dus*, *tus*, et *lis* correspondet; ut plerique autumant.

Sed apud Grammaticos participia tam activa, quam passiva in rigore dicuntur significare juxta significationem Modzharei, quod pro Praesenti et Futuro supponit; et ita Participium utrumque tempus poterit importare, quemadmodum vicissim unum pro alio saepe usurpatur. Sed jam habet usus, quod participium passivum sumatur in sensu praeteriti pro participio in *tus*, et participium activum pro participio in *ens*.

Ut vero ambiguitas, quae oriri posset, evitetur, pro participio in *rus* dicatur v. g. أَنَا سَأَنْصُرُكَ, vel أَنَا سَوْفَ أَنْصُرُكَ, vel أَنَا مُزْمِعٌ أَنْ أَنْصُرَكَ *ego adjuturus sum te*: et cum Futuro mixto, praemisso Praeterito verbi كَانَ *fuit*, hoc modo: أَنَا كُنْتُ مُزْمِعًا أَنْ أَنْصُرَكَ *ego eram adjuturus te*.

Consimiliter Participium in *dus* suppletur, sola mutatione formae activae in passivam, ipsique Modzhareo praemittitur سَ, vel سَوْفَ, vel مُزْمِعٌ *futurus*; ut أَنَا سَأُنْصَرُ, vel أَنَا سَوْفَ أُنْصَرُ vel أَنَا مُزْمِعٌ أَنْ أُنْصَرَ *ego adjuvandus sum*: et cum futuritione mixta sic: أَنَا كُنْتُ مُزْمِعًا أَنْ أُنْصَرَ *ego adjuvandus eram*.

Participium in *lis* habebitur, praemisso verbo يَسْتَوْجِبُ *dignus est*, vel simili, ut pro *amabilis* dicatur مُسْتَوْجِبُ ٱلْحُبِّ *dignus amore*, etc. Hoc vero supplementum omnibus verbis generaliter convenit.

CAPUT QUINTUM

DE VERBIS QUADRILITERIS.

Verbum Quadriliterum, seu Quaternarium est, cujus radix primitiva quatuor literis constat. Cujus conjugatio est.

PRAETERITUM.

Plur.		Dual.		Singul.		
Foem.	Com. Masc.	Foem.	Com. Masc.	Foem.	Com. Masc.	
دَحْرَجْنَ	دَحْرَجُوا	دَحْرَجَتَا	دَحْرَجَا	دَحْرَجَتْ	دَحْرَجَ	3
volverunt illae.	*volverunt illi.*	*volverunt duae.*	*volverunt duo.*	*volvit illa.*	*volvit ille.*	
دَحْرَجْتُنَّ	دَحْرَجْتُمْ	دَحْرَجْتُمَا		دَحْرَجْتِ	دَحْرَجْتَ	2
volvistis.	*volvistis.*	*volvistis duo, et duae.*		*volvisti.*	*volvisti.*	
دَحْرَجْنَا				دَحْرَجْتُ		1
revolvimus.				*revolvi.*		

MODZHAREUM.

Plur.		Dual.		Singul.		
Foem.	Com. Masc.	Foem.	Com. Masc.	Foem.	Com. Masc.	
يُدَحْرِجْنَ	يُدَحْرِجُونَ	تُدَحْرِجَانِ	يُدَحْرِجَانِ	تُدَحْرِجُ	يُدَحْرِجُ	3
volvunt illae.	*volvunt illi.*	*volvunt duae.*	*volvunt duo.*	*volvit illa.*	*volvit ille.*	
تُدَحْرِجْنَ	تُدَحْرِجُونَ	تُدَحْرِجَانِ		تُدَحْرِجِينَ	تُدَحْرِجُ	2
volvitis.	*volvitis.*	*volvitis duo, et duae.*		*volvis* f.	*volvis* m.	
نُدَحْرِجُ				أُدَحْرِجُ		1
volvimus.				*volvo.*		

IMPERATIVUS.

Plur.		Dual.	Singul.	
Foem.	Masc.	Com.	Foem.	Masc.
دَحْرِجْنَ	دَحْرِجُوا	دَحْرِجَا	دَحْرِجِي	دَحْرِجْ
volvite.	*volvite.*	*volvite duo, et duae.*	*volve.*	*volve.*

PARTICIPIUM ACTIVUM.

Plur.		Dual.		Singul.	
Foem.	Masc.	Foem.	Masc.	Foem.	Masc.
مُدَحْرِجَاتٌ	مُدَحْرِجُونَ	مُدَحْرِجَتَانِ	مُدَحْرِجَانِ	مُدَحْرِجَةٌ	مُدَحْرِجٌ
volventes.	*volventes.*	*volventes duae.*	*volventes duo.*	*volvens.*	*volvens.*

Modzhareum a sua formatur radice, praepositis de more أتين, et additis يونا in fine. Ablatis vero أتين a Modzhareo, et ultima vocali, remanet Imperativus; nec additur servilis, ut in triliteris, quia prima radicalis Modzharei minime quiescit: quod semel monitum ubique servandum erit.

Verbum hoc, juxta formam activam, habet *fathham* in prima radicali, *sokun* seu *giezmam* in secunda, et *fathham* quoque in tertia. Modzhareum in literis أتين assumit *dzhammam*, prima radicalis afficitur *fathha*, secunda ubique giezmatur, tertia habet *kesram*, ultima autem tam Praeteriti, quam Modzharei legem simplicium triliterorum per omnia sequitur; ut دَحْرَجَ *volvit*, يُدَحْرِجُ.

Participium utrumque a suo Modzhareo formatur م pro أتين posito, et nunnata vocali ultima, more simplicium; ut مُدَحْرِجٌ *volvens*, et in passivo مُدَحْرَجٌ *volutus*.

Infinitivus, seu Masdarum, est regulare, vel juxta formam

فَعْلَالٌ pro masculino, vel فَعْلَلَةٌ pro foeminino; ut دِحْرَاجٌ et دَحْرَجَةٌ *revolutio*, *volvere*, quae hoc modo declinantur.

Plur.	Dual.	Singul.
دِحْرَاجَاتٌ vel دَحَارِيجُ	دِحْرَاجَانِ دَحْرَجَتَانِ	دِحْرَاجٌ دَحْرَجَةٌ
دَحْرَجَاتٌ vel دَحَارِيجُ	*volutationes duae.*	*volutatio.*
volutationes.		

Nomina loci, temporis, et instrumenti non differunt a Participio passivo, sed eadem sunt.

Conjugatio Verbi Quadriliteri Passiva.

Verbum Quadriliterum juxta formam passivam easdem literas Activi omnino habet, vocales tamen aliter disponuntur. Prima enim radicalis Praeteriti habet *dzhammam*, secunda ubique giezmatur, tertia *kesram*, quarta Activum imitatur. Modzhareum habet *fathham* in ن et ل primo; ل vero secundum, et literae اتين legem Activi sequuntur.

Exempla Variata.

الماضى	Praeter.	دُحْرِجَ	*revolutus est.*
المضارع	Modzhar.	يُدَحْرَجُ	*revolvitur.*
اسم المفعول	Nomen Patiens.	مُدَحْرَجٌ	*revolutus.*

Reliqua exempla continuata, proprietate motionum servata, in conjugatione Activi habentur.

CAPUT SEXTUM

DE VERBIS COMPOSITIS, SEU DERIVATIVIS.

Multa oriuntur verba Composita ex triliteris, et quadriliteris jam dictis; et quidem ex triliteris, non numerata simplicis radice, tredecim Conjugationes habentur, denominatae a forma, quam in singulis habet paradigma فَعَلَ; in quibus omnibus observanda sunt Character seu Formatio, et Significatio.

Prima nuda et simplex est, omnique charactere destituta: ut

فَعَلَ

Sub cujus nomine sex illae formae Cap. III. recensitae, et Trilitera omnia simplicia veniunt. Reliquae certis literis characteristicis affectae in tres dividuntur classes, quarum prima continet formata a radice, adjectione unius literae, tripliciter; secunda duarum, quintupliciter; tertia trium literarum, quadrupliciter. Characteristicae vero literae sunt استنو, quae ideo hoc nomine vocantur, ut a servilibus distinguantur.

Hic observandum est, dupliciter verbis addi posse literas: primo ad varianda tempora, genera, numeros, et personas, ut in verbis perspicuum est: hae autem literae dicuntur serviles, quae numquam tertiam Praeteriti personam, ut radix est, ingrediuntur. Secundo adduntur literae etiam radici verborum, ad immutandam intrinsecus verbi simplicis significationem; et sunt praedictae Characteristicae, quae licet inter serviles numerentur, dum tamen tali munere funguntur, hoc speciali nomine vocantur. Formationem igitur reliquarum sequens Paradigma ostendit.

	Exempla similia.		Characteristicae additae radici.	Forma.	
Primae classis.	فَرَّحَ *Laetificavit.*		ّ in ع	فَعَّلَ	2
	قَاتَلَ *Certavit.*		ا post ف	فَاعَلَ	3
	أَكْرَمَ *Honoravit.*		ا ante ف	أَفْعَلَ	4
Secundae classis.	تَكَسَّرَ *Fractus est.*	ut	ت ante ف et ّ in ع	تَفَعَّلَ	5
	تَبَاعَدَ *Elongatus est.*		ت ante ف et ا post ف	تَفَاعَلَ	6
	اِنْقَطَعَ *Sectus est.*		ان ante ف	اِنْفَعَلَ	7
	اِجْتَمَعَ *Congregatus est.*		ا ante ف et ت post ف	اِفْتَعَلَ	8
	اِحْمَرَّ *Valde rubuit.*		ا ante ف et ّ in ل	اِفْعَلَّ	9
Tertiae classis.	اِسْتَخْرَجَ *Eduxit, eruit.*		است ante ف.	اِسْتَفْعَلَ	10
	اِحْمَارَّ *Valde rubuit.*		ا ante ف et post ع, et ّ in ل.	اِفْعَالَّ	11
	اِعْشَوْشَبَ *Inerbatus est.*		ا ante ف, et و inter ع geminatum.	اِفْعَوْعَلَ	12
	اِجْلَوَّذَ *Festinavit, accleravit.*		ا ante ف, et و cum ّ post ع.	اِفْعَوَّلَ	13

Ubi quaecunque literae accedunt ad فَعَلَ, Characteris vicem funguntur.

Verborum omuium Compositorum prae oculis habes paradigma, et si quae de Infirmis aliqua deesse videntur, ad praedictas tamen formas reducuntur; ut suo loco demonstrabitur.

Earum vero conjugatio tam in forma activa, quam passiva, et primo conjugatio verborum, quae unius literae additione tripliciter componitur, breviter per exempla variata subjicitur:

عَلَى صِيغَةِ ٱلْمَعْلُومَةِ

Juxta Formam Activam.

Masd.	Nom. Ag.	Imper.	Modz.	Praet.
تَفْرِيحٌ	مُفَرِّحٌ	فَرِّحْ	يُفَرِّحُ	فَرَّحَ
laetificatio.	*laetificans.*	*laetifica.*	*laetificat.*	*laetificavit*
قِتَالٌ ,مُقَاتَلَةٌ	مُقَاتِلٌ	قَاتِلْ	يُقَاتِلُ	قَاتَلَ
pugnatio.	*pugnans.*	*pugna.*	*pugnat.*	*pugnavit*
إِكْرَامٌ	مُكْرِمٌ	أَكْرِمْ	يُكْرِمُ	أَكْرَمَ
honoratio.	*honorans.*	*honora.*	*honorat.*	*honoravit*

عَلَى صِيغَةِ ٱلْمَجْهُولِ

Juxta Formam Passivam.

Nom. Pat.	Modz.	Praet.	Nom. Pat.	Modz.	Praet.
مُفَرَّحٌ	يُفَرَّحُ	فُرِّحَ	مُكْرَمٌ	يُكْرَمُ	أُكْرِمَ
laetificatus.	*laetificatur.*	*laetificatus est.*	*honoratus.*	*honoratur.*	*honoratus est.*

Nom. Pat.	Modz.	Praet.
مُقَاتَلٌ	يُقَاتَلُ	قُوتِلَ
oppugnatus.	*oppugnatur.*	*oppugnatus est.*

Verba Composita, seu Derivativa primae classis, ac eorum exempla continuata, legem Quadriliterorum sequuntur, excepto Infinitivo, seu Masdaro, quod cuique formae peculiare est; nempe formarum

1 فَعَّلَ, est تَفْعِيلٌ et interdum quoque تَفْعِلَةً, تِفْعَالاً, فَعَالاً,

فِعَّالاً vel فِعَالاً

2 فَاعَلَ , est مُفَاعَلَةٌ, et فِعَالاً , aut فِيعَالاً

3 أَفْعَلَ , est اِفْعَالاً, raro فَعَالاً ant فَعَالَةً

Forma أَفْعَلَ accedentibus literis اتين abjicit ا , secundum regulam (ا *initiale formans verba derivativa , characteristica temporis , praefixa, cum sua vocali abjicitur*); hocque generaliter ubicunque ipsi ا alia praeponitur litera , ut in Participio utroque, nominibus temporis , loci , instrumenti , quibus praefigitur م : secus tamen in Imperativo, ubi اتين recedunt , *alef* cum vocali sua redit. Remanet igitur ا solum in Praeterito, Imperativo, et Infinitivo, alibi autem excidit , ut in exemplo allato formae أَفْعَلَ omnia conspiciuntur.

Forma فَاعَلَ mutat ا in و in Praeterito passivo , ut فُوعِلَ pro فَاعِلَ : sic قُوتِلَ *oppugnatus est* , pro قُاتِلَ , juxta secundum Canonem generalem.

CAPUT SEPTIMUM

DE RELIQUIS DERIVATIVIS.

In reliquis Conjugationibus derivativis Activi Praeteriti penultima semper *fathham* habet, quemadmodum et prima, nisi sit ا , cujus motio semper est *kesra* : sed cum unionis causa evanuerit, (ا enim octavae , septimae formae , et reliquarum, unionis esse scias , et signum (ـ) *vasel* postulare , quoties ex ipso oratio non exorditur) , quae post *alef* primo movetur litera, in activae conjugationis indicium , habet *fathham :* passivae vero prima litera , quaecunque sit , habet *dzhammam ;* et haec si sit ا , sequens litera primo mota eadem *dzhamma* afficitur , penultima autem sibi *kesram* vindicat , ultima legem praecedentium conjugationum sequitur.

Nona, et decima conjugationes passivum non agnoscunt.

Modzhareum fit a Praeterito, praefixis اتين cum *fathha*; *alef* initiali, si quod sit, cadente, secundum regulam abjectionis; *fathha* ultima in regularem *dzhammam* mutatur, penultima vero in *kesram*, praeterquam in تَفَعَّلَ et تَفَاعَلَ, quae *fathham* retinent, et istae, memoriae causa, incipiunt a ت charact. Exemplum omnium subjicitur suo loco.

Ac formae istae duae a ت inchoatae id compendii causa interdum abjiciunt, cum huic ت literae اتين praefiguntur: ut تَكَسَّرُ *frangeris* pro تَتَكَسَّرُ ex تَكَسَّرَ *fractus est*, تَبَاعَدُ *elongaris* pro تَتَبَاعَدُ ex تَبَاعَدَ *elongatus est*: quae ne arbitreris esse Modzharea a فَعَّلَ et فَاعَلَ, facile impedient motiones; nam eorum Modzharea activa sunt يُفَعِّلُ et يُفَاعِلُ, passiva يُفَعَّلُ et يُفَاعَلُ. Modzhareum passivum ab activo formatur, *fathha* literarum اتين in *dzhammam*, et *kesra* penultimae in *fathham* conversa; ut ex يَسْتَفْعِلُ fit يُسْتَفْعَلُ.

Imperativus fit, sicut in Quadriliteris, a Modzhareo, demptis solum اتين, et giezmata ultima; ut ex يَتَكَسَّرُ *frangitur* fit تَكَسَّرْ *frangitor*; ا abjecto, si quod est, redeunte, sed cum *kesra*; ut يَسْتَعْمِلُ *usurpabit*, اِسْتَعْمِلْ *usurpa*.

Participium utrumque assumit م cum *dzhamma* pro اتين, et penultima activi vocalem *kesram* perpetuo habet, passivi vero *fathham*, ut مُسْتَعْمِلٌ *usurpans*, مُسْتَعْمَلٌ *usurpatus*.

Infinitivus cujuscunque conjugationis specialis est, ut mox patebit.

Nomina temporis, loci, instrumenti, ut de Quadriliteris dictum est, eadem sunt cum Participio passivo. Ad quae omnia simulanda idem exemplar فَعَلَ transformatur hoc modo.

Activa secundae classis, quae duarum literarum additione componuntur.

Infinitivus in *Nasbo*	in *Rafo*	Partic.	Imperat.	Modzh.	Praeter.	
تَفَعُّلًا	تَفَعُّلٌ	مُتَفَعِّلٌ	تَفَعَّلْ	يَتَفَعَّلُ	تَفَعَّلَ	5
تَفَاعُلًا	تَفَاعُلٌ	مُتَفَاعِلٌ	تَفَاعَلْ	يَتَفَاعَلُ	تَفَاعَلَ	6
اِنْفِعَالًا	اِنْفِعَالٌ	مُنْفَعِلٌ	اِنْفَعِلْ	يَنْفَعِلُ	اِنْفَعَلَ	7
اِفْتِعَالًا	اِفْتِعَالٌ	مُفْتَعِلٌ	اِفْتَعِلْ	يَفْتَعِلُ	اِفْتَعَلَ	8
اِفْعِلَالًا	اِفْعِلَالٌ	مُفْعَلٌّ	اِفْعَلِلْ	يَفْعَلُّ	اِفْعَلَّ	9

PASSIVA.

Partic.	Modzhar.	Praet.		Partic.	Modzhar.	Praet.	
مُنْفَعَلٌ	يُنْفَعَلُ	أُنْفُعِلَ	7	مُتَفَعَّلٌ	يُتَفَعَّلُ	تُفُعِّلَ	5
مُفْتَعَلٌ	يُفْتَعَلُ	أُفْتُعِلَ	8	مُتَفَاعَلٌ	يُتَفَاعَلُ	تُفُوعِلَ	6

Activa tertiae classis, quae additione trium literarum formantur.

Infinit.	Partic.	Imper.	Modzhar.	Praet.	
اِسْتِفْعَالًا	مُسْتَفْعِلٌ	اِسْتَفْعِلْ	يَسْتَفْعِلُ	اِسْتَفْعَلَ	10
اِفْعِيعَالًا	مُفْعَالٌّ	اِفْعَالِلْ	يَفْعَالُّ	اِفْعَالَّ	11
اِفْعِيلَالًا	مُفْعَوْعِلٌ	اِفْعَوْعِلْ	يَفْعَوْعِلُ	اِفْعَوْعَلَ	12
اِفْعِوَّالًا	مُفْعَوِّلٌ	اِفْعَوِّلْ	يَفْعَوِّلُ	اِفْعَوَّلَ	13

PASSIVA.

10 أُسْتُفْعِلَ يُسْتَفْعَلُ مُسْتَفْعَلٌ

12 أُفْعُوعِلَ يُفْعَوْعَلُ مُفْعَوْعَلٌ

13 أُفْعُوِّلَ يُفْعَوَّلُ مُفْعَوَّلٌ

Quorum omnium notitia ut perfecte habeatur, tria notanda sunt, nimirum Formatio, Significatio, et Usus. Quod spectat ad formationem, et literarum characteristicarum additionem, jam supra dictum est. Hic tamen notandum est in octava forma اُفْتُعِلَ, ت characteristicum interdum mutari in ط vel د.

In ط quidem, cum prima radicis est una literarum صضطظ; ut اُصْطُبِغَ *intingi*, pro اُصْتُبِغَ; اُضْطُرِمَ *accendi*, pro اُضْتُرِمَ; اُطُّبِعَ *imprimi*, pro اُطْتُبِعَ; اُظُّلِمَ *injuria affici*, pro اُظْتُلِمَ; ubi ط insuper in ظ mutatur, et cum priori per *tescdid* coalescit. In د vero mutatur, cum prima radicalis est una literarum ز ذ د; ut اُدُّرِئَ *propelli*, pro اُدْتُرِئَ; اُذْدُكِرَ *recordari*, pro اُذْتُكِرَ: potest etiam ذ radicale in د mutari, et cum sequenti per *tescdid* contrahi, ut اُدُّكِرَ; vel e contrario posterior priori assimilari, ut supra; vel etiam, utraque salva manente; ut اُذْدُكِرَ *recordari*, اُزْدُلِقَ *prolabi*, pro اُزْتُلِقَ; interdum tamen د in ز convertitur; ut اُزُّلِقَ *prolabi*.

At ipsum illud ت characteristicum mutat primam radicis in sui similem, cum qua per *tescdid* unitur, quando ea est ا, ث, و, aut ى; ut اُثُّبِتَ *firmari*, pro اُثْتُبِتَ; اُتُّخِذَ *incipere*, pro اُأْتُخِذَ; اُتُّجِرَ *transfigi*, pro اُوْتُجِرَ; اُتُّسِرَ *ludere*

aleis, pro ابتسر : si autem sit ت, absque ulla mutatione cum illo per *tescdid* coalescit; ut اتّبع *prosequi*, pro اتتبع.

Nota, literas ت vel ط characteristicas immitti posse in primam radicalem per *tescdid*, ut ex اضطّرب *conturbari* dicitur etiam اضّرب ex ضرب *percutere*, item استّمع et اسّمع *auscultare* a سمع *audire*, et sic in pluribus aliis.

Quod spectat ad significationem omnium derivativorum, determinata et infallibilis regula praescribi non potest: diversa enim verba ejusdem formae varias obtinent significationes, ut ex dictionariis, et usu quilibet facillime colliget. Hic tamen frequentiores formarum hujusmodi significandi modi explicantur.

Et quidem Primae conjugationis verba, cum simplicia et nuda sint, talem significationem habent, qualem a sua prima origine possident; eamque vel transitivam, ut كَتَبَ *scripsit*, vel intransitivam, ut حَزِنَ *tristatus fuit*.

Secunda Conjugatio فَعَّل, quae est prima, et أَفعَل quarta, in ordine Compositorum ex intransitivis plerumque formant transitiva, ut ex حَزِنَ *contristatus fuit*, fit حَزَّنَ et أَحزَنَ *contristavit*: et ex transitivis transitiva in secundum; ut ضَرَبَ *verberavit*, ضَرَّبَ et أَضرَبَ *verberare fecit*. Non raro etiam simplicis significationem retinent verba quartae conjugationis; ut رَادَ et أَرَادَ *voluit*; حَبَّ et أَحَبَّ *amavit*, seu etiam *voluit*; جَابَ et أَجَابَ *respondit* etc.

Tertia فَاعَل significat actionem in id, a quo similis actio recipitur: ut بُطرُسُ ضَرَبَ بُولُسَ *Petrus verberavit Paulum*; sed ita, ut a Paulo reverberatus fuerit, adeoque mutuo se verberaverint, at Petrus tamen prior Paulo. Sic etiam neutra; بُطرُسُ قَاعَدَ بُولُسَ *Petrus sedet cum Paulo*, idest *con-*

sidet illi. Similiter obtinet quandoque significationem فَعَّلَ, et أَفْعَلَ, vel etiam simplicis فَعَلَ; ut ضَاعَفَ et ضَعَّفَ *complicavit;* أَعْفَى et عَافَى *condonavit, indulsit;* سَفَرَ, et سَافَرَ *profectus est.*

Quinta تَفَعَّلَ, Septima اِنْفَعَلَ, et Octava اِفْتَعَلَ formant absoluta et passiva, Quinta quidem et Septima a Secunda, ut عَلَّمْتُهُ وَهُوَ تَعَلَّمَ *docui eum, et ipse doctus fuit,* similiter كَسَّرْتُ ٱلْإِنَاءَ فَٱنْكَسَرَ *fregi vas, et fractum est,* idest *sivit se frangi, nec restitit actioni meae.* Octava vero a Prima, ut قَصَرْتُ ذٰلِكَ فَٱقْتَصَرَ *abbreviavi hoc, et abbreviatum est.*

Sexta تَفَاعَلَ significat cooperationem, et mutuam actionem, ut Latinorum composita per *con*, at sine dependentia ad primum agens: ut تَضَارَبَ *alter alterum verberavit.* تَلَاعَبَ غِلْمَانٌ *colluserunt pueri;* تَضَارَبَ بُطْرُسُ وَبُولُسُ *colluctati sunt Petrus, et Paulus.*

Nona اِفْعَلَّ, et Undecima اِفْعَالَّ formant absoluta colorum cum intensione: mediocri quidem prior, vehementiori vero posterior; اِصْفَرَّ *valde flavus fuit,* اِصْفَارَّ *flavissimus fuit.* Item formant verba deformitatum; ut اِضْخَمَّ et اِضْخَامَّ *ore distorto fuit,* a ضَخِمَ *os distortum habuit.*

Decima اِسْتَفْعَلَ 1. vehementiam quaudam, et violentiam designat, ut اِسْتَخْرَجَ *extraxit* a خَرَجَ *egressus est;* 2. petitionem, seu quaesitionem actionis sui primitivi; ut اِسْتَغْفَرَ *veniam delicti petiit* a غَفَرَ *remisit;* اِسْتَطْعَمَ *cibum petiit,*

a طَعِمَ *gustavit*, *edit*; 3. mutationem, seu conversionem rei in aliquid aliud; ut اِسْتَحْجَرَ ٱلطِّينُ *in lapidem conversum est lutum*; vel etiam inventionem rei cum aliqua qualitate, ut اِسْتَعْظَمْتُهُ idest وَجَدْتُهُ عَظِيمًا *inveni eum magnum*. Interdum simplicis significationem habet, quod et Octavae accidere potest, ut قَرَّ et اِسْتَقَرَّ *quievit*.

Duae ultimae اِفْعَوْعَلَ et اِفْعَوَّلَ, quae rarissimae sunt, significationem intendunt, ut اِخْشَوْشَنَ *valde asper fuit*, a خَشُنَ *asper fuit*, اِعْلَوَّطَ *fortiter adhaesit*, ab عَلِطَ *adhaesit*.

Quadrilitera autem tres solum agnoscunt Compositorum conjugationes, quarum prima formatur praefixo ت ante ف, et respondet quintae triliterorum; secunda fit posito ا ante ف, et ن post ع, atque respondet septimae; tertia componitur praeposito ا literae ف, et geminato per *tescdid* ل secundi, et nonae triliterorum respondet; ut ex his variatis exemplis videri potest.

ACTIVA.

Infinit.	Part.	Imperat.	Modzh.	Praet.	
تَفَعْلُلٌ	مُتَفَعْلِلٌ	تَفَعْلَلْ	يَتَفَعْلَلُ	تَفَعْلَلَ	2
اِفْعِنْلَالٌ	مُفْعَنْلِلٌ	اِفْعَنْلِلْ	يَفْعَنْلِلُ	اِفْعَنْلَلَ	3
اِفْعِلَّالٌ	مُفْعَلِلٌّ	اِفْعَلْلِلْ	يَفْعَلِلُّ	اِفْعَلَلَّ	4

PASSIVA.

Particip.	Modzhar.	Praet.	
مُتَفَعْلَلٌ	يُتَفَعْلَلُ	تُفُعْلِلَ	1
مُفْعَنْلَلٌ	يُفْعَنْلَلُ	أُفْعُنْلِلَ	2
مُفْعَلَلٌّ	يُفْعَلَلُّ	أُفْعُلِلَّ	3

Haec Verba, eorumque exempla variata cum suis motionibus, observanda sunt tanquam exemplar generale Quadriliterorum compositorum, quae licet nullam in se habeant significationem, majoris tamen claritatis gratia, quemadmodum in omnibus praedictis, hic etiam in فَعَلَ pounntur, ut formarum varietas ab eodem verbo distincte habeatur. Activi autem exempla composita sunt, v. g. تَدَحْرَجَ *volutus est*, اِحْرَنْجَمَ *tumultuatus fuit*, اِقْشَعَرَّ *horripilavit*, seu *horrore affectus fuit*. Item اِقْعَنْسَسَ *pectus egrediens habuit*, اِسْلَنْقَى *pronus cubavit*.

Quae duo postrema exempla nonnulli Arabum asserunt non esse hujus loci, nisi quoad figuram, et formationem: secus originem trahere et derivari a trilitero simplici: alii tamen huc pertinere annuunt, nimirum esse formae اِفْعَنْلَلَ, et ex quadrilitero simplici oriri malunt; quod rationi consentaneum magis videtur: nulla enim ex praedictis tredecim triliterorum coujngationibus habet litera ن in medio, quemadmodum secunda quadriliteri forma composita eandem continet.

Sequentia vero undecim verba, licet quatuor vel pluribus literis constent, eorum tamen radix est triliteri puri. Hic autem seorsim ponuntur triplici de causa: primo ne ternarii species derivativas multiplicari videatur; secundo, quia eorundem sex, quadriliterum purum, reliqua vero compositum primae speciei quoad formam et inflexionem sequuntur; tertio, ne videns hujusmodi verba composita ignoret ···ro, unde origiuem trahant. Sunt ergo:

فَوْعَلَ	ut	حَوْقَلَ	*Debilis fuit.*
فَيْعَلَ		بَيْطَرَ	*Veterinariam exercuit.*
فَعْوَلَ		جَهْوَرَ	*Clamavit.*
فَعْيَلَ		عَثْيَرَ	*Propagatus est.*
فَعْلَلَ		جَلْبَبَ	*Loricam induit.*
فَعْلَى		صَلْقَى	*Pronus cubavit.*

تَفَوْعَلَ	ut	تَجَوْرَبَ	*Tibialia induit.*
تَفَيْعَلَ		تَشَيْطَنَ	*Diabolicus factus est.*
تَفَعْوَلَ		تَرَهْوَكَ	*Commotus est.*
تَفَعْلَلَ		تَجَلْبَبَ	*Loricatus est.*
تَفَعْلَى		تَسَلْقَى	*Fractus est pronus cubans.*

Quod spectat ad usum Derivativorum, notandum est, quod sicut apud Latinos non omnia verba quamlibet compositionem admittunt, sed aliquorum plura, aliorum pauciora, quorundam unum solum, aliorumque nulla extant composita; ita e contra quaedam reperiuntur verba, quorum sola composita, non autem simplicia, censentur esse in usu; ut *inspicio*, *aspicio*, *despicio* etc. quorum nullatenus profertur sola radix, quae dici posset *spicio*: eodem modo apud Arabes intelligendum est, verba simplicia quaedam in aliquibus tantum, alia vero in pluribus, nonnulla in omnibus ex praedictis compositorum formis reperiri, imo aliqua in sensu composito tantum usitata esse scias; sed cum Lexicorum potius, quam Grammaticae institutum sit omnia distincte tradere, idcirco ab illis ratio petenda est.

Exempla variata Compositorum secundae, et tertiae classis, in verbis vere significantibus, sunt sequentia et similia.

Composita Activa Secundae Classis.

Infin.	Part.	Imper.	Modzhar.	Praet.	
تَكَسُّرٌ	مُتَكَسِّرٌ	تَكَسَّرْ	يَتَكَسَّرُ	تَكَسَّرَ	5 *Fractus est.*
تَبَاعُدٌ	مُتَبَاعِدٌ	تَبَاعَدْ	يَتَبَاعَدُ	تَبَاعَدَ	6 *Secessit.*
اِنْقِطَاعٌ	مُنْقَطِعٌ	اِنْقَطِعْ	يَنْقَطِعُ	اِنْقَطَعَ	7 *Sectus est.*
اِجْتِمَاعٌ	مُجْتَمِعٌ	اِجْتَمِعْ	يَجْتَمِعُ	اِجْتَمَعَ	8 *Congreg. est, seu convenit.*
اِحْمِرَارٌ	مُحْمَرٌّ	اِحْمَرِرْ	يَحْمَرُّ	اِحْمَرَّ	9 *Rubuit valde.*

Composita Activa Tertiae Classis.

Infin.	Nom. Ag.	Imp.	Modzhar.	Praet.	
اِسْتِخْرَاجٌ	مُسْتَخْرِجٌ	اِسْتَخْرِجْ	يَسْتَخْرِجُ	اِسْتَخْرَجَ	10 *Eduxit.*
اِحْمِرَارٌ	مُحْمَارٌّ	اِحْمَارِرْ	يَحْمَارُّ	اِحْمَارَّ	11 *Maxime rubuit.*
اِعْشِيشَابٌ	مُعْشَوْشِبٌ	اِعْشَوْشِبْ	يَعْشَوْشِبُ	اِعْشَوْشَبَ	12 *Inherbatus est.*
اِعْلِوَّاطٌ	مُعْلَوِّطٌ	اِعْلَوِّطْ	يَعْلَوِّطُ	اِعْلَوَّطَ	13 *Fortiter adhaesit.*

Composita Quadrilitera Activa.

Masd.	Nom. Ag.	Imp.	Modz.	Praet.	
تَدَحْرُجٌ	مُتَدَحْرِجٌ	تَدَحْرَجْ	يَتَدَحْرَجُ	تَدَحْرَجَ	*Volutus est.*
اِحْرِنْجَامٌ	مُحْرَنْجِمٌ	اِحْرَنْجِمْ	يَحْرَنْجِمُ	اِحْرَنْجَمَ	*Tumultum fec. fremuit.*
اِقْشِعْرَارٌ	مُقْشَعِرٌّ	اِقْشَعْرِرْ	يَقْشَعِرُّ	اِقْشَعَرَّ	*Horripilavit, inhorruit.*
اِقْعِنْسَاسٌ	مُقْعَنْسِسٌ	اِقْعَنْسِسْ	يَقْعَنْسِسُ	اِقْعَنْسَسَ	*Pectus egrediens habuit.*

Passiva Verborum praedictorum.

Nom. Pat.	Modzh.	Praet.	Nom. Pat.	Modzh.	Praet.
مُعْلَوَّطٌ	يُعْلَوَّطُ	أُعْلُوِّطَ	مُتَكَسَّرٌ	يُتَكَسَّرُ	تُكُسِّرَ
مُتَدَحْرَجٌ	يُتَدَحْرَجُ	تُدُحْرِجَ	مُتَبَاعَدٌ	يُتَبَاعَدُ	تُبُوعِدَ
مُحْرَنْجَمٌ	يُحْرَنْجَمُ	أُحْرُنْجِمَ	مُنْقَطَعٌ	يُنْقَطَعُ	أُنْقُطِعَ
مُقْشَعَرٌّ	يُقْشَعَرُّ	أُقْشُعِرَّ	مُجْتَمَعٌ	يُجْتَمَعُ	أُجْتُمِعَ
مُقْعَنْسَسٌ	يُقْعَنْسَسُ	أُقْعُنْسِسَ	مُسْتَخْرَجٌ	يُسْتَخْرَجُ	أُسْتُخْرِجَ
			مُعْشَوْشَبٌ	يُعْشَوْشَبُ	أُعْشُوشِبَ

Dictum est, Intransitiva verba conjugationem passivam non admittere, nisi ea ratione, de qua Lib. III. De constructione Intransitivorum. Hic autem libuit apponere omnia, explicandae formationis gratia. Exempla autem continuata hujusmodi Compositorum omnium, quoad generis, personarum, et numeri desinentias, verba simplicia perpetuo imitantur.

CAPUT OCTAVUM

DE VERBO SURDO, SEU GEMINANTE SECUNDAM RADICALEM.

Verbi Perfecti natura hactenus uberrime explicata, de Imperfecto nunc agendum est; quod quidem triplex esse potest أَصَمّ *Surdum* seu مُضَاعَف *Duplicatum*, مُعْتَلّ *Infirmum*, et مَهْمُوز *Hamzatum*. De quibus per ordinem sub diversis capitibus disserendum est. Duplicatum igitur triliterum, et quadriliterum esse invenitur.

Duplicatum ex quadriliteris est illud, cujus ف idem est cum ل primo, et ع idem quod ل secundum, ut زَلْزَلَ *con-*

tremuit, nihilque a quadrilitero peculiare continet; nec hujus est loci.

Duplicatum ex ternariis vocatur verbum *Surdum*, eo quod ultimam radicalem penultimae similem habeat, quarum prior posteriori, vocalem habenti, per *tescdid* inseritur, propria vocali vel abjecta, si praecedens litera motionem possideat, ut مَدَّ pro مَدَدَ *extendit*, مُدَّ pro مُدِدَ *extensus est*; vel in praecedentem rejecta, si ea *giezmam* habeat; ut يَمُدُّ pro يَمْدُدُ *extenditur*. Dictum est, posteriori vocalem habenti: nam cum ipsa *giezmam* habet, nequit fieri contractio, seu immissio per *tescdid*; ut مَدَدْتَ *extendisti.*

Propterea contractio triplex est, scilicet *necessaria*, *impossibilis*, et *licens*, seu *ad libitum.*

Libera est contractio, quotiescumque posterior ex similibus (habito respectu ad verba trilitera perfecta) quiescit, nec alia servilis superaddita radicalibus sequitur, ut accidit vocibus singularibus masculinis Modzharei giezmati, et Imperativi in sequenti Paradigmate expressis. Hae namque vel regulares esse possunt, ut voces verbi Perfecti; vel translata motione ع in ف, immitti poterit ع in فا, rejecto etiam ex Imperativo *alef* initiali, juxta regulam: *Alef imperativum non praefigitur literae vocalem habenti*; tertia autem radicalis tum per *fathham*, tum per *kesram* moveri poterit, sive ع Modzharei habeat *fathham*, sive *kesram*; si vero habuerit *dzhammam*, ultima per quamlibet trium motionum moveri potest.

Impossibilis est contractio, seu immissio per *tescdid* in tribus locis. Primo quotiescumque duae non sunt immediatae. Secundo cum ل quiescens est, et post ipsam servilis superaddita, et mota sequitur, ut in personis cujuscumque verbi Surdi his correspondentibus

نَصَرْنَا نَصَرْتُمْ نَصَرْتُمَا نَصَرْتِ نَصَرْتُ

مَدَدْنَا مَدَدْتُمْ مَدَدْتُمَا مَدَدْتِ مَدَدْتُ

Hae enim voces, et reliquae a secunda Praeteriti usque in ejus finem, quia earum tertia radicalis, sicuti etiam in triliteris perfectis, exigit *giezmam* idest quiescit, idcirco nequeunt admittere contractionem, quae ut fieri possit, postulat ut prior quiescat, posterior vero moveatur: in his autem vocibus oppositum cernitur, ideo contractio est impossibilis. Eadem ratione etiam Tertio prohibetur immissio, cum prima similium est signo *tescdid* gravata, ut accidit in forma plurali nominis Agentis فُعَّل, et in verbis derivativis juxta فَعَّلَ et تَفَعَّلَ.

Necessaria est, quotiescumque literae similes sunt immediatae, atque ipsarum posterior movetur, prior vero quiescit, vel non est gravata signo *tescdid*, ut accidit Praeterito, et Modzhareo tam activis quam passivis, cum nulla literarum servilium adest post ultimam radicalem; vel, si reperitur, quiescit, ut sunt *alef* duale, et و plurale, et ى singulare foemininum, ut مَدَّ *extendit*, مَدُّوا *extenderunt illi*, مَدَّا *extenderunt duo*, تَمُدِّينَ *extendis tu foem.* etc.

In hac igitur contractione, vel separatione literarum servilium, diversitas flexionis verbi Surdi a ceteris sita est; quae ut bene percipiatur, paradigma ejus per exempla continuata subjicitur, in verbo مَدَّ *extendit.*

PRAETERITUM.

Plur.			Dual.			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
مَدَدْنَ		مَدُّوا	مَدَّتَا		مَدَّا	مَدَّتْ		مَدَّ	3
مَدَدْتُنَّ		مَدَدْتُمْ		مَدَدْتُمَا		مَدَدْتِ		مَدَدْتَ	2
	مَدَدْنَا						مَدَدْتُ		1

MODZHAREUM.

Plur.			Dual.			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
يَمْدُدْنَ		يَمُدُّونَ	تَمُدَّانِ		يَمُدَّانِ	تَمُدُّ		يَمُدُّ	3
تَمْدُدْنَ		تَمُدُّونَ		تَمُدَّانِ		تَمُدِّينَ		تَمُدُّ	2
	نَمُدُّ						أَمُدُّ		

IMPERATIVUS.

Plur.		Dual.	Singul.	
Foem.	Masc.	Com.	Foem.	Masc.
أُمْدُدْنَ	مُدُّوا	مُدَّا	مُدِّي	مُدَّ

PARTICIPIUM ACTIVUM.

Plur.		Dual.		Singul.	
Foem.	Masc.	Foem.	Masc.	Foem.	Masc.
مَادَّاتٌ	مَادُّونَ	مَادَّتَانِ	مَادَّانِ	مَادَّةٌ	مَادٌّ

Infinitivus.	Nomina temp. et loci.	Instrumenti.
مَدٌّ	مَمَدٌّ	مِمَدٌّ

De Praeterito.

Idem dicendum est de verbis, quorum media radicalis habet *dzhammam*, vel *kesram*, ut مَسَّ *tetigit* pro مَسِسَ, مَسْتَ vel مِسْتَ *tetigisti*, pro مَسِسْتَ etc. Ad verborum au-

tem asperitatem tollendam aliquando posterior ex similibus, ut vides, excidit, v. g. ظَلْتُ vel ظِلْتُ pro ظَلِلْتُ a ظَلَّ *inumbravit*. Item a secunda Praeteriti usque in finem posterior in ى mutari potest, ut أَمْلَيْتُ *optavi, speravi*, pro أَمْلَلْتُ ab أَمَلَّ, ordinis أَفْعَلَ; quod a Vulgaribus usitatissimum est.

De Modzhareo.

Similis est ratio, cum penultima radicalis habet *fathham*, vel *kesram*; ut يَعَضُّ *mordebit* pro يَعْضَضُ, يَفِرُّ *fugiet* pro يَفْرِرُ. Servata igitur motionum proprietate, et literarum contractione, vel separatione, cujuscumque verbi Surdi inflexio praedictam verbi مَدَّ sequitur: quoad literarum vero أتين et يونا additionem, idem, quod de verbo فَعَلَ dictum fuit, servandum est.

De Imperativo.

Imperativi literae similes, ut vides, contrahuntur in omnibus personis, excepta secunda plur. foem., quae regulariter tantum, et secunda singul. masc. quae regulariter et contracte formari potest. In contractione, *alef* imperativum excidit, juxta traditam regulam.

APPENDIX.

Imperativum respectu omnium personarum, extra regulam traditam, regulariter, idest ut verbum Triliterum perfectum, flecti posse, ajunt auctores: ut

Plur.		Dual.	Singul.	
Foem.	Masc.	Com.	Foem.	Masc.
أُمْدُدْنَ	أُمْدُدُوا	أُمْدُدَا	أُمْدُدِى	أُمْدُدْ

De Participio, et Infinitivo.

Participium, et Infinitivus perpetuo contrahuntur (plurali fracto excepto), de quo in Paradigmate; et quidem Participium de more formatur, posito ا post ف, et *tanuin dzhamma* super contractam. Infinitivus autem est ipsa radix, sed cum nunnatione in tertia radicali.

De Nomine temporis, loci, et instrumenti.

Nomina haec separationem literarum similium non admittunt: formantur praefixo م *fathhato* respectu temporis, et loci, *kesrato* vero pro nominis instrumenti formatione, atque *tanuin dzhamma* in tertia radicis ubique ponitur.

Similis est ratio Passivi.

PRAETERITUM.

Plur.			Dualis.			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
مُدِدْنَ		مُدُّوا	مُدَّتَا		مُدَّا	مُدَّتْ		مُدَّ	3
مُدِدْتُنَّ		مُدِدْتُمْ		مُدِدْتُمَا		مُدِدْتِ		مُدِدْتَ	2
	مُدِدْنَا						مُدِدْتُ		1

MODZHAREUM.

	Plur.			Dualis.			Singul.		
	Com.	Foem.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.
3		يَمْدُدْنَ	يَمُدُّونَ	تَمُدَّانِ		يَمُدَّانِ	تَمُدُّ		يَمُدُّ
2		تَمْدُدْنَ	تَمُدُّونَ		تَمُدَّانِ		تَمُدِّينَ		تَمُدُّ
1	نَمُدُّ							أَمُدُّ	

Imperativus est Modzhareum giezmatum, praefixo *lam kesrato*, in omnibus personis, ut لِيَمْدُدْ et لِيَمُدَّ *extendatur ille*, لِتَمْدُدْ et لِتَمُدَّ *extendaris tu.*

Et cum *nun* paragogico يَمُدَّنَّ *extendetur omnino ille*; vel يَمُدُّنَّ *extendentur prorsus illi*; تَمُدِّنَّ *extenderis penitus tu* foem.; vel أَمُدَّنَّ *extendar omnino ego.*

PARTICIPIUM.

Plur.		Dualis.		Singul.	
مَمْدُودَاتٌ	مَمْدُودُونَ	مَمْدُودَتَانِ	مَمْدُودَانِ	مَمْدُودَةٌ	مَمْدُودٌ
extensae.	*extensi.*	*extensae duae.*	*extensi duo.*	*extensa.*	*extensus.*

Participium regulare est, ob و illud quiescens, inter literas geminatas insertum; et formatur, ut dictum est de verbis perfectis.

Eodem modo flectuntur verba, quae in ع *fathham* vel *kesram* habent, ut عَضَّ pro عَضِضَ *morsus fuit*, يَعَضُّ pro يَعْضَضُ *mordetur*, مَعْضُوضٌ *morsus*, etc.

Derivativa verbi Surdi octo praecipue agnoscunt conjugationes, quae sunt sequentes in eodem verbo مَدَّ, et aliis suam significationem habentibus.

1	فَعَّلَ	ut	مَدَّدَ *extendere fecit.*	
2	فَاعَلَ		مَادَّ pro مَادَدَ	جَابَّ *secuit, incidit.*
3	أَفْعَلَ		أَمَدَّ pro أَمْدَدَ	أَعَدَّ *praeparavit.*
4	تَفَعَّلَ		تَمَدَّدَ *se extendit.*	
5	تَفَاعَلَ		تَمَادَّ pro تَمَادَدَ	تَمَادَّ *extendit, coextendit.*
6	اِنْفَعَلَ		اِنْمَدَّ pro اِنْمَدَدَ	اِنْقَدَّ *scissus est.*
7	اِفْتَعَلَ		اِمْتَدَّ pro اِمْتَدَدَ	اِعْتَدَّ *reputavit.*
8	اِسْتَفْعَلَ		اِسْتَمَدَّ pro اِسْتَمْدَدَ	اِسْتَعَدَّ *se aptavit, promptus fuit.*

Ubi vides, secundum et quartum verbum respuere contractionem, et perfecte flecti, eo quod unum *tescdid* nequit compensare duas literas, aut una litera duo sustinere *tescdid*. Reliqua vero respectu flexionis, contractionis, vel separationis, legem Surdi simplicis sequuntur; nisi quod Infinitivus, seu Masdar hic contrahi non potest, ob *alef* inter similes medians, ut in variatis exemplis subjectis mox demonstratur.

ACTIVA.

Masdar.	Part.Ag.	Imperat.	Modzh.	Praet.	
إِعْدَاد	مُعِدّ	أَعِدَّ et أَعْدِدْ	يُعِدُّ	أَعَدَّ	*Praeparavit.*
جِبَاب	مُجَابّ	جَابِّ et جَابِبْ	يُجَابُّ	جَابَّ	*Incidit.*
اِنْقِدَاد	مُنْقَدّ	اِنْقَدِّ et اِنْقَدِدْ	يَنْقَدُّ	اِنْقَدَّ	*Scissus est.*
اِعْتِدَاد	مُعْتَدّ	اِعْتَدِّ et اِعْتَدِدْ	يَعْتَدُّ	اِعْتَدَّ	*Reputavit.*
تَمَادّ	مُتَمَادّ	تَمَادِّ et تَمَادَدْ	يَتَمَادُّ	تَمَادَّ	*Extendit.*
اِسْتِعْدَاد	مُسْتَعِدّ	اِسْتَعِدَّ et اِسْتَعْدِدْ	يَسْتَعِدُّ	اِسْتَعَدَّ	*Aptatus est.*

Juxta formam Passivam.

Partic.	Modzh.	Praet.	Partic.	Modzh.	Praet.
مُنْقَدٌّ	يُنْقَدُّ	أُنْقُدَّ	مُعَدٌّ	يُعَدُّ	أُعِدَّ
مُعْتَدٌّ	يُعْتَدُّ	أُعْتُدَّ	مُجَابٌّ	يُجَابُّ	جُوبَّ
مُسْتَعَدٌّ	يُسْتَعَدُّ	أُسْتُعِدَّ	مُتَجَابٌّ	يُتَجَابُّ	تُجُوبَّ

OBSERVATIO I.

Verba Perfecta Trilitera nonae et undecimae, et Quadrilitera tertiae conjugationis derivativorum, idest, quae in ultima radicis afficiuntur *tescdid*, eandem hanc verbi Surdi rationem sequuntur: ut

In Praeterito.			In Modzhareo.		
اصْفَرَّ	pro	اصْفَرَرَ	يَصْفَرُّ	pro	يَصْفَرِرُ
اصْفَارَّ	pro	اصْفَارَرَ	يَصْفَارُّ	pro	يَصْفَارِرُ
اقْمَطَرَّ	pro	اقْمَطْرَرَ	يَقْمَطِرُّ	pro	يَقْمَطْرِرُ

Et cetera hujusmodi, quibus eadem pariter competunt, quae de Modzhareo giezmato, et Imperativo dicta sunt.

OBSERVATIO II.

Verba terminata literis ت et ن hic quoque, ut apud Hebraeos, *nun* illas, cum *giezmam* habent ante ت vel ن servile, sequenti inserunt, ut سَكَّتَ *tacuisti* pro سَكَتْتَ, زَيَنَّا *ornavimus* pro زَيَنْنَا; ex hoc tamen inter imperfecta verba annumeranda non sunt; sicut nec quae a ت vel ن inchoan-

tur, in quibus characteristicae ت et ن delitescunt: ut اِنَّقَبَ *perfossus est* pro اِنْنَقَبَ, اِتَّجَرَ *negotiatus est* pro اِتْتَجَرَ, et sic de ceteris.

CAPUT NONUM

DE VERBO INFIRMO IN GENERE.

Verbum Infirmum dicitur illud, cujus aliqua radicalium est infirma, nimirum و, vel ى; *alef* vero quiescens hic nunquam est litera radicalis, sed in ipsam hae duae saepe commutantur. Infirmi vero species forent septem, juxta septem infirmitatum varietates, et combinationes; sed quorum ف simul et ع, vel tres omnes, infirmae sint, nulla fere reperiuntur verba. Unde verbum Infirmum tantum quintuplex est.

Primum est infirmum ف tantum, quod dicitur اَلْمِثَالُ *simile*, vel assimilatum, eo quod in sui revolutione, seu flexione parum, aut nihil differat a Perfecto, ut patebit.

Secundum est infirmum ع, quod dicitur أَجْوَفُ i.e. *vacuum*, seu concavum, propter mediae infirmitatem.

Tertium est infirmum ل, quod dicitur نَاقِصٌ *deficiens*, sive defectivum, quod saepe ultima careat motione, ac deficiat.

Quartum est infirmum ع et ل, quod dicitur *involutum*, seu aggregatum *conjunctum*, quod simul plures involvat infirmas.

Quintum est infirmum ف et ل, quod proinde dicitur *aggregatum*, seu involutum *sejunctum*, quod plures in ipso, sed tamen distinctae, reperiantur infirmae. Ex his autem tria priora duplicia esse possunt; vel enim infirma est و, vel ى. Quartum vero potest esse triplex; vel enim ع est و, et ل est ى, vel utraque و, vel utraque ى. Quintum similiter du-

plex est, vel enim ف est و, et ل est ى, vel utraque ى. Sed hoc singulare est, nec nisi unicum reperitur exemplum; ut in his demonstratur.

Prima radix.		
	وَجَدَ *Invenit.*	اَلْمِثَالُ *Simile.*
	يَسَرَ *Alea lusit.*	
صَوَنَ	صَانَ *Custodivit.*	اَلْأَجْوَفُ *Vacuum.*
بَيَعَ	بَاعَ *Vendidit.*	
سَرُوَ	سَرُوَ *Potitus est.*	اَلنَّاقِصُ *Deficiens.*
غَزَوَ	غَزَا *Oppugnavit.*	
رَمَيَ	رَمَى *Projecit.*	
شَوَيَ	شَوَى *Assavit.*	اَللَّفِيفُ ٱلْمَقْرُونُ *Aggregatum conjunctum.*
قَوِوَ	قَوِيَ *Fortis fuit.*	
	حَيِيَ *Vixit.*	
وَقَيَ	وَقَى *Custodivit.*	اَللَّفِيفُ ٱلْمَفْرُوقُ *Aggregatum sejunctum.*
يَدَيَ	يَدَى *Sibi complacuit.*	

CAPUT DECIMUM

DE VERBO INFIRMO ف, QUOD DICITUR ASSIMILATUM.

Verbum Infirmum ف simplex, in Praeterito nullatenus a Sano differt, eo quod ad instar ipsius easdem motiones habeat; ut وَعَدَ *promisit*, etc.

In Modzhareo autem Infirmum *fe* و praeter literarum اتين et يونا solitam appositionem, exiguam habet anomaliam, quae in eo potissimum consistit, quod و excidit in activa conjugatione Primitivi, cum penultima ejus litera habet *kesram*, quae cum و inimicitiam habet; quod hic plerisque etiam illis verbis contingit, quorum secunda radicalis in Praeterito *kesram* habet: ut

وَعَدَ *Assignavit. Promisit.*	Modzhar.	يَعِدُ	pro	يَوْعِدُ	instar يَضْرِبُ
وَرِثَ *Haereditavit.*		يَرِثُ		يَوْرِثُ	
وَمِقَ *Amavit.*		يَمِقُ		يَوْمِقُ	

Sic reliquae Modzharei personae, etiamsi ى non habeant, hanc regulam sequuntur; ut تَعِدُ أَعِدُ نَعِدُ; etc.

Quod etiam Imperativo tunc accidit, cui nec *alef* imperativum additur, quia prima radicalis non quiescit, ut عِدْ pro اِوْعِدْ, مِقْ pro اِوْمِقْ.

Idem dicendum de Infinitivo, seu Masdaro, cum est formae فِعْلَةٌ; ut عِدَةٌ pro وِعْدَةٌ, مِقَةٌ pro وِمْقَةٌ: si vero fuerit alterius formae, regulariter formatur; ut وَعْدًا, instar فَعْلًا.

Cum autem penultima radicalis in Modzhareo *kesram* non habet, regulare est; ut وَجِهَ *tendit*, يَوْجَهُ; وَجِلَ *timuit*, يَوْجَلُ, (quidam tamen tunc, euphoniae causa, و in ا mutant, et dicunt يَاجَلُ; alii in ى mobile يَيْجَلُ; alii in ى quiescens post *kesram*, quae ponitur loco *fathhae* literarum اتين, ut يِيجَلُ): Sic etiam Imperativus, ut اُوْجَهْ juxta sextam formam

simplicium, cujus Modzhareum cum habeat *dzhammam* in ع, eandem exigit etiam in *alef* imperativum; at si ا secundum regulam generalem simplicium habet *kesram*, و mutatur in ى, juxta Canon. II. gener. ut إِيجَلْ pro إِوْجَلْ instar إِعْلَمْ *scito.*

Quod si *kesra* hujusmodi ا imperativi excidat, ob unionem ad motionem praecedentem, quae sit *dzhamma*, scribitur quidem ى, sed profertur ut و, et dicitur e. g. يَا زَيْدُ آيْجَلْ *ja Zaeido-ugial*, ò *Zaeide time.*

Sed وَطِئَ pro وَطَأَ *subjecit*, وَسِعَ *amplus fuit*, وَقَعَ *cecidit*, وَدَعَ *sivit*, وَهَبَ *donavit*, et وَضَعَ *posuit*, etsi forment Modzhareum cum *fathha* in penultima, و tamen abjiciunt non secus ac si penultima *kesram* haberet; quia *fathham* illam habent pro *kesra*, ob ultimam vel penultimam gutturalem, et dicitur يَطَأُ, يَسَعُ, يَقَعُ, etc. et in Imperativo طَأْ, سَعْ, قَعْ, etc.

Sic et sine gutturali يَذَرُ *sinit* ab inusitato in Praeterito, et Participio وَذَرَ.

Verbum vero infirmum *fe* ى, non differt a Sano, nisi quod in Modzhareo formae passivae, ى in و mutatur, ob praecedentem *dzhammam*; juxta Canon. II. gener., ut يَمَنَ *juravit*, يُيْمَنُ ; يَسَرَ *alea lusit*, يُيْسَرُ ; يُسِرَ *alea lusum est*, يُوسَرُ. Unde haec utriusque sunt exempla continuata activi.

PRAETERITUM

Infirmi Fe و .

Plur. Foem.	Plur. Com. Masc.	Dualis Foem.	Dualis Com. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com. Masc.	
وَعَدْنَ	وَعَدُوا	وَعَدَتَا	وَعَدَا	وَعَدَتْ	وَعَدَ	3
وَعَدْتُنَّ	وَعَدْتُمْ		وَعَدْتُمَا	وَعَدْتِ	وَعَدْتَ	2
	وَعَدْنَا				وَعَدْتُ	1

Infirmi Fe ى .

يَسَرْنَ	يَسَرُوا	يَسَرَتَا	يَسَرَا	يَسَرَتْ	يَسَرَ	3
يَسَرْتُنَّ	يَسَرْتُمْ		يَسَرْتُمَا	يَسَرْتِ	يَسَرْتَ	2
	يَسَرْنَا				يَسَرْتُ	1

MODZHAREUM

Infirmi Fe و .

يَعِدْنَ	يَعِدُونَ	تَعِدَانِ	يَعِدَانِ	تَعِدُ	يَعِدُ	3
تَعِدْنَ	تَعِدُونَ		تَعِدَانِ	تَعِدِينَ	تَعِدُ	2
	نَعِدُ				أَعِدُ	1

Infirmi Fe ى .

يَيْسِرْنَ	يَيْسِرُونَ	تَيْسِرَانِ	يَيْسِرَانِ	تَيْسِرُ	يَيْسِرُ	3
تَيْسِرْنَ	تَيْسِرُونَ		تَيْسِرَانِ	تَيْسِرِينَ	تَيْسِرُ	2
	نَيْسِرُ				أَيْسِرُ	1

IMPERATIVUS

Infirmi Fe و .

Plur. Foem.	Plur. Masc.	Dualis Com.	Singul. Foem.	Singul. Masc.
عِدْنَ	عِدُوا	عِدَا	عِدِى	عِدْ

Infirmi Fe ى .

اِيسِرْنَ	اِيسِرُوا	اِيسِرَا	اِيسِرِى	اِيسِرْ

PARTICIPIUM AGENS

Infirmi Fe و .

وَاعِدَاتٌ	وَاعِدُونَ	وَاعِدَتَانِ	وَاعِدَانِ	وَاعِدَةٌ	وَاعِدٌ

Infirmi Fe ى .

يَاسِرَاتٌ	يَاسِرُونَ	يَاسِرَتَانِ	يَاسِرَانِ	يَاسِرَةٌ	يَاسِرٌ

Infinitivus.		Nom. Temp. et Loc.		Instrumenti.	
عِدَةٌ	يُسْرٌ	مَوْعِدٌ	مَيْسِرٌ	مِيعَادٌ	مِيسَارٌ

Passiva per exempla variata.

Partic.	Modzh.	Praet.	Partic.	Modzh.	Praet.
مَوْعُودٌ	يُوعَدُ	وُعِدَ	مَيْسُورٌ	يُوسَرُ	يُسِرَ

In reliquis omnibus, tam primitivis quam derivativis, utraque (servato Can. II. gener.) perfecta sunt; nisi quod in derivativo formae اِفْتَعَلَ, و et ى in ت mutant, idque ت

characteristico per *tescdid* inserunt, ut dictum est supra Cap. VII. Sic

Infirmum *fe* و				Infirmum *fe* ى.		
اتَّعَدَ *Acceptavit.*		اوْتَعَدَ et ايْتَعَدَ	اتَّسَرَ			ايْتَسَرَ
يَتَّعِدُ *Acceptat.*		يَوْتَعِدُ	يَتَّسِرُ	*facilem evadere*		يَيْتَسِرُ
اتَّعِدْ *Accepta.*	pro	اوْتَعِدْ	اتَّسِرْ		pro	ايْتَسِرْ
مُتَّعِدٌ *Acceptans.*		مُوتَعِدٌ	مُتَّسِرٌ			مُيْتَسِرٌ
اتِّعَادًا *Acceptatio.*		اوْتِعَادًا	اتِّسَارًا			ايْتِسَارًا

Interdum tamen و et ى manent, et accommodant sese vocali praecedenti, cui, si non sunt, fiunt homogeneae, ut

ايْتَعَدَ	pro	اوْتَعَدَ	ايْتَسَرَ			juxta Canon. II. gener.
يَاتَعِدُ		يَوْتَعِدُ	يَاتَسِرُ	pro	يَيْتَسِرُ	
ايتَعِدْ			ايتَسِرْ			
مُوتَعِدٌ			مُوتَسِرٌ	pro	مُيْتَسِرٌ	
ايتِعَادًا	pro	اوْتِعَادًا	ايتِسَارًا			

CAPUT UNDECIMUM

DE VERBO INFIRMO AAIN.

Verba Infirma ع ab Arabibus vocantur Vacua, sive Concava: et sunt illa, quae habent mediam radicalem و vel ى, quae literae in Praeterito cujuscumque formae activae commutantur in ا quiescens, juxta Canon. II. و ى: et quia hae literae inter flectendum aut excidunt, aut vocali sua amissa quiescunt, propterea in iis haec verba maximam ha-

bent irregularitatem, idcirco plura exponuntur Paradigmata Concavorum, in verbis قَالَ *dixit*, بَاعَ *vendidit*, et خَافَ *timuit*, simplicium secundum diversas formas, per exempla continuata.

PRAETERITUM

Concavi و *juxta primam formam.*

Plur.			Dualis			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
قُلْنَ		قَالُوا	قَالَتَا		قَالَا	قَالَتْ		قَالَ	3
قُلْتُنَّ		قُلْتُمْ		قُلْتُمَا		قُلْتِ		قُلْتَ	2
	قُلْنَ						قُلْتُ		1

Concavi ى *juxta secundam formam.*

بِعْنَ		بَاعُوا	بَاعَتَا		بَاعَا	بَاعَتْ		بَاعَ	3
بِعْتُنَّ		بِعْتُمْ		بِعْتُمَا		بِعْتِ		بِعْتَ	2
	بِعْنَا						بِعْتُ		1

Concavi و *juxta quartam formam.*

خِفْنَ		خَافُوا	خَافَتَا		خَافَا	خَافَتْ		خَافَ	3
خِفْتُنَّ		خِفْتُمْ		خِفْتُمَا		خِفْتِ		خِفْتَ	2
	خِفْنَا						خِفْتُ		1

MODZHAREUM

Concavi و *juxta primam formam.*

RAFEATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dualis Foem.	Dualis Com.	Dualis Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَقُلْنَ		يَقُولُونَ	تَقُولَانِ		يَقُولَانِ	تَقُولُ		يَقُولُ	3
تَقُلْنَ		تَقُولُونَ		تَقُولَانِ		تَقُولِينَ		تَقُولُ	2
	نَقُولُ						أَقُولُ		1

NASBATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dualis Foem.	Dualis Com.	Dualis Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَقُلْنَ		يَقُولُوا	تَقُولَا		يَقُولَا	تَقُولَ		يَقُولَ	3
تَقُلْنَ		تَقُولُوا		تَقُولَا		تَقُولِي		تَقُولَ	2
	نَقُولَ						أَقُولَ		1

GIEZMATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dualis Foem.	Dualis Com.	Dualis Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَقُلْنَ		يَقُولُوا	تَقُولَا		يَقُولَا	تَقُلْ		يَقُلْ	3
تَقُلْنَ		تَقُولُوا		تَقُولَا		تَقُولِي		تَقُلْ	2
	نَقُلْ						أَقُلْ		1

MODZHAREUM

Concavi ى *juxta secundam formam.*

RAFEATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dual. Foem.	Dual. Com.	Dual. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَبِعْنَ		يَبِيعُونَ	تَبِيعَانِ		يَبِيعَانِ	تَبِيعُ		يَبِيعُ	3
تَبِعْنَ		تَبِيعُونَ		تَبِيعَانِ		تَبِيعِينَ		تَبِيعُ	2
	نَبِيعُ						أَبِيعُ		1

NASBATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dual. Foem.	Dual. Com.	Dual. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَبِعْنَ		يَبِيعُوا	تَبِيعَا		يَبِيعَا	تَبِيعَ		يَبِيعَ	3
تَبِعْنَ		تَبِيعُوا		تَبِيعَا		تَبِيعِى		تَبِيعَ	2
	نَبِيعَ						أَبِيعَ		1

GIEZMATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dual. Foem.	Dual. Com.	Dual. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَبِعْنَ		يَبِيعُوا	تَبِيعَا		يَبِيعَا	تَبِعْ		يَبِعْ	3
تَبِعْنَ		تَبِيعُوا		تَبِيعَا		تَبِيعِى		تَبِعْ	2
	نَبِعْ						أَبِعْ		1

MODZHAREUM

Concavi و *quartae formae.*

RAFEATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dual. Foem.	Dual. Com.	Dual. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَخَفْنَ		يَخَافُونَ	تَخَافَانِ		يَخَافَانِ	تَخَافُ		يَخَافُ	3
تَخَفْنَ		تَخَافُونَ		تَخَافَانِ		تَخَافِينَ		تَخَافُ	2
	نَخَافُ						أَخَافُ		1

NASBATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dual. Foem.	Dual. Com.	Dual. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَخَفْنَ		يَخَافُوا	تَخَافَا		يَخَافَا	تَخَافَ		يَخَافَ	3
تَخَفْنَ		تَخَافُوا		تَخَافَا		تَخَافِي		تَخَافَ	2
	نَخَافَ						أَخَافَ		1

GIEZMATUM.

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dual. Foem.	Dual. Com.	Dual. Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَخَفْنَ		يَخَافُوا	تَخَافَا		يَخَافَا	تَخَفْ		يَخَفْ	3
تَخَفْنَ		تَخَافُوا		تَخَافَا		تَخَافِي		تَخَفْ	2
	نَخَفْ						أَخَفْ		1

IMPERATIVUS

Concavi و *primae formae.*

Plur. Foem.	Plur. Masc.	Dual. Com.	Singul. Foem.	Singul. Masc.
قُلْنَ	قُولُوا	قُولَا	قُولِي	قُلْ

Concavi ى *secundae.*

بِعْنَ	بِيعُوا	بِيعَا	بِيعِى	بِعْ

Concavi و *quartae.*

خَفْنَ	خَافُوا	خَافَا	خَافِي	خَفْ

IMPERATIVUS CUM ن PARAGOGICO

Concavi و *primae formae.*

Plur.	Dual.	Singul.	
قُولُنَّ vel قُولُنْ	قُولَانِّ	قُولَنَّ vel قُولَنْ	*Masc.*
قُلْنَانِّ	قُولَانِّ	قُولِنَّ vel قُولِنْ	*Foem.*

Concavi ى *secundae.*

Plur.	Dual.	Singul.	
بِيعُنَّ vel بِيعُنْ	بِيعَانِّ	بِيعَنَّ vel بِيعَنْ	*Masc.*
بِعْنَانِّ	بِيعَانِّ	بِيعِنَّ vel بِيعِنْ	*Foem.*

Concavi و *quartae.*

Plur.	Dual.	Singul.	
خَافُنَّ vel خَافُنْ	خَافَانِّ	خَافَنَّ vel خَافَنْ	*Masc.*
خَفْنَانِّ	خَافَانِّ	خَافِنَّ vel خَافِنْ	*Foem.*

PARTICIPIUM

Concavi و *primae.*

Plur.		Dual.		Singul.	
Foem.	Masc.	Foem.	Masc.	Foem.	Masc.
قَايِلَاتٌ	قَايِلُونَ	قَايِلَتَانِ	قَايِلَانِ	قَايِلَةٌ	قَايِلٌ

Concavi ى *secundae.*

Plur.		Dual.		Singul.	
Foem.	Masc.	Foem.	Masc.	Foem.	Masc.
بَايِعَاتٌ	بَايِعُونَ	بَايِعَتَانِ	بَايِعَانِ	بَايِعَةٌ	بَايِعٌ

Concavi و *quartae.*

Plur.		Dual.		Singul.	
Foem.	Masc.	Foem.	Masc.	Foem.	Masc.
خَايِفَاتٌ	خَايِفُونَ	خَايِفَتَانِ	خَايِفَانِ	خَايِفَةٌ	خَايِفٌ

INFINITIVUS, SEU MASDARUM.

خَوْفٌ	بَيْعٌ	قَوْلٌ

Nomina Temporis, Loci, et Instrumenti horum verborum ficte hic ponuntur, ut universa verbi formatio in eodem appareat.

NOMINA TEMPORIS, ET LOCI.

مَخَافٌ	مَبَاعٌ	مَقَالٌ

NOMINA INSTRUMENTI.

مِخَافٌ	مِبَاعٌ	مِقَالٌ

De Praeterito.

Praehabitae conjugationes, non solum respectu literarum excidentium, et redeuntium, sed etiam motionum, sive vocalium, observandae sunt tanquam exemplar generale verborum hujus generis. Porro in tertiis personis (excepta plur. foem.) و et ى, vocali sua abjecta, mutantur in ا quiescens post *fathham* primae radicalis, ut exempla Paradigmatis sint pro

etc.	قَوَلُوا	قَوَلْنَا	قَوَلَا	قَوَلَتْ	قَوَلَ
etc.	بَيَعُوا	بَيَعْنَا	بَيَعَا	بَيَعَتْ	بَيَعَ

Eodem modo, cum media radicalis habet *kesram*, vel

dzhammam ; ut خَافَ *timuit*, pro خَوِفَ ; طَالَ *longus fuit*, pro طَوُلَ ; هَابَ *pavit*, pro هَيِبَ.

In secundis, et primis personis ipsae literae infirmae excidunt (juxta Canon. III. gen.)*, et vocalem suam, nempe vocalem mediae commutatae, ad literam praecedentem, cujus vocalis periit, rejiciunt, ubi manet immutata, si est *kesra*, vel *dzhamma*; ut

خِفْتُ ...	خِفْتِ	خِفْتَ	pro	خَوِفْتُ ...	خَوِفْتِ	خَوِفْتَ
طُلْتُ ...	طُلْتِ	طُلْتَ		طَوُلْتُ ...	طَوُلْتِ	طَوُلْتَ
هِبْتُ ...	هِبْتِ	هِبْتَ		هَيِبْتُ ...	هَيِبْتِ	هَيِبْتَ

Si autem motio fuerit, *fathha* mutatur in *dzhammam*, vel in *kesram* ; in *dzhammam* quidem, cum litera rejecta est و ; ut

قُلْتُ ...	قُلْتِ	قُلْتَ	pro	قَوَلْتُ ...	قَوَلْتِ	قَوَلْتَ

in *kesram* vero, quando est ى ; ut

سِرْتُ ...	سِرْتِ	سِرْتَ	pro	سَيَرْتُ ...	سَيَرْتِ	سَيَرْتَ
بِعْتُ ...	بِعْتِ	بِعْتَ		بَيَعْتُ ...	بَيَعْتِ	بَيَعْتَ

Prima igitur radicalis Concavorum ى in istis secundis personis *kesram* perpetuo habet ; nam formae prima et sexta in iis non inveniuntur: at in Concavis و habet *dzhammam* in prima et sexta; vel *kesram* in quarta forma. Quapropter ex his facile erit dignoscere, quaenam ex infirmis rejecta sit.

Porro notandum est, a Grammaticis non dari regulam in his verbis de tertia forma, quia haec pertinet ad secundam; sed propter gutturalem, si qua reperiatur, *kesra* debita secundae formae mutatur in *fathham*, quod tamen ex traditis habetur, vix aut nunquam accidere posse.

De Modzhareo.

Secunda radicalis si in Praeterito *fathham* habet, eam hic Concava و in *dzhammam*, Concava ى in *kesram* mutant, ipsaeque literae infirmae redeunt; ut يَقُولُ , يَبِيعُ : si autem habet *kesram*, mutant eam in *fathham*, ut يَخَافُ *timet*, يَهَابُ *pavet*; si vero *dzhammam*, ea regulariter manet; ut يَطُولُ *longus est*. Hae autem motiones secundae radicalis rejiciuntur ad primam, ut secunda in ea quiescat: quod fit absque ulla mutatione, si sit *dzhamma* vel *kesra*; sed si fuerit *fathha*, ut in quarta forma Simplicium, tam و quam ى vertitur in ا quiescente, juxta Canon. II. gener.; ut يَخَافُ يَبِيعُ يَقُولُ pro يَخْوَفُ يَبْيِعُ يَقْوُلُ etc.

At in plurali foem. ob *giezmam* literae sequentis (juxta Canon. III. gener.) litera quiescens excidit, et dicitur يَقُلْنَ, يَخَفْنَ يَبِعْنَ pro يَخَافْنَ يَبِيعْنَ يَقُولْنَ . Quod et eadem de causa in Apocope, seu giezmatione iis personis accidit, quarum tertia radicalis *giezmam* recipit: ut in paradigmate visum est.

De Imperativo.

Imperativus a Modzhareo giezmato formatur, ut pluries dictum est. *Alef* hic non praefigitur ob Canon. Imperii: accipit enim prima radicalis vocalem translatam secundae, quae ubique quiescit expressa, praeterquam in singul. masc. et plur. foem. ubi excidit ob *giezmam* tertiae radicalis, ut in paradigmatibus videre est. At in singulari masc. cum ن Paragogico, quod tertiae radicali tribuit *fathham*, redit, ut قُولَنَّ et قُولَنْ *dic omnino*; بِيعَنَّ et بِيعَنْ *omnino vende*; خَافَنَّ et خَافَنْ *prorsus time.*

De Participio.

Hic secunda litera ob *alef* quiescens, quod primae postponitur, cogitur ad motum (duae enim quiescentes concurrere nequeunt), a quo abhorrens, in locum suum substituit *alef* mobile; quod, juxta Canonem primum, *alef* in ئ cum *hamza*, ut signum quod stat loco literae ا, mutatur: itaque قَائِلٌ est pro قَاالٌ, et hoc pro قَاوِلٌ; بَائِعٌ pro بَااِعٌ et hoc pro بَايِعٌ.

Infinitivus regularis est.

Nomina Temporis, Loci, et Instrumenti formantur praeposito م, ut in Sanis; sed vocalis secundae radicis transfertur in ق, ipsumque ع vertitur in ا; ut مَقَالٌ *tempus* et *locus dicendi*, pro مَقْوَلٌ; مِقَالٌ pro مِقْوَلٌ Instr. Saepe tamen in fine additur ة in compensationem motionis translatae, et literae conversae; ut مَقَالَةٌ *loc.* et *temp. dicendi etc.*

Conjugatio Passiva Verbi Concavi.

PRAETERITUM

Concavi و.

Plur.			Dual.			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
قِلْنَ		قِيلُوا	قِيلَتَا		قِيلَا	قِيلَتْ		قِيلَ	3
قِلْتُنَّ		قِلْتُمْ		قِلْتُمَا		قِلْتِ		قِلْتَ	2
	قِلْنَا						قِلْتُ		1

Concavi ى

3	بِيعَ	بِيعَتْ	بِيعَا	بِيعَتَا	بِيعُوا	بِعْنَ
2	بِعْتَ	بِعْتِ	بِعْتُمَا		بِعْتُمْ	بِعْتُنَّ
1	بِعْتُ				بِعْنَا	

MODZHAREUM

Concavi و Rafeatum.	*Concavi* و Giezmatum.	*Concavi* ى Rafeatum.	*Concavi* ى Giezmatum.
يُقَالُ	لَمْ يُقَلْ	يُبَاعُ	لَمْ يُبَعْ
تُقَالُ	لَمْ تُقَلْ	تُبَاعُ	لَمْ تُبَعْ
يُقَالَانِ	لَمْ يُقَالَا	يُبَاعَانِ	لَمْ يُبَاعَا
تُقَالَانِ	لَمْ تُقَالَا	تُبَاعَانِ	لَمْ تُبَاعَا
يُقَالُونَ	لَمْ يُقَالُوا	يُبَاعُونَ	لَمْ يُبَاعُوا
يُقَلْنَ	لَمْ يُقَلْنَ	يُبَعْنَ	لَمْ يُبَعْنَ
تُقَالُ	لَمْ تُقَلْ	تُبَاعُ	لَمْ تُبَعْ
تُقَالِينَ	لَمْ تُقَالِي	تُبَاعِينَ	لَمْ تُبَاعِي
تُقَالَانِ	لَمْ تُقَالَا	تُبَاعَانِ	لَمْ تُبَاعَا
تُقَالُونَ	لَمْ تُقَالُوا	تُبَاعُونَ	لَمْ تُبَاعُوا
تُقَلْنَ	لَمْ تُقَلْنَ	تُبَعْنَ	لَمْ تُبَعْنَ
أُقَالُ	لَمْ أُقَلْ	أُبَاعُ	لَمْ أُبَعْ
نُقَالُ	لَمْ نُقَلْ	نُبَاعُ	لَمْ نُبَعْ

PARTICIPIUM

Concavi و

Plur.			Dual.			Singul.		
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.
مَقُولَاتٌ		مَقُولُونَ	مَقُولَتَانِ		مَقُولَانِ	مَقُولَةٌ		مَقُولٌ

Concavi ی

مَبِيعَاتٌ		مَبِيعُونَ	مَبِيعَتَانِ		مَبِيعَانِ	مَبِيعَةٌ		مَبِيعٌ

De Praeterito.

Juxta regulam generalem prima radicalis Passivi habere deberet *dzhammam* , secunda *kesram* , tertia *fathham* ; sed hic *kesra* mediae radicalis rejicitur ad primam , cujus vocalis etiam perit ; ut قِيلَ pro قُوِلَ , بِيعَ pro بُيِعَ , *vau* in *je* mutato , juxta Canon. II. generalem. Tertia vero pluralis foem. , nec non secundae et primae personae Concavorum ی , coincidunt cum Activo, sed sensu orationis facile distinguuntur.

De Modzhareo.

Fathha mediae radicalis ad primam retrocedente, و et ی mutantur in ا quiescens , juxta Canon. II. gener. ut يُقَالُ pro يُقْوَلُ , يُبَاعُ pro يُبْيَعُ , quod ا regulariter in plur. foem. excidit : idem Modzhareo giezmato evenit , ubi servilis , aut serviles non superveniunt tertiae radicali , ut in exemplis allatis demonstratur.

De Participio.

Dzhamma secundae radicalis rejicitur ad primam , et و participiale (etsi quidam malunt radicale) excidit , quia duae

literae simul in una vocali nequennt quiescere; estque مَقُول pro مَقْوُول: et Concavum ى non accommodat se (idest ipsum ى quiescens), more solito, vocali praecedenti *dzhammae;* sed contra, discriminis causa, eam sibi accommodat, et vertit in *kesram*, ut dicatur مَبِيع, non مَبُوع, pro مَبْيُوع.

Reperies tamen etiam apud Auctores probatos, maxime apud poetas, participia haec regulariter formata, potissimum in Concavis ى, ut مَصْيُون *custoditus*, a صَانَ *custodivit;* مَخْيُوط *consutus*, a خَاطَ *consuit;* مَكْيُول *mensuratus*, a كَالَ *mensuravit.*

De Verbis Compositis Concavis ع.

Hactenus de Concavo simplici; quod et Composita in secunda, septima, octava, et decima forma tantum imitantur: in his enim و et ى non moventur, sed abjecta vocali sua, vel ad praecedentem rejecta, quiescunt, quae expressae manent ante literam vocalem habentem, abjiciuntur vero ante *giezmatam.* In Praeterito Activi mutantur in ا, ut in simplici; at Passivi, translata de more *kesra* literae ع in praecedentem, eadem ع, si ى non sit, in ى convertitur.

Modzharea formarum quartae, et decimae, nimirum أَفْعَلَ et اِسْتَفْعَلَ non quiescunt in prima radicali, juxta regulam generalem, sed transferunt ad se vocalem literae ع, quae subinde motioni huic translatae sese accommodat, in ى quidem in activa, in ا autem in passiva forma convertitur. In formis tamen اِنْفَعَلَ et اِفْتَعَلَ, cum secunda radicalis semper praecedentem *fathham* habeat, convertitur in *alef*, quod pariter utrobique rejicitur, dum ل quiescit, nisi ن paragogicum obstet.

Participium Activum a suo Modzhareo, posito م pro

أتين, formatur; similiter Passivum: et videbis hic non differre Concava و a Concavis ى, et Participia quoque Passiva septimae, et octavae formae coincidere cum Activis, sed usus, et circumstantia textus ea discernunt.

In Infinitivis seu Masdaris quartae et decimae formae و et ى, *fathha* earum ad praecedentem *giezmatam* rejecta, in *alef* quiescens mutantur, post quod ا illud quiescens, quod praeponitur ultimae ad formationem Infinitivi, in اِفْعَالاً et اِسْتِفْعَالاً, excidit, ob causam in Participio allatam; sed ad compensationem ejus, ة in fine accedit, et dicitur اِقَالَةً pro اِقْوَالاً, اِسْتِقَالَةً pro اِسْتِقْوَالاً. Infinitivi septimae, et octavae formae, mediam regulariter movent; sed Concava و eam insuper in ى mutant, ut in sequenti paradigmate omnia exprimuntur:

Juxta formam Activam.

Infin.	Partic.	Imper.	Modh.	Praet.	Exemplum.
اِقَالَةً	مُقِيلٌ	أَقِلْ	يُقِيلُ	أَقَالَ	أَجَابَ 4
اِسَارَةً	مُسِيرٌ	أَسِرْ	يُسِيرُ	أَسَارَ	*Respondit.*
اِنْقِيَالاً	مُنْقَالٌ	اِنْقَلْ	يَنْقَالُ	اِنْقَالَ	اِنْقَدَ 7
اِنْسِيَارًا	مُنْسَارٌ	اِنْسَرْ	يَنْسَارُ	اِنْسَارَ	*Obedit.*
اِقْتِيَالاً	مُقْتَالٌ	اِقْتَالْ	يَقْتَالُ	اِقْتَالَ	اِشْتَاقَ 8
اِسْتِيَارًا	مُسْتَارٌ	اِسْتَرْ	يَسْتَارُ	اِسْتَارَ	*Concupivit.*
اِسْتِقَالَةً	مُسْتَقِيلٌ	اِسْتَقِلْ	يَسْتَقِيلُ	اِسْتَقَالَ	اِسْتَقَامَ 10
اِسْتِسَارَةً	مُسْتَسِيرٌ	اِسْتَسِرْ	يَسْتَسِيرُ	اِسْتَسَارَ	*Directus fuit.*

Juxta formam Passivam.

Partic.	Modzh.	Praet.	Part.	Modzh.	Praet.	
مُسَارٌ	يُسَارُ	أُسِيرَ	مُقَالٌ	يُقَالُ	أُقِيلَ	4
مُنْسَارٌ	يُنْسَارُ	أُنْسِيرَ	مُنْقَالٌ	يُنْقَالُ	أُنْقِيلَ	7
مُسْتَارٌ	يُسْتَارُ	أُسْتِيرَ	مُقْتَالٌ	يُقْتَالُ	أُقْتِيلَ	8
مُسْتَسَارٌ	يُسْتَسَارُ	أُسْتُسِيرَ	مُسْتَقَالٌ	يُسْتَقَالُ	أُسْتُقِيلَ	10

Reliquae conjugationes perfecte flectuntur, ut

Infinit.	Partic.	Imper.	Modzh.	Praet.
تَقْوِيلٌ	مُقَوِّلٌ	قَوِّلْ	يُقَوِّلُ	قَوَّلَ
مُقَاوَلَةٌ	مُقَاوِلٌ	قَاوِلْ	يُقَاوِلُ	قَاوَلَ
تَسْيِيرًا	مُسَيِّرٌ	سَيِّرْ	يُسَيِّرُ	سَيَّرَ
مُسَايَرَةٌ	مُسَايِرٌ	سَايِرْ	يُسَايِرُ	سَايَرَ

et sic etiam تَقَوَّلَ تَقَاوَلَ اسْوَدَّ ابْيَضَّ

Quin et Verba quaedam mediam و vel ى habentia, tam in simplicium, quam compositorum conjugationibus regulariter etiam flecti reperies; ut

Infinit.	Imper.	Modzh.	Praet.	
عَاوِرٌ	اِعْوَرْ	يَعْوَرُ	عَوِرَ	*Monoculus fuit.*
صَايِدٌ	اِصْيَدْ	يَصْيَدُ	صَيِدَ	*Venatus est.*

et sic etiam

اِسْتَعْوَرَ	اِعْتَوَرَ	اِنْعَوَرَ	أَعْوَرَ
اِسْتَصْيَدَ	اِصْطَيَدَ	اِنْصَيَدَ	أَصْيَدَ

Quaedam etiam in Simplicis conjugatione imperfecta sunt, in secunda autem Compositi forma, modo perfecta, modo imperfecta : ut

رَاحَ *Ivit.*	in افعل habent	أَرَاحَ	et	أَرْوَحَ *Abire fecit.*
غَامَ *Exhalavit.*		أَغَامَ		أَغْيَمَ *Exhalare fecit.*

Sic Concava و in decima forma saepissime perfecte etiam conjugantur : ut اِسْتَجَابَ et اِسْتَجْوَبَ *exaudivit* ; اِسْتَصَابَ et اِسْتَصْوَبَ *approbavit* ; quin non nemo Grammaticorum id perpetuo ait liberum esse ; quod communiter non probatur, immo oppositum tutius est.

Pro coronide verbi Concavi notandum est, regulam de rejectione literae infirmae quiescentis, dum immediate sequitur altera quiescens, rigorose non servari, nisi quando cum vocalibus scribitur ; cum autem sine vocalibus exarantur literae, regula non servatur, ut amphibologia et aequivocatio e medio tollatur, sic scribitur, يصوون pro يصون, ne sumatur pro يصن plur. foem.

CAPUT DUODECIMUM

DE VERBO INFIRMO LAM, QUOD DICITUR DEFECTIVUM.

Verba Infirma *lam*, hoc est, quae habent ultimam radicalem و vel ى, Defectiva proprie vocantur, quia in fine deficiunt infirmitate harum literarum ; quae proinde utraeque convertuntur in ا, hocque in Defectivis و omnino servatur ; Defectiva vero ى hanc eandem literam retinent, quiescentem tamen instar ا, ut paradigmatibus utriusque conjugationis mox demonstrabitur in verbis غزا *pugnavit*, رمى *projecit*.

Defectivum و.

	Modz. Giezm.	Modz. Nasb.	Mod. Raf.	Praeter.		
Imper.	لَمْ يَغْزُ	لَنْ يَغْزُوَ	يَغْزُو	غَزَا	3. m.	*Singularis.*
أُغْزُ	لَمْ تَغْزُ	لَنْ تَغْزُوَ	تَغْزُو	غَزَتْ	3. f.	
أُغْزِى	لَمْ تَغْزُ	لَنْ تَغْزُوَ	تَغْزُو	غَزَوْتَ	2. m.	
أُغْزُوَا	لَمْ تَغْزِى	لَنْ تَغْزِى	تَغْزِينَ	غَزَوْتِ	2. f.	
أُغْزُوا	لَمْ أَغْزُ	لَنْ أَغْزُوَ	أَغْزُو	غَزَوْتُ	1. c.	
أُغْزُونَ	لَمْ يَغْزُوَا	لَنْ يَغْزُوَا	يَغْزُوَانِ	غَزَوَا	3. m.	*Dualis*
Partic.	لَمْ تَغْزُوَا	لَنْ تَغْزُوَا	تَغْزُوَانِ	غَزَتَا	3. f.	
غَازٍ	لَمْ تَغْزُوَا	لَنْ تَغْزُوَا	تَغْزُوَانِ	غَزَوْتُمَا	2. c.	
غَازِيَةٌ	لَمْ يَغْزُوا	لَنْ يَغْزُوا	يَغْزُونَ	غَزَوْا	3. m.	*Pluralis.*
غَازِيَانِ	لَمْ يَغْزُونَ	لَنْ يَغْزُونَ	يَغْزُونَ	غَزَوْنَ	3. f.	
غَازِيَتَانِ	لَمْ تَغْزُوا	لَنْ تَغْزُوا	تَغْزُونَ	غَزَوْتُمْ	2. m.	
غَازُونَ	لَمْ تَغْزُونَ	لَنْ تَغْزُونَ	تَغْزُونَ	غَزَوْتُنَّ	2. f.	
غَازِيَاتٌ	لَمْ نَغْزُ	لَنْ نَغْزُوَ	نَغْزُو	غَزَوْنَا	1. c.	

Defectivum ى.

	Modz. Giezm.	Modz. Nasb.	Mod. Raf.	Praeter.	
Imper.	لَمْ يَرْمِ	لَنْ يَرْمِيَ	يَرْمِى	رَمَى	3. m.
اِرْمِ	لَمْ تَرْمِ	لَنْ تَرْمِيَ	تَرْمِى	رَمَتْ	3. f.

Seq. Imper.	Modz. Giez.	Modz. Nasb.	Modz. Raf.	Praet.		
ارْمِ	لَمْ تَرْمِ	لَنْ تَرْمِيَ	تَرْمِي	رَمَيْتَ	2. m.	Singularis.
ارْمِيَا	لَمْ تَرْمِي	لَنْ تَرْمِيَ	تَرْمِينَ	رَمَيْتِ	2. f.	
ارْمُوا	لَمْ أَرْمِ	لَنْ أَرْمِيَ	أَرْمِي	رَمَيْتُ	1. c.	
ارْمِينَ	لَمْ يَرْمِيَا	لَنْ يَرْمِيَا	يَرْمِيَانِ	رَمَيَا	3. m.	Dualis.
Partic.	لَمْ تَرْمِيَا	لَنْ تَرْمِيَا	تَرْمِيَانِ	رَمَتَا	3. f.	
رَامٍ	لَمْ تَرْمِيَا	لَنْ تَرْمِيَا	تَرْمِيَانِ	رَمَيْتُمَا	2. c.	
رَامِيَةٌ	لَمْ يَرْمُوا	لَنْ يَرْمُوا	يَرْمُونَ	رَمَوْا	3. m.	Pluralis.
رَامِيَانِ	لَمْ يَرْمِينَ	لَنْ يَرْمِينَ	يَرْمِينَ	رَمَيْنَ	3. f.	
رَامِيَتَانِ	لَمْ تَرْمُوا	لَنْ تَرْمُوا	تَرْمُونَ	رَمَيْتُمْ	2. m.	
رَامُونَ	لَمْ تَرْمِينَ	لَنْ تَرْمِينَ	تَرْمِينَ	رَمَيْتُنَّ	2. f.	
رَامِيَاتٌ	لَمْ نَرْمِ	لَنْ نَرْمِيَ	نَرْمِي	رَمَيْنَا	1. c.	

Infinitivus. غَزْوٌ رَمْيٌ

Nomina Temp., Loci, مَغْزًى مَرْمًى

Instrumenti. مِغْزًى مِرْمًى

De Praeterito.

Verba Deficientia juxta sex formas verbi Perfecti superius recensitas flecti possunt. Motiones horum verborum sunt eaedem, ut in Perfectis dictum est, nisi quod ultima in prioribus tribus formis quiescit; غَزَا *pugnavit* est pro غَزَوَ verbum primae formae, ubi و in ا quiescens convertitur, juxta Canon. III. و, et رَمَى *projecit* pro رَمَيَ, abjecta vocali literae ى, quae quiescit instar *alef*, juxta Canon. III. ى: et excidit utraque cum vocali sua in tertia persona foem. singularis et dualis, necnon mascul. pluralis. Dicitur enim:

غَزَتْ	pro	غَزَوَتْ	غَزَتَا	pro	غَزَوَتَا	غَزَوْا	pro	غَزَوُوا
رَمَتْ		رَمَيَتْ	رَمَتَا		رَمَيَتَا	رَمَوْا		رَمَيُوا

In reliquis autem personis constanter utraque manet.

Cum media radicalis habet *dzhammam*, nullibi mutatur و radicale; ut سَرُوَ *potitus fuit*, verbum sextae formae: cum vero possidet *kesram*, و radicale convertitur ubique in ى, ut رَضِيَ *complacuit*, pro رَضِوَ verbum quartae formae, juxta Canon. V. و; similiter رَضِيتَ رَضِيتِ pro رَضِوْتَ رَضِوْتِ juxta Canon. II. gener. At tunc etiam in tertia singul. foem. et ejus duali non excidit, sive sit و post *dzhammam*, sive ى post *kesram*, ut رَضِيَتْ رَضِيَتَا, سَرُوَتْ سَرُوَتَا: secus in plurali masculino, ubi respective rejicitur و et ى, ac dicitur سَرُوا pro سَرُوُوا *potiti sunt*, رَضُوا *complacuerunt* pro رَضِيُوا ex رَضِوُوا, juxta Canon. I. و et ى. Ratio, cur in hoc postremo exemplo *kesra* mediae radicalis vertatur in *dzhammam*, est, quia respectu و est motio heterogenea, idcirco vertenda est vi Canonis II. generalis.

De Modzhareo.

Ultima radicalis Modzharei, abjecta sua *dzhamma*, quiescit in *rafeo*, cum adjunctae non adveniunt, rejicitur in *giezmo*, in *nasbo* vero *fathhatur;* si autem aliqua literarum ex additis sequatur, v. g. ا duale, minime quiescit, nec immutatur; in secunda singularis foem. Deficientia و vertunt eam in ى.

Media radicalis si in Praeterito habet *fathham*, eam hic (ut in Concavis) Deficientia و vertunt in *dzhammam*, Deficientia vero ى in *kesram* mutant; ut يَغْزُو *pugnat ille*, يَرْمِي

projicit ille ; sed, cum secunda radicalis est aliqua gutturalium, manet *fathha*, sicut in Perfectis, ut ex رَعَى *pavit*, fit يَرْعَى *pascet*; مَحَا *delevit*, a مَحْو, يَمْحَى *delet*; si autem secunda radicalis Praeteriti habeat *dzhammam*, ipsa regulariter manet, ut ex سَرُوَ *liberalis*, vel *generosus fuit*, fit يَسْرُو *liberalis est*. Si vero habeat *kesram*, haec in *fathham* mutatur, ut ex رَضِيَ *gratum habuit*, fit يَرْضَى *gratum habet*, ubi و et ى instar *alef* quiescens quiescunt, juxta posterius membrum Canonis III. و; ponitur enim pro يَرْضَوُ.

Modzhareum *giezmatum* horum verborum differt a Modzhareo Perfectorum, quorum ultima radicalis recipit *giezmam*, ibique remanet; hic autem omnino excidit, et ن regulariter abjicitur, excepto ن pluralium foeminin., sicut dictum est de Modzhareo *giezmato* in verbis Perfectis; interdum tamen, licet rarissime, manere ultimam literam reperies, et dici لَمْ يَغْزُو *non pugnavit*, لَمْ يَرْمِي *non projecit*, لَمْ يَرْضَى *non habuit gratum*.

Dictum est, ultimam Modzharei *nasbati* literam habere *fathham*, ut in exemplo visum est; hoc tamen intellige, nisi penultima habeat *fathham*, quia tunc obstat Canon III. ى, ut لَنْ يَرْضَى *nunquam gratum habebit*, لَنْ تَرْضَى etc. Sic et و interdum manet quiescens post *dzhammam*, sed rarissime, ut لَنْ نَعْفُو *neutiquam condonabimus*, pro لَنْ نَعْفُوَ

Modzhareum cum ن paragogico, sicut et in ceteris verbis, hic etiam locum habet; sed, cum peculiares contineat difficultates, idcirco distinctum ejus exemplum subjicitur, et primo Modzhareum cum ن gravi.

Plur.			Dual.			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
يَغْزُونَانِّ		يَغْزُنَّ	تَغْزُوَانِّ		يَغْزُوَانِّ	تَغْزُوَنَّ		يَغْزُونَّ	3
تَغْزُونَانِّ		تَغْزُنَّ		تَغْزُوَانِّ		تَغْزِنَّ		تَغْزُونَّ	2
	نَغْزُوَنَّ						أَغْزُوَنَّ		1

Sic etiam cum ن levi; sed in duali, et plurali foem. nullum locum habet, quia ن non habet *fathham* cum *tescdid*.

Observandum est, tertiam radicalem redire, si ea rejecta fuerit, praeterquam in plurali masculino, et singulari foem. secundae personae, in quibus non redit tertia radicalis, nec و personale, ut in exemplo videre est.

Excipitur ab hac regula Modzharcum verborum, quae juxta tertiam, et quartam Primitivi formam, vel etiam Passive flectuntur, ubi و personale non excidit in plurali masculino, sicut nec ى in secunda singul. foem., sed illud cum *dzhamma*, hoc vero cum *kesra* remanet, quia in his verbis media radicalis praecedens habet *fathham*, tanquam mansionis signum, ut يُمْحَوْنَ *prorsus delebunt illi*, يَرْضَوْنَ *gratum omnino habebunt*, يُغْزَوْنَ *prorsus oppugnabuntur illi*. At ubi media radicalis caret *fathha*, ut dictum est, tertia radicalis excidit. Quod accidit etiam derivativis formarum تَفَاعَلَ, تَفَعَّلَ, et تَفَعْلَلَ, cum ultima deficiunt.

De Imperativo.

Imperativus fit a Modzhareo *giezmato*, praemisso loco literae modzharcae ا cum *dzhamma*, si alia *dzhamma* sequatur, vel cum *kesra*, si in secunda radicis alia motio adsit, ut in verbis Perfectis; v. g. أُغْزُ *pugna tu* masc. اِرْمِ *projice tu* masc. اِرْضَ *gratum habe*. Sed si ن paragogicum

accedat, redit tertia radicalis abjecta, sicut in Modzhareo dictum est, ut أُغْزُوَنَّ vel أُغْزُوَنْ *pugna tu omnino*; إِرْمِيَنَّ vel إِرْمِيَنْ *prorsus projice*; et excepta in Modzhareo, hic etiam excipiuntur.

De Participio, seu Nomine Agentis.

Participium formatur, posito ا post ف, ut in Sanis, sed in singulari masculino و finale post *kesram* mutatur in ى juxta Canon V. و, et fit غَازِىٌ pro غَازِوٌ: at, quia ى finale post *kesram* nequit habere *dzhammam*, juxta Canon. IV. ى, eam abjicit, et ejus *tanuin* ad literam praecedentem rejicitur, ipsa autem litera etiam excidit, ut غَازٍ *pugnans* masc. pro غَازِىٌ, sicut amisso *tanuin* redit litera ى, ut اَلْغَازِى pro اَلْغَازِىُ; nam articulum tollere *tanuin* ultimae literae postea dicetur. Eadem est ratio Defectivi ى, ut رَامٍ *projiciens* pro رَامِىٌ, item اَلرَّامِى pro اَلرَّامِىُ; et quia ى finale post *kesram* etiam respuit *kesram*, juxta eundem Canonem IV., dicitur quoque in genitivo غَازٍ et رَامٍ pro غَازِىٍ et رَامِىٍ. Accusativus vero regularis est, idest suscipit motionem etiam in ultima, ut غَازِيًا *pugnantem*, رَمِيًا *projicientem*. In singulari foeminino redit litera ى abjecta, ratio est, quia extra finem dictionis collocatur; ut غَازِيَةٌ *pugnans* f., رَمِيَةٌ *projiciens* f., et in plurali masculino fit contractio, ut غَازُونَ pro غَازِوُونَ, quemadmodum etiam in Modzhareo; hocque universale est omnibus Infirmis ultima, ne duae literae ejusdem generis simul in eadem dictione concurrant.

De Infinitivo, seu Masdaro.

Infinitivus hic regularis est, nec a sua origine mutatur in hisce Triliteris, et secunda radicalis *giezmatur*, ut غَزْو *pugna*, رَمْى *projectio*, in Nasbo autem غَزْوًا *pugnam*, رَمْيًا *projectionem*. Si vero secunda litera Masdari aliquando habeat *fathham*, ل in *alef* convertitur, licet scribatur ى, quod proprie *alef breve* vocatur, cujus *tanuin* ad praecedentem *fathham* transfertur, ut ex هَدَى يَهْدِى *dirigere*, fit هُدًى *directio*, pro هُدَىٌ; sed excidit *tanuin*, manente simplici *fathha*, cum Articulus, vel quid simile impediens, adest, ut اَلْهُدَى.

Cum autem *alef* productionis inter ع et ل venit, ل in *alef* vertitur; ut in دَعَا يَدْعُو *invocare*, fit دُعَآءٌ *invocatio*, pro دُعَاوٌ; si autem intercedat و productionis, fit contractio, et immittitur in sequens و, quod est ل verbi; ut in خَلَا *caruit*, fit خُلُوّ *carentia*, *vacuitas*. Idem dicendum, si intercedat ى.

De Nominibus temporis, loci, et instrumenti.

Nomina Temporis, Loci, et Instrumenti mutant ل in *alef* breve, translato ejus *tanuin* ad *fathham* praecedentis literae, quae quidem semper *fathhatur* in singulari. In duali et plurali convertitur in ى, sed *tanuin* pluralis ad praecedentem *kesram* transfertur, et ى rejicitur, ut مَرَامٍ, redditque, abeunte *tanuino*, ut اَلْمَرَامِى.

Quamvis ex praedictis conjugationibus primae, et secundae formae ceteras Primitivi quis facile colligere, ac flectere possit, cum tamen in aliquibus nonnulla diversitas

reperiatur, ideo subjiciuntur reliqua, quae magis necessaria videntur.

Activum quartae formae.

Imper.	*Modz. Giezm.*	*Modz. Nasb.*	*Modz. Raf.*	*Praeter.*		
أَرْضَ	لَمْ يَرْضَ	لَنْ يَرْضَى	يَرْضَى	رَضِيَ	3.m.	*Singularis.*
أَرْضَيْ	لَمْ تَرْضَ	لَنْ تَرْضَى	تَرْضَى	رَضِيَتْ	3. f.	
أَرْضَيَا	لَمْ تَرْضَ	لَنْ تَرْضَى	تَرْضَى	رَضِيتَ	2.m.	
أَرْضَوْا	لَمْ تَرْضَيْ	لَنْ تَرْضَيْ	تَرْضَيْنَ	رَضِيتِ	2. f.	
أَرْضَيْنَ	لَمْ أَرْضَ	لَنْ أَرْضَى	أَرْضَى	رَضِيتُ	1. c.	
Partic. رَاضٍ	لَمْ يَرْضَيَا	لَنْ يَرْضَيَا	يَرْضَيَانِ	رَضِيَا	3.m.	*Dualis.*
رَاضِيَةٌ	لَمْ تَرْضَيَا	لَنْ تَرْضَيَا	تَرْضَيَانِ	رَضِيَتَا	3. f.	
رَاضِيَانِ	لَمْ تَرْضَيَا	لَنْ تُرْضَيَا	تُرْضَيَانِ	رَضِيتُمَا	2. c.	
رَاضِيَتَانِ	لَمْ يَرْضَوْا	لَنْ يَرْضَوا	يَرْضَوْنَ	رَضُوا	3.m.	*Pluralis.*
رَاضُونَ vel	لَمْ يَرْضَيْنَ	لَنْ يَرْضَيْنَ	يَرْضَيْنَ	رَضِينَ	3. f.	
رُضَاةٌ	لَمْ تَرْضَوْا	لَنْ تَرْضَوا	تَرْضَوْنَ	رَضِيتُمْ	2.m.	
رَاضِيَاتٌ vel	لَمْ تَرْضَيْنَ	لَنْ تَرْضَيْنَ	تَرْضَيْنَ	رَضِيتُنَّ	2. f.	
رَوَاضٍ	لَمْ نَرْضَ	لَنْ نَرْضَى	نَرْضَى	رَضِينَا	1. c.	

Infin. رِضَآءٌ , رِضَايَانِ , رِضَايَاتٌ. Nom. temp. et loc. مَرْضَى

Deficientia tertiae formae Primitivi in Praeterito flectuntur ut غَزَا et رَمَى. In Modzhareo autem, et Imperativo ut يَرْضَى, sic رَعَى *pavit*, يَرْعَى *pascit*, اِرْعَ *pasce*, رَاعٍ *pascens*, مَرْعَى.

Verba quintae formae in Praeterito procedunt ut quarta, in Modzhareo vero quemadmodum secunda, scilicet ut رَمَى :

Activum sextae formae.

Imper.	Modz. Giezm.	Modz. Nasb.	Modz. Raf.	Praeter.		
أُسْرُ	لَمْ يَسْرُ	لَنْ يَسْرُوَ	يَسْرُو	سَرُوَ	3.m.	*Singularis.*
أُسْرِي	لَمْ تَسْرُ	لَنْ تَسْرُوَ	تَسْرُو	سَرُوَتْ	3. f.	
أُسْرُوَا	لَمْ تَسْرُ	لَنْ تَسْرُوَ	تَسْرُو	سَرُوتَ	2.m.	
أُسْرُوا	لَمْ تَسْرِي	لَنْ تَسْرِي	تَسْرِينَ	سَرُوتِ	2. f.	
أُسْرُونَ	لَمْ أَسْرُ	لَنْ أَسْرُوَ	أَسْرُو	سَرُوتُ	1. c.	
Partic.	لَمْ يَسْرُوَا	لَنْ يَسْرُوَا	يَسْرُوَانِ	سَرُوَا	3.m.	*Dualis.*
سَرٍ	لَمْ تَسْرُوَا	لَنْ تَسْرُوَا	تَسْرُوَانِ	سَرُوَتَا	3. f.	
سَرِيَةٌ	لَمْ تَسْرُوَا	لَنْ تَسْرُوَا	تَسْرُوَانِ	سَرُوتُمَا	2. c.	
سَرِيَانِ	لَمْ يَسْرُوا	لَنْ يَسْرُوا	يَسْرُونَ	سَرُوا	3. m.	*Pluralis.*
سَرِيَتَانِ	لَمْ يَسْرُونَ	لَنْ يَسْرُونَ	يَسْرُونَ	سَرُونَ	3. f.	
سَرِيُونَ	لَمْ تَسْرُوا	لَنْ تَسْرُوا	تَسْرُونَ	سَرُوتُمْ	2. m.	
سَرِيَاتٌ	لَمْ تَسْرُونَ	لَنْ تَسْرُونَ	تَسْرُونَ	سَرُوتُنَّ	2. f.	
	لَمْ نَسْرُ	لَنْ نَسْرُوَ	نَسْرُو	سَرُونَا	1. c.	

Infinitivus, seu Masdarum.

Plur.	Dual.	Singul.
سَرْوَاتٌ	سَرْوَانِ	سَرْوٌ

Nomen temp. et loc.

مَسْرٍ	مَسْرَيَانِ	مَسْرَى

Passivi Conjugatio, quae una est in omnibus.

Partic.	*Mod. cum ن Parag.*	*Mod. Giezm.*	*Mod. Raf.*	*Praeter.*		
مَغْزُوٌّ	يُغْزَيَنَّ	لَمْ يُغْزَ	يُغْزَى	غُزِيَ	3.m.	*Singul.*
مَغْزُوَّةٌ	تُغْزَيَنَّ	لَمْ تُغْزَ	تُغْزَى	غُزِيَتْ	3.f.	
مَغْزُوَّانِ	تُغْزَيَنَّ	لَمْ تُغْزَ	تُغْزَى	غُزِيتَ	2.m.	
مَغْزُوَّتَانِ	تُغْزَيِنَّ	لَمْ تُغْزَيْ	تُغْزَيْنَ	غُزِيتِ	2.f.	
مَغْزُوُّونَ	أُغْزَيِنَّ	لَمْ أُغْزَ	أُغْزَى	غُزِيتُ	1.c.	
مَغْزُوَّاتٌ	يُغْزَيَانِّ	لَمْ يُغْزَيَا	يُغْزَيَانِ	غُزِيَا	3.m.	*Dual.*
	تُغْزَيَانِّ	لَمْ تُغْزَيَا	تُغْزَيَانِ	غُزِيَتَا	3.f.	
	تُغْزَيَانِّ	لَمْ نُغْزَيَا	تُغْزَيَانِ	غُزِيتُمَا	1.c.	
	يُغْزَوُنَّ	لَمْ يُغْزَوْا	يُغْزَوْنَ	غُزُوا	3.m.	*Plural.*
	يُغْزَيْنَانِّ	لَمْ يُغْزَيْنَ	يُغْزَيْنَ	غُزِينَ	3.f.	
	تُغْزَوُنَّ	لَمْ نُغْزَوْا	تُغْزَوْنَ	غُزِيتُمْ	2.m.	
	تُغْزَيْنَانِّ	لَمْ تُغْزَيْنَ	تُغْزَيْنَ	غُزِيتُنَّ	2.f.	
	نُغْزَيَنَّ	لَمْ نُغْزَ	نُغْزَى	غُزِينَا	1.c.	

Modzhareum *nasbatum* est لَنْ أُغْزَى, لَنْ تُغْزَى, لَنْ تُغْزَى, لَنْ نُغْزَى, reliqua procedunt, ut Modzhareum *giezmatum*.

Verbum Passivum habet easdem motiones, quemadmodum habent Passiva verbi Perfecti, nam غُزِيَ est pro غُزِوَ juxta Canon. V. و, in يُغْزَى similiter mutatur و in ى quiescens instar *alef*, juxta III. Canonem و : يُرْمَى autem est pro

يرمى secundum III. Canonem ى : مغزو ponitur pro مغزوو per contractionem; et مرمى est pro مرموى juxta V. Canon. ى. Haecque de Primitivo Deficiente ultima.

De Verbis Compositis.

Deficientium verba Composita legem simplicium sequuntur, nisi quod Deficientia و hoc ubique vertunt in ى, quod quidem sic conversum, juxta posterius membrum Canonis III. و, in primis et secundis Praeteriti personis manet, et diphthongescit cum *fathha*, diciturque أغزى أغزيت أغزيت etc. secus atque in conjugatione Simplicis, ubi redit و abjectum: sunt ergo hujusmodi omnium exempla variata.

Infinit.	Partic.	Imper.	Modzhar.	Praet.	
اعطاء	معط	أعط	يعطى	أعطى	2 *Dedit.*
تسمية	مسم	سم	يسمى	سمى	3 *Nominavit.*
نداء: مناداة	مناد	ناد	ينادى	نادى	4 *Vocavit. Clamavit.*
تمط	متمط	تمط	يتمطى	تمطى	5 *Extensus est.*
تصاب	متصاب	تصاب	يتصابى	تصابى	6 *Puer evasit.*
انبراء	منبر	انبر	ينبرى	انبرى	7 *Exacutus est.*
ارتجاء	مرتج	ارتج	يرتجى	ارتجى	8 *Speravit.*
ارعواء	مرعو	ارعو	يرعوى	ارعوى	9 *Resipuit.*
استدعاء	مستدع	استدع	يستدعى	استدعى	10 *Accersivit.*

Et sic de ceteris. Nota verbum أَرْعَوَى esse formae اِفْعَلَّ, et positum pro اِرْعَوَّ, facta separatione utriusque و, nimirum radicalis, et alterius additi virtute *tescdid*, eoque converso deinde in ى, ne detur و in fine hujusmodi verborum.

Conjugatio Passivi.

Particip.	Modzhar.	Praet.	Partic.	Modzh.	Praet.	
مُتَمَطًّى	يُتَمَطَّى	تُمُطِّيَ	مُعْطًى	يُعْطَى	أُعْطِيَ	2
مُتَصَابًى	يُتَصَابَى	تُصُوبِيَ	مُسَمًّى	يُسَمَّى	سُمِّيَ	3
مُنْبَارًى	يُنْبَرَى	أُنْبُرِيَ	مُنَادًى	يُنَادَى	نُودِيَ	4
مُرْتَجًى	يُرْتَجَى	أُرْتُجِيَ	مُسْتَدْعًى	يُسْتَدْعَى	أُسْتُدْعِيَ	10

Quod spectat ad ultimarum syllabarum dispositiones, ratione diversitatis numerorum, ac personarum non differunt Composita a Simplicibus; proindeque eodem modo activa prout activa, passiva ut passiva, procedunt, et illa quae habent *fathham* vel *kesram* in penultima, etc. omnia instar suorum similium flectuntur.

CAPUT DECIMUMTERTIUM

DE VERBO DUPLICITER IMPERFECTO.

Verba Dupliciter imperfecta sunt illa, quae duplicem habent infirmitatem, idest componuntur duabus literis infirmis, et Simpliciter imperfecta in sui flexione per omnia sequuntur. Classes autem eorum duae sunt. Secunda infra explicabitur.

Prima verborum Dupliciter imperfectorum classis continet illa, quae ab Arabibus vocantur Involuta, et sunt duorum generum, *Conjuncta* nimirum, et *Separata*.

Conjuncta sunt illa, quorum media, et ultima radicalis sunt infirmae, habentque tres species: vel enim media est و, et ultima ى, ut شَوَى *assavit*; vel utraque est litera و, quarum posterior convertitur in ى juxta Canon. V. و, ut قَوِى *fortis fuit*, *valuit*, pro قَوُو; vel utraque est ى, ut حَيِى *vixit*: quae verba perfecte flectuntur quoad mediam, at imperfecte quoad ultimam radicalem: et quidem سَوَى sicut رَمَى; قَوِى vero, et حَيِى sicut رَضِى; et ut clarius appareat, eorum exempla continuata de more subjiciuntur.

Involutum Conjunctum secundae formae.

Imper.	*Modz. Nasb.*	*Modz. Giezm.*	*Modz. Raf.*	*Praet.*		
اشْوِ	لِيَشْوِيَ	لَمْ يَشْوِ	يَشْوِى	شَوَى	3.m.	*Singularis.*
اشْوِى	لِتَشْوِيَ	لَمْ تَشْوِ	تَشْوِى	شَوَتْ	3.f.	
اشْوِيَا	لِتَشْوِيَ	لَمْ تَشْوِ	تَشْوِى	شَوَيْتَ	2.m.	
اشْوُوا	لِتَشْوِى	لَمْ تَشْوِى	تَشْوِينَ	شَوَيْتِ	2.f.	
اشْوِينَ	لِأَشْوِيَ	لَمْ أَشْوِ	أَشْوِى	شَوَيْتُ	1.c.	
Partic.	لِيَشْوِيَا	لَمْ يَشْوِيَا	يَشْوِيَانِ	شَوَيَا	3.m.	*Dualis.*
شَاوٍ	لِتَشْوِيَا	لَمْ تَشْوِيَا	تَشْوِيَانِ	شَوَتَا	3.f.	
شَاوِيَةٌ	لِتَشْوِيَا	لَمْ تَشْوِيَا	تَشْوِيَانِ	شَوَيْتُمَا	2.c.	
شَاوِيَانِ	لِيَشْوُوا	لَمْ يَشْوُوا	يَشْوُونَ	شَوَوْا	3.m.	*Plural.*
شَاوِيَتَانِ	لِيَشْوِينَ	لَمْ يَشْوِينَ	يَشْوِينَ	شَوَيْنَ	3.f.	

Seq. Imper.	Modz. Nasb.	Modz. Giezm.	Modz. Raf.	Praet.		
شَاوُونَ	لِتَشْوُوا	لَمْ تَشْوُوا	تَشْوُونَ	شَوَيْتُمْ	2.m.	Plural.
شَاوِيَاتٌ	لِتَشْوِينَ	لَمْ تَشْوِينَ	تَشْوِينَ	شَوَيْتُنَّ	2.f.	
	لِنَشْوِى	لَمْ نَشْوِ	نَشْوِى	شَوَيْنَا	1.c.	

Involutum Conjunctum quartae formae.

Imper.	Modz. Nasb.	Modz. Giezm.	Modz. Raf.	Praet.		
اِقْوَ	لِيَقْوَى	لَمْ يَقْوَ	يَقْوَى	قَوِىَ	3.m.	Singul.
اِقْوَى	لِتَقْوَى	لَمْ تَقْوَ	تَقْوَى	قَوِيَتْ	3.f.	
اِقْوَيَا	لِتَقْوَى	لَمْ تَقْوَ	تَقْوَى	قَوِيتَ	2.m.	
اِقْوَوْا	لِتَقْوَى	لَمْ تَقْوَى	تَقْوَيْنَ	قَوِيتِ	2.f.	
اِقْوَيْنَ	لِأَقْوَى	لَمْ أَقْوَ	أَقْوَى	قَوِيتُ	1.c.	
Partic.	لِيَقْوَيَا	لَمْ يَقْوَيَا	يَقْوَيَانِ	قَوِيَا	3.m.	Dual.
قَاوٍ	لِتَقْوَيَا	لَمْ تَقْوَيَا	تَقْوَيَانِ	قَوِيَتَا	3.f.	
قَاوِيَةٌ	لِتَقْوَيَا	لَمْ تَقْوَيَا	تَقْوَيَانِ	قَوِيتُمَا	2.c.	
قَاوِيَانِ	لِيَقْوَوْا	لَمْ يَقْوَوْا	يَقْوَوْنَ	قَوُوا	3.m.	Plural
قَاوِيَتَانِ	لِيَقْوَيْنَ	لَمْ يَقْوَيْنَ	يَقْوَيْنَ	قَوِيْنَ	3.f.	
قَاوُونَ	لِتَقْوَوْا	لَمْ تَقْوَوْا	تَقْوَوْنَ	قَوِيتُمْ	2.m.	
قَاوِيَاتٌ	لِتَقْوَيْنَ	لَمْ تَقْوَيْنَ	تَقْوَيْنَ	قَوِيتُنَّ	2.f.	
	لِنَقْوَى	لَمْ نَقْوَ	نَقْوَى	قَوِينَا	1.c.	

Infinitivus, seu Masdarum.

Plur.	Dual.	Sing.	Plur.	Dual.	Sing.
شَيَّاتٌ	شَيَّتَانِ	شَيٌّ	قُوًى vel قِوًى	قُوَّتَانِ	قُوَّةٌ

Nomina Temporis, et Loci.		Nomen Instrumenti.	
مَشْوًى	مَقْوًى	مِشْوًى	مِقْوًى

Observa, Infinitivum شَيٌّ in recto, et شَيًّا in obliquo, esse pro شَوْىٌ, et شَوْيًا, secundum Canon. III. و et ى; et قُوَّةٌ pro قُوْوَةٌ, juxta eundem Canonem, et regulam: *Secunda syllabae mixtae litera quiescens, compendii causa, inter scribendum non exprimitur, cum immediate post se habet aliam sui similem, sed per tesedid immittitur.*

Verbum tertiae speciei حَيِىَ *vixit*, est pro حَيِوَ, و in ى converso, juxta Canon. V. و, ideo habet ultimam penultimae similem, et more verbi Surdi contractionem non raro patitur; dicitur enim in Praeterito حَيِىَ et حَيَّ, quamvis nonnulli *kesram* penultimae ad primam rejicere malint, sic حِىَّ. Porro hujus verbi conjugatio talis est.

Imper.	*Modz. instar verb. Surdi.*	*Modz. ordinarium.*	*Pr. instar verbi Surdi.*	*Praet. ordinarium.*		
اِحْيَ	يَحَىُّ	يَحْيَىَ	حَىَّ	حَيِىَ	3.m.	*Singularis.*
اِحْيَى	تَحَىُّ	تَحْيَىَ	حَيَّتْ	حَيِيَتْ	3. f.	
اِحْيَيَا	تَحَىُّ	تَحْيَىَ	حَيِيتَ	حَيِيتَ	2.m.	
اِحْيَوْا	تَحْيَيْنَ	تَحْيَيْنَ	حَيِيتِ	حَيِيتِ	2. f.	
اِحْيَيْنَ	أُحَىُّ	أُحْيَى	حَيِيتُ	حَيِيتُ	1. c.	

Partic.	Modz. instar verb. Surdi.	Modz. ordinarium.	Pr. instar verbi Surdi.	Praet. ordinarium.		
حَيٌّ	يُحَيَّانِ	يُحْيَيَانِ	حُيَّا	حُيِيَا	3.m.	Dualis.
حَيَّةٌ	تُحَيَّانِ	تُحْيَيَانِ	حُيَّتَا	حُيِيَتَا	3. f.	
حَيَّانِ	تُحَيَّانِ	تُحْيَيَانِ	حُيِيتُمَا	حُيِيتُمَا	2. c.	
حَيَّتَانِ	يُحَيُّونَ	يُحْيَوْنَ	حُيُّوا	حُيُوا	3.m.	Pluralis.
حَيُّونَ	يُحْيَيْنَ	يُحْيَيْنَ	حُيِينَ	حُيِينَ	3. f.	
حَيَّاتٌ	تُحَيُّونَ	تُحْيَوْنَ	حُيِيتُمْ	حُيِيتُمْ	2. m.	
	تُحْيَيْنَ	تُحْيَيْنَ	حُيِتُنَّ	حُيِيتُنَّ	2. f.	
	نُحَيُّ	نُحْيَى	حُيِينَا	حُيِينَا	1. c.	

Infinitivus seu Masdarum.

حَيَاءٌ حَيَوةٌ | حَيَاءَانِ حَيَاوَانِ | حَيَاءَاتٌ حَيَاوَاتٌ

Observandum est, ultimam Modzharei literam mutari in *alef* quiescens ob ى praecedens, juxta Canon. III. ى.

Pro Participio حَايٍ usitatius est adjectivum حَيٌّ *vivus*. Infinitivi حَيَوةٌ *vau* radicale, abjecta vocali sua, quiescit instar *alef*, quod particulare est, et de eo Canon. II. و et ى.

De Involuto Separato.

Involutum Separatum est, quod primam et ultimam radicalem habet infirmas; hujusque verbi duae sunt species. Prima est, quae in ف radicali habet و, et in *lam*, ى. Alia species habet ى utrobique. Prior species secundae, quartae, et quintae activorum formae esse potest: sed cum in hac specie duae infirmitates reperiantur, nimirum in prima et ultima radicali, meminisse oportet regularum de utroque

verbo traditarum ; e. g. وَقَى *custodivit*, verbum secundae formae, conjugatur, respectu primae radicalis, ut وَعَدَ *promisit*, et sicut رَمَى *projecit*, respectu ultimae ; item وَجِيَ *ungulam attritam habuit* (*equus* scilicet), quod est quartae formae, flectitur, ut dictum est de وَجِلَ *timuit*, et de رَضِيَ *complacuit*, hoc modo:

Imper.	*Modz. Nasb.*	*Modz. Giezm.*	*Modz. Raf.*	*Praet.*		
قِ vel قِهْ	لِيَقِيَ	لَمْ يَقِ	يَقِي	وَقَى	3.m.	*Singularis.*
قِي	لِتَقِيَ	لَمْ تَقِ	تَقِي	وَقَتْ	3. f.	
قِيَا	لِتَقِيَ	لَمْ تَقِ	تَقِي	وَقَيْتَ	2.m.	
قُوا	لِتَقِي	لَمْ تَقِي	تَقِينَ	وَقَيْتِ	2. f.	
قِينَ	لِأَقِيَ	لَمْ أَقِ	أَقِي	وَقَيْتُ	1. c.	
Partic.	لِيَقِيَا	لَمْ يَقِيَا	يَقِيَانِ	وَقَيَا	3. m.	*Dualis.*
وَاقٍ	لِتَقِيَا	لَمْ تَقِيَا	تَقِيَانِ	وَقَتَا	3. f.	
وَقِيَةٌ	لِتَقِيَا	لَمْ تَقِيَا	تَقِيَانِ	وَقَيْتُمَا	2. c.	
وَقِيَانِ	لِيَقُوا	لَمْ يَقُوا	يَقُونَ	وَقَوْا	3. m.	*Pluralis.*
وَقِيَتَانِ	لِيَقِينَ	لَمْ يَقِينَ	يَقِينَ	وَقَيْنَ	3. f.	
وَاقُونَ	لِتَقُوا	لَمْ تَقُوا	تَقُونَ	وَقَيْتُمْ	2. m.	
وَاقِيَاتٌ	لِتَقِينَ	لَمْ تَقِينَ	تَقِينَ	وَقَيْتُنَّ	2. f.	
	لِنَقِيَ	لَمْ نَقِ	نَقِي	وَقَيْنَا	1. c.	

Involutum Separatum quartae formae.

Imper.	*Modz. Nasb.*	*Modz. Giezm.*	*Modz. Raf.*	*Praet.*		
اِيجَ	لِيُوْجَى	لَمْ يُوْجَ	يُوْجَى	وَجِىَ	3. m.	*Singularis.*
اِيجِى	لِتُوْجَى	لَمْ تُوْجَ	تُوْجَى	وَجِيَتْ	3. f.	
اِيجِيَا	لِتُوْجَى	لَمْ تُوْجَ	تُوْجَى	وَجِيتَ	2. m.	
اِيجُوا	لِتُوْجَى	لَمْ تُوْجَى	تُوْجَيْنَ	وَجِيتِ	2. f.	
اِيجِينَ	لِأُوْجَى	لَمْ أُوْجَ	أُوْجَى	وَجِيتُ	1. c.	
Partic.	لِيُوْجَيَا	لَمْ يُوْجَيَا	يُوْجَيَانِ	وَجِيَا	3. m.	*Dualis.*
وَاجٍ	لِتُوْجَيَا	لَمْ تُوْجَيَا	تُوْجَيَانِ	وَجِيَتَا	3. f.	
وَاجِيَةٌ	لِتُوْجَيَا	لَمْ تُوْجَيَا	تُوْجَيَانِ	وَجِيتُمَا	2. c.	
وَاجِيَانِ	لِيُوجُوا	لَمْ يُوْجَوْا	يُوْجَوْنَ	وَجُوا	3. m.	*Pluralis.*
وَاجِيَتَانِ	لِيُوجَيْنَ	لَمْ يُوْجَيْنَ	يُوْجَيْنَ	وَجِينَ	3. f.	
وَاجُونَ	لِتُوجَوا	لَمْ تُوْجَوْا	تُوْجَوْنَ	وَجِيتُمْ	2. m.	
وَاجِيَاتٌ	لِتُوْجَيْنَ	لَمْ تُوْجَيْنَ	تُوْجَيْنَ	وَجِيتُنَّ	2. f.	
	لِنُوْجَى	لَمْ نُوْجَ	نُوْجَى	وَجِينَا	1. c.	

Infinitivus, seu Masdarum.

وَجْىٌ وَجْيَانٍ وَجْيَاتٌ | وَقَايَةٌ وَقَايَتَانِ وَقَايَاتٌ

Nomina temporis, et loci.

مُوْجًى مُوْجَيَانِ مُوَاجٍ | مُوْقًى مُوْقَيَانِ مُوَقٍ

Vides Imperativum secundae formae, cum a Modzhareo

giezmato formetur, unicam solum habere literam, cui tamen ad prolationis juvamen quaudoque ѕ addi reperies in secunda singul. masc., ut videre est in Paradigmate; in reliquis vero personis redit ى, adhibita tamen contractione in singul. et plur. masc., ut dictum est. Sic etiam cum ن paragogico in singul. masc. قِينْ dicitur.

Altera species hujusmodi Involuti Separati, utrobique habens ى, paucissima habet exempla, vixque invenitur aliud verbum, quam يَذِىَ *sibi complacuit*, quod quidem flectitur eo modo quo يَسَرَ *lusit*, et رَمَى *projecit*. Et in universum haec Dupliciter imperfecta, quoad translationem vocalium, et rejectionem, vel mutationem literarum in utriusque infirmitate Simpliciter imperfecta per omnia sequuntur. De Tripliciter imperfectis infra sermo erit.

Passivi Conjugatio.

Tam Involuti Separati, quam Conjuncti, unica est conjugatio passiva, quae instar Deficientium tantummodo flectitur; ut ex his variatis exemplis videri potest:

Involuti Separati.			*Involuti Conjuncti.*		
Partic.	Modzh.	Praet.	Partic.	Modzh.	Praet.
مُوقًى	يُوقَى	وُقِيَ	مُشْوًى	يُشْوَى	شُوِيَ

De Verbis Compositis.

Similiter Composita Involuti Conjuncti, et Separati, Compositorum Deficientium analogiam sequuntur, ut ex حَىَّ *vixit*, fit

أَحَيَ vel أَحْيَى *vivificavit*, يُحْيِي *vivificabit.*

حَايَا *convixit*, يُحَايِي *simul vivet.*

Sed حَيِيَ in decima conjugatione ى prius interdum abjicit, vocali ejus ad praecedentem rejecta: dicitur enim

اِسْتَحْيَا يَسْتَحْيِي اِسْتَحْيِ مُسْتَحْيٍ اِسْتِحْيَاءٌ *Reliquit superstitem.*

اِسْتَحَى يَسْتَحِي اِسْتَحِ مُسْتَحٍ اِسْتِحَاءٌ *Vitam petiit. Erubuit.*

Item in forma اِفْتَعَلَ horum verborum licebit dicere ex وَقَى *custodivit*, اِتَّقَى *servavit se, timuit, reveritus est*, mutato و in ت, et immisso per *tescdid* ت characteristico. Potest etiam mutari و in literam, quam exigit vocalis praecedens, ut اِيتَقَى *reveritus est*, يَاتَقِي *reveretur*, مُوتَقِيًا *reverentem.*

Secunda verborum Dupliciter imperfectorum Classis, cum verbi Hamzati cognitionem praeexigat, idcirco prius de hoc sermo sit.

CAPUT DECIMUMQUARTUM

DE VERBO HAMZATO.

Verbum Hamzatum est illud, cujus aliqua radicalium est *hamza*, seu *alef* mobile; quod si fuerit prima radicalis, dicitur مَهْمُوزُ ٱلْفَاءِ *hamzatum fe*: si media, مَهْمُوزُ ٱلْعَيْنِ *hamzatum aain*: si ultima, مَهْمُوزُ ٱللَّامِ *hamzatum lam*: ut أَثَرَ *elegit*, سَأَلَ *interrogavit*, هَنَأَ *concoxit*: flectiturque eodem modo, quo verbum Perfectum, observatis solum Canonibus de *alef.* Itaque hujusmodi est flexio activa Hamzati *fe*, sive prima radicali.

PRAETERITUM

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dualis Foem.	Dualis Com.	Dualis Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
أَثَرْنَ		أَثَرُوا	أَثَرَتَا		أَثَرَا	أَثَرَتْ		أَثَرَ	3
أَثَرْتُنَّ		أَثَرْتُمْ		أَثَرْتُمَا		أَثَرْتِ		أَثَرْتَ	2
	أَثَرْنَا						أَثَرْتُ		1

MODZHAREUM

Plur. Foem.	Plur. Com.	Plur. Masc.	Dualis Foem.	Dualis Com.	Dualis Masc.	Singul. Foem.	Singul. Com.	Singul. Masc.	
يَأْثِرْنَ		يَأْثِرُونَ	تَأْثِرَانِ		يَأْثِرَانِ	تَأْثِرُ		يَأْثِرُ	3
تَأْثِرْنَ		تَأْثِرُونَ		تَأْثِرَانِ		تَأْثِرِينَ		تَأْثِرُ	2
	نَأْثِرُ						أَثِرُ		1

IMPERATIVUS

ايثِرْنَ	ايثِرُوا	ايثِرَا	ايثِرِي	ايثِرْ

PARTICIPIUM.

آثِرَاتٌ	آثِرُونَ	آثِرَتَانِ	آثِرَانِ	آثِرَةٌ	آثِرٌ

Infinitivus.

أَثْرًا

Vides in hac conjugatione Praet. et Modzhareum esse regularia; Imperativus tamen ايثِرْ ponitur pro اأْثِرْ juxta Canonem generalem; et Particip. آثِرٌ pro أَاثِرٌ, juxta Canon. II. *alef*. Infinitivus regularis est.

Cum ا imperativum *dzhammam* habet, mutatur *hamza*

in و juxta Canon. II. generalem: ut ex أَمَلَ *speravit*, يَأْمُلُ *sperat*, fit أُومُلْ pro أُأْمُلْ. Sed cum *hamza* adjecta unitur propter signum *vassl*, redit *hamza* radicalis, rejecta accidentali; ut وَأْمُلْ *et spera*.

Ceterum verba أَخَذَ *accepit*, أَكَلَ *comedit*, أَمَرَ *praecepit*, abjiciunt *hamzam* cum ا imperativo, et habent خُذْ *accipe*, كُلْ *ede*, et مُرْ *jube*: invenies tamen etiam, quamquam rarissime, أُوكُلْ et أُومُرْ, et ab hoc, cum و copulativo وَأْمُرْ sic et فَأْمُرْ *et jube*, excidente ا imperativo, et redeunte radicali.

Passivi Conjugatio.

Praeteritum أُثِرَ *electus fuit*, sicque regulariter dicitur

Modzhareum يُوثَرُ pro يُأْثَرُ, juxta Canon. II. generalem.

Participium مَأْثُورٌ; hoc quoque regulare est.

De Verbis Compositis, seu Derivativis.

Verba Composita, servatis iisdem Canonibus, nil peculiare habent, nisi quod ا formae أَفْعَلَ coincidit cum illo formae فَاعَلَ in Praeterito, et Imperativo tantum, ut in his exemplis demonstratur, in formis

أَفْعَلَ فَعَّلَ فَاعَلَ تَفَعَّلَ تَفَاعَلَ اِفْتَعَلَ اِسْتَفْعَلَ

Nom. L. T. et Instr.	Part.	Infinit.	Imper.	Modz.	Praet.	
مُومَنٌ	مُومِنٌ	اِيمَانٌ	اُمِنْ	يُومِنُ	اَمَنَ	*Credere.*
مُوكَّدٌ	مُوكِّدٌ	تَأْكِيدٌ	أَكِّدْ	يُوكِّدُ	أَكَّدَ	*Confirmare.*
مُوَاخَذٌ	مُوَاخِذٌ	مُوَاخَذَةٌ	آخِذْ	يُوَاخِذُ	آخَذَ	*Deprehendere.*
مُتَاخَّذٌ	مُتَاخِّذٌ	تَأَخُّذٌ	تَأَخَّذْ	يَتَأَخَّذُ	تَأَخَّذَ	*Accipere paulatim.*
مُتَوَاكَلٌ	مُتَوَاكِلٌ	تَوَاكُلٌ	تَوَاكَلْ vel تَآكَلْ	يَتَوَاكَلُ vel يَتَآكَلُ	تَوَاكَلَ vel تَآكَلَ	*Se mutuo comedere.*
مُوتَكَلٌ	مُوتَكِلٌ	اِيتِكَالٌ	اِيتَكِلْ	يَأْتَكِلُ	اِيتَكَلَ	*Excandescere ira.*
مُسْتَاكَلٌ	مُسْتَاكِلٌ	اِسْتِيكَالٌ	اِسْتَاكِلْ	يَسْتَاكِلُ	اِسْتَاكَلَ	*Cibum petere.*

Nota اَمَنَ *credidit* et آخَذَ *deprehendit*, esse pro أَأْمَنَ et أَأْخَذَ, juxta Can. V. *alef*, et يُومِنُ *credit*, مُومِنٌ *credens*, dicitur pro يُأْمِنُ et مُأْمِنٌ, juxta Canon. II. generalem; similiter يُوكِّدُ *confirmat* est pro يُأَكِّدُ, juxta Canon. II. *alef*, et يُوَاخِذُ *paulatim accipit* pro يُأَاخِذُ, et sic de ceteris personis, quae ex his oriuntur.

In reliquis autem conjugationibus pariformiter *hamza* ob *dzhammam*, vel *kesram*, aut aliam *hamzam* mutatur, aut excidit secundum Canones memoratos: reliqua omnia regularia sunt.

Conjugatio Verbi Hamzati Aain.

Verbum Hamzatum ع eandem quoque rationem Hamzati ف sequitur, ut

Partic.	Imper.	Modzh.	Praet.
سَايِلٌ	اِسْأَلْ	يَسْأَلُ	سَأَلَ *Interrogare.*
بَيِسٌ	اِبْوَسْ	يَبْوَسُ	بَوِسَ *Asperum esse.*
صَيِبٌ	اِصْأَبْ	يَصْأَبُ	صَيِبَ *Inebriari.*

Imo, ut Hamzatum est, non differt a Verbo Perfecto, nisi in suppositione literae homogeneae propriae motionis ipsi *hamzae;* idcirco dicitur سَايِلٌ *interrogans*, pro سَاءِلٌ, et in Passivo سُيِلَ *interrogatus fuit*, pro سُئِلَ, juxta Canon. I. *alef;* idem propter eandem rationem evenit Praeterito formae فَعِلَ, et Particip. Activo فَاعِلٌ: item Modzhareo Activo compositi يُفَعِّلُ et يُفَاعِلُ, et Participiis مُفَعِّلٌ, مُفَاعِلٌ, مُفْتَعِلٌ, مُسْتَفْعِلٌ; nec non in locis similibus, juxta traditas regulas.

Observandum est, Hamzata ع interdum etiam, etsi rarius, conjugari more Concavorum; ita ut *hamza* vocali sua abjecta, vel ad literam praecedentem *giezmam* habentem rejecta, quiescat, ut سَالَ pro سَأَلَ, يَسَالُ pro يَسْأَلُ vel يَسَلُ, سَلْ pro اِسْأَلْ: ubi utrumque *alef* excidit; radicale quidem, secundum III. Canon. generalem, Imperativum vero juxta Canonem imperii; ita ut ejus conjugatio, juxta Concavorum regulas, sit sequens:

PRAETERITUM

Plur.			Dualis.			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
سَلْنَ		سَالُوا	سَالَتَا		سَالَا	سَالَتْ		سَالَ	3
سَلْتُنَّ		سَلْتُمْ		سَلْتُمَا		سَلْتِ		سَلْتَ	2
	سَلْنَا						سَلْتُ		1

MODZHAREUM.

Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
يَسَلْنَ		يَسَالُونَ	تَسَالَانِ		يَسَالَانِ	تَسَالُ		يَسَالُ	3
تَسَلْنَ		تَسَالُونَ		تَسَالَانِ		تَسَالِينَ		تَسَالُ	2
	نَسَالُ						أَسَالُ		1

IMPERATIVUS.

Foem.	Masc.	Com.	Foem.	Masc.
سَلْنَ	سَالُوا	سَالَا	سَالِى	سَلْ

PARTICIPIUM.

سَايِلَاتٌ	سَايِلُونَ	سَايِلَتَانِ	سَايِلَانِ	سَايِلَةٌ	سَايِلٌ

INFINITIVUS.

سُؤَالٌ et مَسْأَلَةٌ

Passivi Conjugatio.

Partic.	Modz.	Praet.	
مَسْؤُلٌ	يُسْأَلُ	سُئِلَ	*interrogatus fuit.*

Hic notandum est, *hamzam* posse sine ا etiam scribi, ut fit in يسل pro يسأل, nisi ponatur super و et ى in signum, quod loco literae ا ponuntur, tunc enim necessario super illas adscribi debet.

Servatis regulis superius praescriptis, nulla Compositorum apparet difficultas; dices igitur:

Masdar.	Partic.	Imper.	Modz.	Praet.
إلآم	ملئم	ألئم	يلئم	ألأم *Consolidare.*
ملاءمة	ملائم	لائم	يلائم	لاءم *Conjungi.*
التئام	ملتئم	التئم	يلتئم	التأم *Sanari.*
استلآم	مستلئم	استلئم	يستلئم	استلأم *Fieri vilis.*

Conjugatio Verbi Hamzati Lam.

Verbum Hamzatum *lam*, omnes formas Simplicium induere potest praeter quintam, sicut et Hamzatum *aain*; Hamzatum vero ى vix reperitur non solum in quinta, sed neque in tertia conjugatione. Haec quoque verba برأ *creavit*, هنأ *concoxit cibum*, leges superius traditas in sui flexione sequuntur; sic

Imper. 2. F.	*Imp. 1. F.*	*Modz. 2. F.*	*Modz. 1. F.*	*Pr. 2. F.*	*Pr. 1. F.*	
اهنى	ابرو	يهنى	يبرو	هنا	برا	*Singularis.*
اهنى	ابرى	تهنى	تبرو	هنات	برات	
اهنيا	ابروا	تهنى	تبرو	هنات	برات	
اهنيوا	ابروا	تهنين	تبرين	هنات	برات	
اهنين	ابرون	اهنى	ابرو	هنات	برات	

		Modz. 2. F.	Modz. 1. F.	Pr. 2. F.	Pr. 1. F.	
Partic.	Partic.	يَهْنِيَانِ	يَبْرُوَانِ	هَنَأَا	بَرُءَا	Dualis.
هَانِئٌ	بَارِئٌ	تَهْنِيَانِ	تَبْرُوَانِ	هَنَأَتَا	بَرُأَتَا	
هَانِئَةٌ	بَارِئَةٌ	تَهْنِيَانِ	تَبْرُوَانِ	هَنَأْتُمَا	بَرُؤْتُمَا	
هَانِئَانِ	بَارِءَانِ	يَهْنِيُونَ	يَبْرُونَ	هَنَوْا	بَرُوا	Pluralis.
هَنِيَّتَانِ	بَارِيَّتَانِ	يَهْنِينَ	يَبْرُونَ	هَنَأْنَ	بَرُؤْنَ	
هَانُونَ	بَارُونَ	تَهْنِيُونَ	تَبْرُونَ	هَنَأْتُمْ	بَرُؤْتُمْ	
هَانَاتٌ	بَارِءَاتٌ	تَهْنِينَ	تَبْرُونَ	هَنَأْتُنَّ	بَرُؤْتُنَّ	
		نَهْنِي	نَبْرُو	هَنَأْنَا	بَرُؤْنَا	

Infinitivus, seu Masdarum.

بَرْءٌ بَرْآنِ بَرْآتٌ | هَنَاءٌ هَنَاءَآنِ هَنَاوَاتٌ

Imp. 4. F.	Imp. 3. F.	Modz. 4. F.	Modz. 3. F.	Pr. 4. F.	Pr. 3. F.	
اخْطَأْ	ابْدَأْ	يَخْطَأْ	يَبْدَأْ	خَطِئَ	بَدَأَ	Singularis.
اخْطَئِي	ابْدَئِي	تَخْطَأْ	تَبْدَأْ	خَطِئَتْ	بَدَأَتْ	
اخْطَأْ	ابْدَأْ	تَخْطَأْ	تَبْدَأْ	خَطِئْتَ	بَدَأْتَ	
اخْطَؤُوا	ابْدَؤُوا	تَخْطَئِينَ	تَبْدَئِينَ	خَطِئْتِ	بَدَأْتِ	
اخْطَأْنَ	ابْدَأْنَ	أَخْطَأْ	أَبْدَأْ	خَطِئْتُ	بَدَأْتُ	

Particip. 4. F.	Particip. 3. F.	Modz. 4. F.	Modz. 3. F.	Pr. 4. F.	Pr. 3. F.	
		يَخْطَأَانِ	يَبْدَأَانِ	خَطِيَا	بَدَأَا	Dual.
		تَخْطَأَانِ	تَبْدَأَانِ	خَطِيَتَا	بَدَأَتَا	
خَاطِئٌ	بَادِئٌ	تَخْطَأَانِ	تَبْدَأَانِ	خَطِيتُمَا	بَدَأْتُمَا	
خَاطِئَةٌ	بَادِئَةٌ	يَخْطَؤُونَ	يَبْدَؤُونَ	خَطِيُوا	بَدَؤُوا	Plural.
خَطِئَانِ	بَادِئَانِ	يَخْطَأْنَ	يَبْدَأْنَ	خَطِئْنَ	بَدَأْنَ	
خَاطِئَتَانِ	بَادِئَتَانِ	تَخْطَؤُونَ	تَبْدَؤُونَ	خَطِئْتُمْ	بَدَأْتُمْ	
خَاطِئُونَ	بَادِئُونَ	تَخْطَأْنَ	تَبْدَأْنَ	خَطِئْتُنَّ	بَدَأْتُنَّ	
خَطِئَاتٌ	بَادِئَاتٌ	نَخْطَأُ	نَبْدَأُ	خَطِئْنَا	بَدَأْنَا	

Infinitivus, seu Masdarum.

بَدْءٌ بَدْآنٌ بَدْأَةٌ | خَطَاءٌ خَطَآنِ خَطَايَا

Passivum vero sic habet.

Partic.	Modz.	Praet.	Partic.	Modz.	Praet.
مَخْطِئٌ	يُخْطَأُ	خُطِئَ	مَبْدُوءٌ	يُبْدَأُ	بُدِئَ

Composita nullam peculiarem habent difficultatem, et regulae superius traditae sufficiunt.

CAPUT DECIMUMQUINTUM

DE SECUNDA CLASSE VERBI DUPLICITER IMPERFECTI.

Secundae Classis verborum Dupliciter imperfectorum explicatio propria est hujus loci; haec enim verba includunt illa, quae *Hamzata* sunt, et simul Imperfecta, seu Infirma; quorum quatuor sunt species.

1. Hamzatum *fe* et Infirmum *aain* : ut آبَ *reversus est*; quod conjugatur sicuti أَثَرَ *maluit* et قَالَ *dixit* : ut

Infinit.	Partic.	Imper.	Modzh.	Praet.
أَوْبًا	آيِبٌ	أُبْ	يَؤُوبُ	آبَ

2. Hamzatum *lam* et Infirmum *aain* : ut سَاءَ *contristavit*, جَاءَ *venit*; quorum illud conjugatur ut قَالَ et هَنَأَ, hoc ut سَارَ et هَبَأَ : exempli gratia

Infin.	Part.	Imper.	Modzh.	Praet.
سَوَاءٌ	سَائِءٌ	سُؤْ	يَسُوءُ	سَاءَ
جَيْئَةٌ et مَجِيئًا	جَائِءٌ	جِئْ	يَجِيءُ	جَاءَ

3. Hamzatum *fe* et Infirmum *lam* : ut أَتَى *venit*, quod conjugatur sicut أَثَرَ et رَمَى : sic

Infin.	Partic.	Imper.	Modzh.	Praet.
اتْيًا	آتٍ	ايتِ	يَاتِي	أَتَى

Dicitur tamen et تِهِ in Imperativi singul. masculino.

4. Hamzatum *aain* et Infirmum *lam* : ut نَأَى *recessit*, quod conjugatur sicut سَأَلَ et رَمَى : sic

Part.	Imp.	Modzh.	Praet.
نَاءٍ	انْأَ	يَنْأَى	نَأَى

Notandum est, in Modzhareo, et Imperativo *fathham* penultimae manere, quia *alef* est litera gutturalis. Eodem quoque modo regulariter conjugatur رَأَى *vidit*, quod in Praeterito ita se habet:

Plur.			Dual.			Singul.		
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.
رَأَيْنَ		رَأَوْا	رَأَتَا		رَأَيَا	رَأَتْ		رَأَى
رَأَيْتُنَّ		رَأَيْتُمْ		رَأَيْتُمَا		رَأَيْتِ		رَأَيْتَ
	رَأَيْنَا						رَأَيْتُ	

Sed ob frequentem usum abjicit *hamzam*, vocali ejus ad praecedentem rejecta, quoties ر *giezmam* habet; ideoque in Modzhareo, et Imperativo conjugationis primitivae sic habet:

MODZHAREUM

Plur.			Dual.			Singul.		
يَرَيْنَ		يَرَوْنَ	تَرَيَانِ		يَرَيَانِ	تَرَى		يَرَى
تَرَيْنَ		تَرَوْنَ		تَرَيَانِ		تَرَيْنَ		تَرَى
	نَرَى						أَرَى	

pro يَرْأَى, تَرْأَى etc. sicuti et apud Poetas interdum, versu id exigente, occurrit.

Modzhareum cum Nun paragogico.

يَرَيْنَانِّ		يَرَوُنَّ	تَرَيَانِّ		يَرَيَانِّ	تَرَيَنَّ		يَرَيَنَّ
تَرَيْنَانِّ		تَرَوُنَّ		تَرَيَانِّ		تَرَيِنَّ		تَرَيَنَّ
	نَرَيَنَّ						أَرَيَنَّ	

Observa ى secundae personae singul. foem. non esse ى radicale, sed personale, quod non rejicitur, sed movetur vocali *kesra*, quia praecedit immediate *fathha*, nec rejicitur و personale pluralium masculinorum, ut supra dictum est.

Imperativus

Plur.		Dual.	Singul.	
Foem.	Masc.	Comm.	Foem.	Masc.
رَيْنَ	رَوْا	رَيَا	رَيْ	رَهْ vel رَ

vel cum Nun paragogico

رَيْنَانِّ	رَوُنَّ	رَيَانِّ	رَيِنَّ	رَيَنَّ

Invenitur tamen etiam non raro regulariter formatus, ut

اِرْأَيْنَ	اِرْأَوْا	اِرْأَيَا	اِرْأَيْ	اِرْأَ

Sic etiam in conjugatione Compositi formae أَفْعَلَ, in cujus flexione rejiciunt *hamzam*, quasi radix praedicti verbi esset رى, observatur; ut أَرَى *ostendere* pro أَرْأَى, cujus

Praeteritum singulare est

أَرَى أَرَتْ أَرَيْتَ أَرَيْتِ أَرَيْتُ etc.

Modzhareum singulare

يُرِى تُرِى تُرِى تُرِينَ أُرِى etc.

Imperativus

Plur.		Dual.	Singul.	
أَرِينَ	أَرُوا	أَرِيَا	أَرِي	أَرِ

et cum Nun paragogico

أَرِينَانِّ	أَرُنَّ	أَرِيَانِّ	أَرِنَّ	أَرِيَنَّ

Participium

Plur.		Dual.		Singul.	
مُرِيَاتٌ	مُرُونَ	مُرِيَتَانِ	مُرِيَانِ	مُرِيَةٌ	مُرٍ

Participium Passivum.

مُرَيَاتٌ	مُرَوْنَ	مُرَاتَانِ	مُرَيَانِ	مُرَاةٌ	مُرًى

Infinitivus, seu Masdarum

إِرَاءٌ vel إِرَاءَةٌ aut إِرْيَةٌ

Quin etiam reliqua omnia verba hujus ordinis in conjugatione formae أَفْعَلَ *hamzam* etiam posse abjicere doctissimi tradunt Grammatici; ac proinde dici non solum أَنْأَى يُنْأِى مُنْأً, sed et أَنَى يُنِى مُنٍ.

Ceterum cum ر *giezmam* non habet, regulariter conjugatur رَأَى *vidit*, ut supra in Praeterito Simplicis visum est, ubi *hamza* non amittitur, uti neque in hoc Simplicis Participio.

رَاءِيَاتٌ	رَاءُونَ	رَاءِيَتَانِ	رَاءِيَانِ	رَاءِيَةٌ	رَآءٍ

Infinitivus simplex est رَأْيًا

Sic etiam in Participio Passivo est مَرْءِيٌّ *visus*; ut مَرْمِيٌّ, licet ر habeat *giezmam*: flectitur vero

مَرْءِيَّاتٌ	مَرْءِيُّونَ	مَرْءِيَّتَانِ	مَرْءِيَّانِ	مَرْءِيَّةٌ	مَرْءِيٌّ

APPENDIX.

Licet secundum regulam verbum Hamzatum respuat quintam formam, hic tamen excipitur يَئِسَ *desperavit*, verbum

hamzatum *aain*, et infirmum *fe* ى, quod quartam, et quintam Simplicium formas induere potest, cujus conjugatio haec est.

	Infinit.	Part.	Imp.	Modzh.	Praet.
Quartae Concavorum.	يَأْسًا	يُوسٌ	ايأَسْ	يِيأَسُ	يَئِسَ
Quintae Concavorum.	يَعَاسَةَ	يوسٌ	إِيئَسْ	يَيْئَسُ	يَئِسَ

Modzhareum quartae formae, contra regulam generalem Simplicium, habet *kesram* pro *fathha* literae modzhareae ى; propter concursum (ut ait, et refert *Camus* in dictione ييس) duorum ى, unde cessat ratio in ceteris literis modzhareis انت, ut تَيأَسُ.

Participium activum constat tribus syllabis brevibus, nam media syllaba brevis est, et profertur singulare *jàuson*, non *jaùson*; non enim quiescit و, ita ut faciat syllabam longam, sed tantum est suppositum ipsi *hamzae* ad immutandum sonum *hamzae* ex *o* in *u*, sed in *u* breve; nam *hamza* et و se habent per modum unius literae sustinentis unicam vocalem, idcirco syllaba brevis est: vide Orthographiam.

Verba Tripliciter imperfecta paucissima reperiuntur: suntque Hamzata *fe*, et Involuta conjuncta, ut أَوَى *recepit*; vel Hamzata *aain*, et Involuta separata, ut وَأَى *stetit promissis*: quorum illud conjugatur ut أَثَرَ et سَوَى, hoc ut وَقَى et سَأَلَ; sic

Infinit.	Part.	Imper.	Modzh.	Praet.
أَيًّا	آوٍ	إِيوِ	يَأْوِي	أَوَى
وَأْيًا	وَاءٍ	إِ et إِهْ	يَأَى	وَأَى

Verba tribus radicalibus, aut primis duabus infirma, nulla dantur.

Conjugatio Verbi quadriliteri Infirmi fe *et* lam *primi* ى, *et Hamzati* aain *et* lam *secundi, insuper et Concordati.*

Hactenus de Verbis Imperfectis triliteris, nunc de quadriliteris simplicibus disserendum est; cum nullibi de ipsis, quatenus Imperfectis, exemplum appositum sit, libuit hic ultimo loco apponere verbum, quod omnes simul patiatur infirmitates, nimirum quod sit Hamzatum, Infirmum, et Duplicatum, seu Concordatum, ut in uno يَأْيَأَ, *vocavit ad se*, omnia discant Tyrones.

PRAETERITUM

Plur.			Dual.			Singul.			
Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	Foem.	Com.	Masc.	
يَأْيَأْنَ		يَأْيَأُوا	يَأْيَأَتَا		يَأْيَأَا	يَأْيَأَتْ		يَأْيَأَ	3
يَأْيَأْتُنَّ		يَأْيَأْتُمْ		يَأْيَأْتُمَا		يَأْيَأْتِ		يَأْيَأْتَ	2
	يَأْيَأْنَا						يَأْيَأْتُ		1

MODZHAREUM

Plur.			Dualis			Singul.			
يُوَأْيِينَ		يُوَأْيِيُونَ	تُوَأْيِيَانِ		يُوَأْيِيَانِ	تُوَأْيِي		يُوَأْيِي	3
تُوَأْيِيُونَ		يُوَأْيِيُونَ		تُوَأْيِيَانِ		تُوَأْيِيِينَ		تُوَأْيِي	2
	نُوَأْيِي						أُوَأْيِي		1

IMPERATIVUS

Plur.		Dual.	Singul.	
يَأْبِينَ	يَأْبُوا	يَأْبَا	يَأْبِى	يَأْىِ

PARTICIPIUM ACTIVUM

مُوَأْبِى مُوَأْبِيَةٌ | مُوَأْبِيَانِ مُوَأْبِيَتَانِ | مُوَأْبُونَ مُوَأْبِيَاتٌ

PARTICIPIUM PASSIVUM

Item Nomen Instrumenti, Loci, et Temporis.

مُوَأْبَاءٌ مُوَأْبِيَةٌ | مُوَأْبَيَانِ مُوَأْبِيَتَانِ | يَـآبِى مُوَأْبَيَاتٌ

INFINITIVUS, SEU MASDARUM

يَأْبَـآءٌ يَأْيَـآةٌ | يَأْيَاءَانِ يَأْيَانَانِ | يَآبِى يَأْيَـآتٌ

Habes ergo hucusquè omnium Verborum methodum, ut illa cujuscumque sint speciei, conjugationis, vel formae flecti scias. (1)

---

(1) Verbum *negativum* لَيْسَ *non fuit*, *non est*, Praeteritum tantum habet: *Sing.* لَيْسَ , لَيْسَتْ , لَسْتَ , لَسْتِ , لَسْتُ — *Dual.* لَيْسَا , لَيْسَتَا , لَسْتُمَا — *Plur.* لَيْسُوا , لَسْنَ , لَسْتُمْ , لَسْتُنَّ , لَسْنَا .

Verba *laudis* et *vituperii*, quae interjectionum loco usurpantur, sunt حَبَّذَا ex حَبَّ et ذَا *gratum hoc*, *amatum hoc*; نِعْمَ pro نَعِمَ *bene habet*, *pulcher est*, quod nonnunquam

Hic tamen observandum est, rejectionem, et mutationem literarum in omnibus verbis Infirmis hucusque recensitis, ab Arabibus rigorose solummodo servari, cum libros scribunt motionibus ornatos; secus, cum sine vocalibus ipsos exarant, ne detur confusioni locus, et ne unum verbum pro alio sumatur, omnes literas radicales contra *giezmae*, et Imperativi regulas, exprimunt.

Superest pro Verbi complemento, priusquam ad Nominis declarationem procedatur, ut illa, quae de Nominibus temporis, loci, et instrumenti tradenda promissa sunt, nunc cum aliis quibusdam, quae a Verbis descendunt, explicentur. Vere quidem ista nomina sunt; nihilominus cum suam a Verbis originem trahant, idcirco inter verba et nomina, tamquam in proprio situ illa collocare visum est.

CAPUT DECIMUMSEXTUM

DE NOMINE TEMPORIS, ET LOCI.

Locus, et tempus actionis eadem nominis voce significantur, fiuntque in Verbis simplicibus triliteris a Modzhareo activo, مَ pro literis اتين posito. Quod si Modzhareum habeat *dzhammam*, vel *fathham* in ع, nomen hoc semper habebit *fathham* in eodem ع. Si vero Modzhareum habuerit *kesram*,

---

contractum cum مَا fit نِعِمَّا *pulchrum quid*; et بِيْسَ pro بِئْسَ *malus est*.

Verba *admirationis* non flectuntur, suntque potius admirandi formulae, quam Verba: duplicis sunt speciei; nimirum formae مَا أَفْعَلَ sequente Accusativo; et formae أَفْعِلْ, sequente praepositione ب: e.g. مَا أَفْضَلَ زَيْدًا, vel أَفْضِلْ بِزَيْدٍ, *quam praestans est Zaeidus*!

hoc nomen pariter ibidem retinebit *kesram*; ut مَدْخِلٌ *locus*, et *tempus introitus* a يَدْخِلُ ; مَشْغِلٌ *locus*, et *tempus laboris* a يَشْغِلُ ; مَضْرِبٌ *locus*, et *tempus verberationis* a يَضْرِبُ ; مَبِيعٌ *locus*, et *tempus emptionis* a يَبِيعُ .

Excipiuntur tamen haec duodecim nomina, quae habent *kesram*, licet eorum Modzhareum habeat *dzhammam* in ع, ut

مَشْرِقٌ 1 *Locus ortus, oriens.*	مَنْخِرٌ 7 *Locus spirationis, i. nares.*
مَغْرِبٌ 2 *Locus occasus, occidens.*	مَنْسِكٌ 8 *Locus sacrificandi.*
مَرْفِقٌ 3 *Locus innitendi cubitus.*	مَطْلِعٌ 9 *Locus ascensus.*
مَنْبِتٌ 4 *Locus crectionis herbarum.*	مَفْرِقٌ 10 *Locus separationis.*
مَسْقِطٌ 5 *Locus casus.*	مَسْكِنٌ 11 *Locus habitationis.*
مَجْزِرٌ 6 *Locus jugulandi camelum.*	مَسْجِدٌ 12 *Locus adorationis.*

Ex his quinque postrema etiam regulariter cum *fathha* scribuntur: quod primis etiam sex, ex sententia quorundam, accidere potest. Septimum quoque interdum irregulariter *kesram* sub م habet, et مِنْخِرٌ effertur.

Si autem Verbum est Assimilatum و, penultima radicalis perpetuo *kesram* habet, et و, si abjectum est, redit: ut مَوْضِعٌ *locus*, et *tempus positionis* a يَضَعُ ; مَوْعِدٌ *locus*, et *tempus promissionis* a يَعِدُ .

Si vero fuerit Defectivum ل, penultima perpetuo habebit *fathham*; ut مَرْمًى et اَلْمَرْمَى (pro مَرْمَيٌ juxta Canon. III. ى) *locus*, et *tempus projectionis* a يَرْمِي ; مَدْعًى *locus*, et

tempus vocationis a يدعو ; مرضى *locus*, et *tempus complacentiae* a يرضى : ex ياوى tamen reperitur مأوى, et cum *kesra* مأو pro مأوى (juxta Canon. V. ى) *locus*, et *tempus mansionis*.

Assumitur interdum in Locorum nominibus ة in fine ; ut مقبرة *locus sepelitionis*, *coemeterium* a يقبر, مشرقة *oriens* a يشرق ; ac tunc penultima radicalis subinde *dzhammam* habet, ut مقبرة, مشرقة : a يظن autem, *existimat*, fit مظنة cum *kesra*, *locus existimationis*. Sicque fit in triliteris simplicibus.

In Verbis autem quadriliteris, et conjugationibus omnibus derivativis, formatur nomen loci, et temporis a Modzhareo passivo, praeposito م pro literis انتين, ita ut omnino conveniat cum Participio passivo, ut مدخرج *locus*, et *tempus volutationis*, منقطع *locus*, et *tempus abscissionis*, محرنجم *locus*, et *tempus tumultuationis*.

De Nomine Instrumenti.

Nomen Instrumenti, quo quid efficitur, fit praeposito م cum *kesra* ; est que formae مفعال vel مفعل aut مفعلة ; ut مفتاح *quo quid aperitur*, *clavis*, a فتح *aperuit* ; محلب *mulctra*, a حلب *mulsit* ; مكنسة *verriculum*, a كنس *verrit*. Sed منخل *cribrum*, a نخل *cribravit*, habet *dzhammam* super م, et media radicali ; uti et مدق (contracte pro مدقق) *instrumentum*, *quo vestes contunduntur*, a دق *contudit*. Dicitur tamen etiam regulariter مدق et مدقة,

De Nomine Actionis.

Actionem ipsam significat Infinitivus, variabilis casibus more reliquorum nominum: ut ضَرْبٌ *verberatio*, إِحْزَانٌ *contristatio*, تَصَارُعٌ *colluctatio*, إِسْتِخْرَاجٌ *eductio* etc.; quin proprie nihil aliud est Infinitivus, quam Nomen verbale adverbiascens, quod elegantiae, et significationis intendendae causa, Verbo apponitur.

De Nomine Vicis, et Specificationis.

Ab Infinitivo quocunque non terminato ة formatur etiam Nomen significans actionem unam et solitariam, si haec litera ة ipsi addatur, ac proinde repudiat Adjectivum وَاحِدَةٌ *una*; sicque vocatur ab Arabibus Nomen Vicis.

Et est a triliteris primae conjugationis perpetuo formae فَعْلَةٌ, ut ضَرْبَةٌ *una sola verberatio*, قَوْمَةٌ *una sola statio*, etc., quorum Infinitivi sunt ضَرْبًا, قَوْمًا; a quadriliteris vero, et conjugationibus derivativis, sunt ejusdem formae cum Infinitivo, apposito solum ة, ut دَحْرَجَةٌ *una sola volutatio*, إِحْزَانَةٌ *una sola contristatio*, إِسْتِخْرَاجَةٌ *una sola eductio*; ab Infinitivis دَحْرَاجًا, إِحْزَانًا, إِسْتِخْرَاجًا; et sic quoque a duobus hisce Infinitivis primae conjugationis triliterae إِتْيَانًا et لِقَاءً fiunt إِتْيَانَةٌ *unus solus accessus*, et لِقَاءَةٌ *occursus unus*, non vero أَتْيَةٌ, لَقْيَةٌ. Si autem Infinitivus terminetur ة, adjicitur eidem Infinitivo adjectivum وَاحِدَةٌ; ut رَحْمَةٌ وَاحِدَةٌ *una sola miseratio*, etc.

Simili prorsus modo formatur Nomen Specificationis, ut ajunt Arabes, id est, quo specificatur et determinatur actio generalis; (ut cum dicitur, *hic excellit scriptione*, seu *in scriptura*, vel *cum scribit*: ubi *excellere* determinatur et specificatur vocabulo actionis, *scriptione* scilicet); fit enim additione literae ة ad Infinitivum destitutum ة, nec in Quadriliteris et Derivativis differt a nomine Vicis, ut هُوَ حَسَنٌ اِسْتِخْرَاجَةً *ipse bonus est eductione*, seu *in eductione*: sed in triliteris simplicibus prima radicalis perpetuo habet *kesram*, et est formae فِعْلَةٌ, ut هٰذَا حَسَنُ ٱلنِّظْرَةِ *hoc pulchrum visu*. Apud Poetas tamen haec forma interdum cum praecedente فَعْلَةٌ confundi videtur; uti et مِفْعَلٌ, forma Instrumenti, cum مَفْعَلٌ forma Loci et Temporis. Et hacc pro Nominis verbalis, et universa Verborum explicatioue dicta sufficiant (1).

---

(1) Ad majorem vero tyronum utilitatem, Verborum paradigmata, a Cl. Auctore sparsim exhibita, in sequentibus tabulis, maximo quoad fieri potuit ordine digestis, collegimus.

STIRPS

لثلاثی)

FORM

رباعی)

SECUNDI LIBRI

PARS SECUNDA

COMPLECTENS EA OMNIA, QUAE AD NOMINIS PERFECTAM COGNITIONEM TRADUNT ARABES.

CAPUT PRIMUM

DE NOMINIS DEFINITIONE.

Nominis definitio multifariam traditur; verum ceteris omissis, haec ut omnium potissima adducitur:

اَلْإِسْمُ هُوَ كَلِمَةٌ دَالَّةٌ بِنَفْسِهَا عَلَى مَعْنًى غَيْرُ مُقْتَرِنٍ بِأَحَدِ الْأَزْمِنَةِ الثَّلٰثَةِ Hoc est: *Nomen est dictio*, seu pars orationis singularis, *ostendens per se super significatum*, idest per se significativa, *non conjuncta cum aliquo trium temporum*, scilicet Praeterito, Praesenti, et Futuro; ad differentiam Verbi, quod significat cum tempore, et *harf* seu Particulae, quae non est per se significativa, sed consignificativa.

Quaenam orationis pars primum obtineat locum, lis est inter Arabum Auctores, quorum aliqui primarium locum Nomini tribuunt, eo quod multa sint nomina, quae a verbis originem minime trahunt, et ex solis nominibus oratio consurgere possit; insuper et tertiam Praeteriti personam a Nomine actionis, seu Infinitivo oriri autumant; sicque Basrianorum schola tenet. Kufiani e contra asserunt, Verbum primam esse orationis partem, eo vel maxime quod Nomen non solum Verbi significatum participet, sed instar Verborum quoque construatur, praeterquam quod magna nominum verbalium multitudo ab ipsismet Verbis originem trahentium negari non potest; idcirco Verbum, utpote ra-

dicem, et plurimorum nominum originem, esse primam Orationis partem, et primum inter illas locum obtinere, concludunt. Hanc posteriorem sententiam adversarii non negant, nisi Nomen actionis, in quo tota difficultas fundatur. Quaestio est de nomine, et parvi momenti; ideo relictis Auctorum opinionibus, commoditatis gratia, Nomen secundo loco statuitur.

CAPUT SECUNDUM

DE SIGNIS, SEU PROPRIETATIBUS NOMINIS.

Quemadmodum numerantur signa, quibus Verbum distinguitur a Nomine, et Particula, quae sunt 1. سَوْفَ, سَ, قَدْ, et لِ inchoationis Verbo praefixum, et Pronomina egredientia, supra recensita; ita Nomen quinque potissimum habet proprietates, quibus a ceteris orationis partibus discernitur.

Prima est Articulus أَلْ, (de quo lib. I. cap. V.) qui vocatur اَلتَّعْرِيفُ *notificatio*, eo quod nomen alias indeterminatum et vagum, per ipsum notum et determinatum reddatur.

Idcirco observandum est, Nomen aliud esse Substantivum, idque vel Proprium, ut مُحَمَّدٌ *Muhhammed*, مَكَّةُ *Mecca*, جَيْحُونُ *Oxus fluvius*, aut Appellativum, ut نَبِيٌّ *propheta*, مَدِينَةٌ *civitas*, نَهْرٌ *fluvius*; aliud Adjectivum, ut صَغِيرٌ *parvus*, أَبْيَضُ *albus*. Quorum Proprium sine Articulo natura sua restrictum, et jam determinatum est; Appellativum vero, et Adjectivum, cum ex se vaga sint, ideo restringuntur, praefixo ipsis Articulo dicto, ut اَلنَّبِيُّ talis *pro-*

pheta, اَلْمَدِينَةُ *civitas* nota. At non potest dici اَلزَّيْدُ *Zaeidus* nomen proprium, sed زَيْدٌ, nisi in duali et plurali, propter aliqualem indeterminationem, ut اَلزَّيْدَانِ *li due Zaeidi,* اَلزَّيْدُونَ *li Zaeidi.*

Appellativum autem restringitur quoque constructione, seu regimine Genitivi, separati quidem, ut عَبْدُ اللهِ *servus Dei*, عَبْدُ هٰذَا *servus istius;* conjuncti vero, ut عَبْدُكَ *servus tuus*, عَبْدُهُ *servus ejus.* Multa tamen virorum nomina ex appellativis facta possident Articulum, sed ut essentialem, non ut accessorium: ex. gr. اَلْقَاسِمُ, اَلْخَلِيلُ, quae tamen brevitatis causa interdum eum amittunt.

Porro determinatio Articuli أَلْ adhuc triplex est. Vel ratione Individui, vel Speciei, vel Universitatis. Ratione Individui, ut cum quis locutus jam fuerat de uno quodam homine, et de uno quodam equo, deinde subjungat, وَالرَّجُلُ عَقَلَ الْفَرَسَ *et vir detinuit equum.* Ratione Speciei, ut cum dicitur اَلْاِنْسَانُ نَاطِقٌ *homo est rationalis*, hic *homo* supponit pro specie, idest pro homine, ut a ceteris animalium speciebus distinguitur. Determinatio ratione Collectionis, sive Universitatis, ut cum dicitur اَلْاِنْسَانُ سَيَمُوتُ *homo morietur*, ubi *homo* supponit pro singulis individuis, non pro specie, quae non moritur.

Secunda Nominis proprietas est, suscipere praefixionem, vel praemissionem Particularum, ut بِزَيْدٍ *cum Zaeido*, إِلَى الْمَسْجِدِ *ad templum.*

Tertia est esse subjectum orationis, et de ipso aliquid

enuntiari, ut قَامَ زَيْدٌ *surrexit Zaeidus*, ubi actio surgendi dicitur de Zaeido, tanquam de subjecto.

Quarta est annexio, cum scilicet nomen annectitur nomini, a quo determinatur; et Latini vocant esse in regimine, ut كِتَابُ زَيْدٍ *liber Zaeidi:* prius nomen dicitur Annexum; posterius, Cui annexum est. De hoc Lib.III. fusius.

Quinta est *tanuin*, quod nomini articulo carenti (non tamen habenti aliquod affixum, nec annexo alteri nomini) superponitur in fine; estque in Appellativis semper indeterminationis signum, uti et declinationis in Propriis: idcirco hoc *tanuin* quintuplex est.

1. Dicitur *tanuin* Revolutionis, seu declinationis, quod scilicet in nominibus declinandis adhibetur: ut زَيْدٌ *Zaeidus*, زَيْدٍ *Zaeidi*, زَيْدًا *Zaeidum.*

2. *Tanuin* Ignorationis, seu indeterminationis, quod nomina appellativa potiuntur in signum indeterminatae significationis; ut رَجُلٌ *vir quidam.*

3. *Tanuin* Correlationis, quod autumant apponi plurali sano foemin. نَاصِرَاتٌ *adjutrices*, ad correspondentiam ن pluralis sani masc. نَاصِرُونَ *adjutores.* Est etiam *tanuin* Correspondentiae, quod praeter regulam ad dictionum concinnitatem nominibus irrevolubilibus, quae naturaliter hoc respuunt, apponitur, ut in Alcorano, جَعَلَ عَلَيْهِ أَغْلَالًا وَسَلَاسِلًا *imposuit ei compedes et catenas*, ubi سَلَاسِلًا propter cadentiam ponitur pro سَلَاسِلَ,

4. *Tanuin* Compensationis, quod loco literae rejectae substituitur, ut قَاضٍ *judex*, pro قَاضِيٌ. Hoc idem particu-

lis quibusdam accidit, ut يومئذٍ حينئذٍ *tunc*, compositis ex حين, et يوم, ac اذا *quando*; ubi *tanuin* loco ا substitutum est.

5. *Tanuin* Rhythmi, seu versificationis, quod licentia poetica ad desinentiae consonantiam in versibus usurpatur, ut in Alcorano Pseudopropheta iniquissimus verbis etiam apposuit, dicens لنسفعا *utique attrahemus*, pro لنسفع, ut redderet praecedentibus versibus consimilem desinentiam, *tanuinum* usurpavit. Hoc idem etiam in nominibus revolubilibus evenit, et multo magis in carminibus, cum et in soluta oratione liceat.

CAPUT TERTIUM

DE NOMINUM QUANTITATE.

Quantitate Nomen aliud est Nudum, aliud Compositum; ut de Verbo dictum est. Nudum solis literis radicalibus constat, estque quadruplex: nam

1. Nomen vel duas tantum literas habet, ut ذا *hic*, هو *ipse*, et alia quaedam, paucissima tamen et indeclinabilia:

2. Vel tres, ut فلس *denarius*, مطر *pluvia*, جلد *pellis*, item ربّ *Dominus*, برّ *frumentum*, سرّ *secretum*: haecque frequentissima sunt.

3. Aut quatuor, ut قمطر *ira*, *tribulatio*, زبرج *smaragdus*, خندق *torrens*.

4. Vel tandem quinque constat literis, ut لبرسك *labrusca*, جحمرش *mixtura*, سفرجل *malum cydonium*. Nomina nuda seu simplicia, quintam literam excedentia, rarissima sunt, ut عنكبوت *aranea*, زنجبيل *zinziber*, et alia, si quae tamen reperiuntur. Porro literae radicales denominan-

tur فعل si tres, فعلل si quatnor, تفعلل si quinque in Nomine fuerint; ut in Verbo dictum est.

Compositum vero nonam non cxcedit literam, ut مُسْتَخْرِجَتَانِ *educentes duae*, fitque a simplici additione literarum يَتَسَمَّنُوا *pinguefient*, ex quibus aut una, vel plures, ut in Verbis dictum est, ad nomina diversa formanda, radicalibus junguntur.

ى quidem in fine dictionis, ut اِنْسَانِىّ *humanus*, ذِكْرَى *recordatio*; vel in medio, ut حُجَيْر *lapillus*; aut in principio, ut يَنْبُوع *fons*.

ت in principio, ut تَطْوِيل *prolongatio*, تَكَبُّر *superbia*; vel in medio, tanquam iu octava Conjugatione, ut اِعْتِرَاف *confessio*; aut in fine, sed per ة scriptum, ut رَحْمَة *misericordia*.

س solum hic non servit, sed cum aliis duabus, sicut in decima Conjugatione, ut اِسْتِغْفَار *petitio veniae*, مُسْتَخْرِج *eductor*.

م in principio, ut مِضْرَب *fustis*, مِثْقَال *pondus*, مَوْضِع *locus*, مَمْلَكَة *regnum*; raro in fine, ut اِبْنَمٌ *filius*, دِرْدِم *camela*.

ن in principio, sicuti in septima Conjngatione compositorum simul cum ا, ut اِنْقِطَاع *abstinentia*, *finis*; et in fine, ut غُفْرَان *indulgentia*.

و in medio post primam radicalem, ut كَوْثَر *fovea*; post secundam, ut جُهُور *clamor*; post tertiam, ut تَرْقُوَة *liberalitas*; post quartam quadriliterorum, ut قَلَنْسُوَة *byrretum*.

ا in principio, ut أَسْوَد *niger*, اِغْفَال *negligentia*; et in

fine (quo casu *alef* aliud, sed quiescens, ante se habet), ut كِبْرِيَاءٌ *superbia*, حِرْبَاءٌ *lacerta*. Quae omnia studio potius, et praxi, quam regulis percipiuntur. Unum tamen certum est, regulariter addi literas ad immutandam thematis significationem, vel ad variandos casus, numeros, genera, aut ad efformanda derivativa varia, diminutiva, temporalia, localia, comparativa, et similia nomina.

CAPUT QUARTUM

DE NOMINUM QUALITATE.

Qualitate Nomen duplex est, *Sanum* seu perfectum, et imperfectum seu *Infirmum*, ut de Verbis dictum est.

Sanum nullam radicalium habet geminatam, nec aliquam literarum اوى; ut رَجُلٌ *homo*, فَرَسٌ *equus*. Quod si ex adjunctis aliquam hujusmodi habeat, perfectum nihilominus dicetur, ut كِتَابٌ *liber*, زُقُودٌ *cadus*, عَظِيمٌ *magnus*; literae enim اوى non radicales sed adventitiae sunt, ut sonum producant.

Infirmum est, cui ex praedictis aliqua deest conditio; et hoc triplex est: *Duplicatum*, *Infirmum*, et *Hamzatum*.

Duplicatum ex ternariis est illud, cujus ع et ل eadem sunt, immissa tamen, ubi licet, per *tescdid*, ut عَدَدٌ *numerus*, رَبٌّ *dominus*; ex quadriliteris vero est, cujus ف idem est quod ل primum, et ع quod ل secundum, ut وَسْوَسٌ *insania*, فُلْفُلٌ *piper*.

Infirmum est, cujus una, vel plures radicalium sunt وى; non numeratur *alef*, quod, licet infirmum sit, nunquam tamen est radicale nisi *hamzatum*, hoc est factum potens moveri, vel quiete prima quiescere, quo pacto distinctum genus nominis constituit.

Sunt autem hujus nominis Infirmi quinque species, penes varietates radicalium, ut in Verbo dictum est.

1. Assimilatum, idest Infirmum ف, ut وَزْن *pondus*, يَبْس *siccitas*.

2. Infirmum ع, hoc est Concavum, ut مَوْت *mors*, لَيْل *nox*.

3. Infirmum ل, idest Defectivum, eo quod saepe ultimis motionibus careat, ut رَحَى *mola* pro رَحْى.

4. Infirmum ع et ل simul, et dicitur Involutum conjunctum, ut هَوَى *aer*.

5. Infirmum ف et ل, vocaturque Involutum sejunctum, ut وَحْى *revelatio*.

His addi possunt duae aliae species, nimirum Infirmum ف et ع, cujusmodi pauca sunt, ut يَيْن (nomen loci), يَوْم *dies*; et Infirmum ف, ع, ل, cujusmodi duo tantum sunt, ut وَاو (nomen literae و), et يَاء (nomen literae ى).

Demum Hamzatum nomen est, cujus aliqua radicalium est *hamza*, ut أَسَد *leo*, رَأْس *caput*, مَؤُن *necessitas*, *urgentia* pro مَأْن, مِيْر *dubium* pro مِأْر.

CAPUT QUINTUM

DE GENERE NOMINUM.

Genus in Nomine duplex est, masculinum, et foemininum. Foeminina alia sunt ex significatione, alia ex terminatione:

Ex significatione sunt

1. Nomina mulierum, et quae mulieribus tantum conveniunt, ut هِنْد *Hinda*, مَرْيَم *Maria*, أُمّ *mater*, عَرُوب *mulier amans maritum suum*.

2. Nomina propria regionum, et urbium, ut مِصْر *Ægyptus*, قُبْرُس *Cyprus*, بَغْدَاد *Babylonia*, بَابِل *Babylon*.

3. Nomina geminorum membrorum, ut يَد *manus*, عَيْن *oculus*, كَتِف *humerus*, أُذُن *auris*, ضِلْع *costa*, ذِرَاع *brachium*, سَاق *crus*, رِجْل *pes*, كَعْب *calcaneus*.

Ex terminatione vero sunt foeminina

1. Nomina, quae terminant in ة, ut قَصْعَة *scutella*, خِلاَلَة *amicitia*, جَنَّة *hortus*, ظُلْمَة *tenebrae*, صَغِيرَة *parva*, طَيِّبَة *bona*.

2. Terminata ا servili cum *madda* supra, et *hamza* post ipsum, quod et ا longum vocatur, ut صَحْرَآء *ager*, عَذْرَآء *virgo*, كِبْرِيَآء *superbia*, حَمْرَآء *rubra*.

3. Terminata ى servili quiescente instar *alef*, ut بُشْرَى *Evangelium*, *bonum nuncium*, ذِكْرَى *recordatio*, *memoria*, أُولَى *prior*, *prima*, طُولَى *longissima*.

His addenda sunt السَّمَآء *coelum*, الأَرْض *terra*, شَمْس *sol*, خَمْر *vinum*, نَار *ignis*, جَحِيم *infernus*, كَاس *calix*, قَوْس *arcus*, دَار *atrium domus*, رِيح *ventus*, عَصًا *baculus*, عَقْرَب *scorpio*, نَفْس *anima*, غَنَم *grex ovium*, et alia quaedam usu discenda.

Reliqua ex significatione, et terminatione masculina sunt, ut مُحَمَّد *Mohhammed*, رَجُل *vir*, أَب *pater*, بَيْت *domus*, نَهْر *fluvius*, صَغِير *parvus*, طَيِّب *bonus*; et sic paucissima in ة terminata, ut خَلِيفَة *summus Imperator*, عَلاَّمَة *vir valde doctus*.

Quaedam tamen modo tamquam generis masculini, modo tamquam foeminini usurpantur, ut حَالٌ *dispositio status*, طَرِيقٌ *via*, رُوحٌ *spiritus*, et alia, quae in sequentibus explicanda sunt.

Item utrumque genus habent, et dubia sunt, literarum nomina; ut أَلِفٌ, بَآءٌ, etc. quae saepius tamen foeminina sunt.

Genus foemininum dividitur in *verum*, et *non verum*. Foeminini generis Veri sunt nomina animantium, quibus in eadem specie est mas, ut mulier respectu viri, leaena respectu leonis. Foeminini generis non Veri, sunt nomina reliquarum rerum, in quibus signum tantum actuale, vel virtuale, non autem ratio foeminini generis reperitur, ut ظُلْمَةٌ *tenebrae*.

CAPUT SEXTUM

DE MOTIONE NOMINUM.

Motio nihil aliud est, quam nominis masculini in foemininum conversio: fitque additione terminationis foemininae, ut عَمٌّ *patruus*, عَمَّةٌ *amita*, كَرِيمٌ *honorandus, liberalis*, كَرِيمَةٌ *honoranda, liberalis*.

Haec autem motio evenit Substantivis quibusdam masculinis, res potissimum sexum habentes significantibus, ut رَجُلٌ *vir*, رَجُلَةٌ *mulier*, فَتًى *puellus*, فَتَاةٌ *puella*, مَالِكٌ *Rex*, مَالِكَةٌ *Regina*, جَدٌّ *avus*, جَدَّةٌ *avia*, etc.; et Adjectivis, ut كَبِيرٌ *magnus*, كَبِيرَةٌ *magna*, فَرِحٌ *laetus*, فَرِحَةٌ *laeta*, ضَارِبٌ *verberans* masc. ضَارِبَةٌ *verberans* foem. Assumiturque ut plurimum prima terminatio foeminina ة, absque ulteriori mutatione, ut apparet in exemplis allatis.

Excipiuntur tamen Adjectiva formae أَفْعَل, quae cum sint positiva, secundam assumere solent terminationem, nempe *alef* servile, et foemininum habere فَعْلَاءُ, ut أَصْفَرُ *flavus*, صَفْرَاءُ *flava*, أَهْدَبُ *longa habens cilia* masc. هَدْبَاءُ foem. Cum vero comparativa sunt, aut superlativa, tertiam adsciscunt terminationem, ى scilicet servile quiescens post *fathham*, habentque foemininum ut فُعْلَى: sic ex أَطْوَلُ *longior* vel *longissimus*, fit طُولَى *longior* f. vel *longissima*, أَكْبَرُ *major* vel *maximus*, كُبْرَى *major* f. vel *maxima*. Hanc quoque terminationem tertiam assumunt Adjectiva non pauca formae فَعِيل, ut سَكِيرٌ *ebrius*, سَكْرَى *ebria*: quo pertinent أَوَّلُ *primus*, أُولَى *prima*; et sic أَخَرُ *alius*, habet أُخْرَى.

Eandem terminationem adsciscunt, sed forma فَعْلَى Adjectiva quaedam formae فَعْلَان, ut غَضْبَان *iratus*, غَضْبَى *irata*; أَحَدٌ autem *unus* habet اِحْدَى cum *kesra*.

Quinque tamen Adjectivi formae, communis fere sunt generis, et sub eadem terminatione nunc masculine, nunc foeminine usurpantur: suntque 1. فَعُول active sumpta, ut صَبُورٌ *hic*, et *haec patiens*. 2. مِفْعَال, ut مِعْطَارٌ *hic*, et *haec condiens aromatibus*. 3. مِفْعِيل, ut مِسْكِينٌ *hic*, et *haec pauper*. 4. مِفْعَل, ut مِغْشَمٌ *temerarius*, *temeraria*. 5. فَعِيل passive sumpta, ut قَتِيلٌ *hic occisus*, et *haec occisa*. Invenies tamen etiam has formas in foeminino interdum assumere ة, ut عَدُوٌّ *inimicus*, عَدُوَّةٌ *inimica*; مِسْكِين *pauper* masc.,

مسكينة foem.; et sic perpetuo ultima, cum substantive usurpatur, ut قتيلة *ea, quae occisa est.*

Neutrum genus Arabes non agnoscunt; unde Adjectiva neutra substantive usurpata exprimunt per foeminina, ut وَاحِدَةٌ تَعُوزُكَ *unum deest tibi.*

Ceterum observatu quoque dignum est, a nominibus substantivis masculinis, significantibus res habentes partes homogeneas, formari saepe foeminina primae terminationis significantia partem aliquam illarum: ut تبن *stramen*, تبنة *particula straminis*; ذهب *aurum*, ذهبة *particula auri*, *massa auri.*

CAPUT SEPTIMUM

DE NUMERO NOMINIS.

Numerus in Nomine triplex est: Singularis, ut سَرِقٌ *fur*, رَجُلٌ *vir*; Dualis, ut سَارِقَانِ *duo fures*, رَجُلَانِ *duo viri*; et Pluralis, ut سَارِقُونَ *complures fures*, رِجَالٌ *plures viri.*

Singularis aliunde non dignoscitur, nisi ex carentia signorum Dualis, et Pluralis.

Dualis autem formatur a Singulari, adjecto انِ absque ulla mutatione, ut in exemplis allatis patet; ة tamen foemininum in ت mutatur, ut مَدِينَةٌ *civitas*, مَدِينَتَانِ *duae civitates*; in obliquo vero ا additum, in ى vertitur, ut مَدِينَتَيْنِ *duarum civitatum*; quod ubique servatur, tanquam regula generalis.

Ultima Singularis rejecta revertitur in Duali, ut رَامٍ *sa-*

gittarius, رَمِيَانِ *duo sagittarii*; أَبٌ *pater*, أَبَوَانِ *duo patres*; أَخٌ *frater*, أَخَوَانِ *duo fratres*.

و et ى finales in Singulari post *fathham* quiescentes, juxta Canonem suum III., hic fiunt mobiles, ut فَتًى *puer*, فَتَيَانِ *duo pueri*; ذِكْرَى *recordatio*, ذِكْرَيَانِ *duae recordationes*; مُصْطَفًى *electus*, مُصْطَفَيَانِ *duo electi*; عَصًا *fustis*, عَصَوَانِ *duo fustes*.

Alef servili terminata mutant id in و, ut صَفْرَآءُ *flava*, صَفْرَاوَانِ *duae flavae*. At radicale ا manet, ut جُزْءٌ *pars*, جُزْآنِ *duae partes*; nisi ponatur pro و vel ى, juxta ultimum Canonem و et ى, tunc enim libere manet, vel mutatur in و, ut رِدَآءٌ *vestis*, رِدَاءَانِ et رِدَاوَانِ *duae vestes*.

Pluralis fit a Singulari dupliciter, perfecte scilicet, aut imperfecte: unde Plurale aliud est perfectum, quod *Sanum* vocant Arabes, aliud imperfectum, quod et *Fractum* appellant. Sanum formant potissimum nomina propria rationalium et Adjectiva formantia foemininum adjecto ة, cum de rationalibus praedicatur: et quidem masculina formant Sanum adjecto وْنَ, ut مُحَمَّدٌ *Mohhammed*, مُحَمَّدُونَ *Mohhammedes*; نَاصِرٌ *adjuvans*, نَاصِرُونَ *adjuvantes*; فَرِحٌ *laetus*, فَرِحُونَ *laeti*; نَبِيٌّ *propheta*, نَبِيُّونَ *prophetae*: foeminina vero formant illud adjecto اتٌ, ut مَرْيَمُ *Maria*, مَرْيَمَاتٌ *Mariae*; نَاصِرَةٌ *adjuvans foem.* نَاصِرَاتٌ *adjuvantes*; فَرِحَةٌ *laeta*, فَرِحَاتٌ *laetae*; نَبِيَّةٌ *prophetissa*, نَبِيَّاتٌ *prophetissae*. Nulla quoque adhibita Singularis mutatione, nisi quod ة foemininum excidit, ut manifestum est in exemplis allatis.

Masculina terminata ى quiescente post *kesram*, id una

cum *kesra* abjiciunt, ut أَلْقَاضِى *judex*, أَلْقَاضُونَ *judices*, non أَلْقَاضِيُونَ, juxta Canonem I. و et ى. At finita ى quiescente post *fathkam*, solum ى amittunt, manente in ejus indicium *fathha*, cum qua و plurale diphthongescit, ut مُوسَى *Moses* in plur. habet مُوسَوْنَ, non مُوسَيُونَ; et مُصْطَفَى *Mustapha* habet مُصْطَفَوْنَ, non مُصْطَفَيُونَ, juxta eundem Canonem.

Substantiva autem foeminina perfecta (idest non derivata a verbis Imperfectis) nuda, vel sola ة aucta, quorum media radicalis habet *giezmam*, hanc in plurali mutant in vocalem talem, qualem possidet prima radicalis; ut دَعْدٌ *Daado* (nomen mulieris), دَعَدَاتٌ; جُمْرٌ *Giumra* (proprium mulieris), جُمُرَاتٌ; هِنْدٌ *Hinda* (nomen quoque mulieris), هِنِدَاتٌ; قَصْعَةٌ *scutella*, قَصَعَاتٌ; سِدْرَةٌ *lotus* (arbor), سِدِرَاتٌ; جُلْبَةٌ *ventus*, جُلُبَاتٌ. Ea tamen, quorum prima radicalis habet *dzhammam* vel *kesram*, possunt quoque retinere *giezmam*, vel etiam in *fathham* mutare: ut

جُمْرٌ	*Giumra*,	جُمْرَاتٌ	جُمَرَاتٌ	جُمُرَاتٌ
هِنْدٌ	*Hinda*,	هِنْدَاتٌ	هِنَدَاتٌ	هِنِدَاتٌ
جُلْبَةٌ	*Ventus*,	جُلْبَاتٌ	جُلَبَاتٌ	جُلُبَاتٌ
سِدْرَةٌ	*Lotus* arbor,	سِدْرَاتٌ	سِدَرَاتٌ	سِدِرَاتٌ

Plurale Fractum, est quod formatur imperfecte, seu non adjectis وَنَ et اَتٌ, et fit a plerisque Singularibus tam rationalibus, quam irrationalibus. Formae autem ejus praecipuae, a nudis triliteris, et foemininis eorum potissimum ortae, sunt XXII. quae per additionem, vel detractionem, aut mutationem formantur; idcirco Pluralia e regione Sin-

gularium posita sunt, ut unico intuitu omnia prae oculis habeantur; videlicet

	Formae		Pluralia		Singularia
1	فُعَلٌ		غُرَفٌ *Coenacula*		غُرْفَةٌ
2	فُعُلٌ		جُدُرٌ *Parietes*		جِدَارٌ
3	فُعْلٌ		حُمْرٌ *Rubri*		أَحْمَرُ
4	فِعَلٌ		قِرَبٌ *Utres*		قِرْبَةٌ
5	فِعَالٌ		رِجَالٌ *Viri*		رَجُلٌ
6	فُعُولٌ		بُزُورٌ *Semina*		بَزْرٌ
7	فُعَّلٌ		ضُرَّبٌ *Verberantes*		ضَارِبٌ
8	فَعَلَةٌ		كَمَلَةٌ *Perfecti*	ex Singularibus	كَامِلٌ
9	فُعَلَةٌ		رُمَاةٌ *Facientes*		رَامٍ
10	فِعَلَةٌ	ut	قِرَدَةٌ *Simiae*		قِرْدٌ
11	فِعْلَةٌ		غِصْنَةٌ *Rami*		غُصْنٌ
12	أَفْعُلٌ		أَوْجُهٌ *Facies*		وَجْهٌ
13	أَفْعَالٌ		أَمْطَارٌ *Pluviae*		مَطَرٌ
14	أَفْعِلَةٌ		أَقْلِدَةٌ *Torques*		قِلَادٌ
15	فَوَاعِلُ		طَوَابِقُ *Sartagines*		طَابَقٌ
16	فَعَائِلُ		شَمَائِلُ *Sinistrae*		شِمَالٌ
17	فِعْلَانٌ		غِلْمَانٌ *Pueri*		غُلَامٌ
18	فُعْلَانٌ		سُقْفَانٌ *Tecta*		سَقْفٌ

Formae		Pluralia		Singularia
19 فُعَلَاءُ	ut	شُرَفَاءُ *Nobiles*	ex Singularibus	شَرِيفٌ
20 أَفْعِلَاءُ		أَحِبَّاءُ *Dilecti*		حَبِيبٌ
21 فَعْلَى		جَرْحَى *Vulnerati*		جَرِيحٌ
22 فَعَالِى		صَحَارِى *Agri*		صَحْرَاءُ

Quarum rationem analytice, evidentioris doctrinae ergo, visum est proponere in hunc modum.

Prima فُعَلٌ

Fit a Singularibus فُعْلَةٌ et فُعْلَى, ut تُخَمَةٌ *satietas*, تُخَمٌ *satietates;* كُبْرَى *maxima*, كُبَرٌ *maximae*: raro a فَعْلَةٌ et فِعْلَةٌ, ut قَرْيَةٌ *pagus*, قُرًى *pagi;* لِحْيَةٌ *barba*, *maxilla*, لُحًى *barbae*, *maxillae*.

Secunda فُعُلٌ

Fit a Substantivis quatuor literarum, quarum ultima non est و vel ى, penultima autem una ex literis اوى quiescens, ut كِتَابٌ *liber*, كُتُبٌ *libri;* عَمُودٌ *columna*, عُمُدٌ *columnae;* قَضِيبٌ *virga*, قُضُبٌ *virgae;* حِجَاجٌ *os supercilii*, حُجُجٌ; ذَلُولٌ *obsequens jumentum*, ذُلُلٌ; سَرِيرٌ *lectica*, *solium*, سُرُرٌ: sed duplicantia secundam, interposito ا quiescente, ut حِجَاجٌ, saepius decimam quartam formam obtinent.

Tertia فُعْلٌ

Fit ab Adjectivis masculinis formae أَفْعَلُ, et foemininis eorum فَعْلَاءُ, ut أَحْمَرُ *ruber*, حَمْرَاءُ *rubra*, حُمْرٌ *rubri* et *rubrae*.

Quarta فِعَلٌ

Fit a singulari فِعْلَةٌ , ut كِسْرَةٌ *fractio*, كِسَرٌ *fractiones*; حِجَّةٌ *annus*, حِجَجٌ *anni*; سِكَّةٌ *moneta*, سِكَكٌ.

Quinta فِعَالٌ

1. Fit a فَعْلٌ, فِعْلٌ, فُعْلٌ et فَعَلٌ, ut قِدْحٌ *telum absque cuspide*, قِدَاحٌ ; رُمْحٌ *hasta*, رِمَاحٌ ; كَلْبٌ *canis*, كِلَابٌ.

2. Fit a فَعْلٌ et فَعْلَةٌ, ut كَعْبٌ *calcaneus*, كِعَابٌ ; قَصْعَةٌ *scutella*, قِصَاعٌ ; صَعْبٌ *difficilis*, صِعَابٌ ; ثَوْبٌ *vestis*, ثِيَابٌ; mutato و post *kesram* in ى, فَيْفٌ *desertum*, فِيَافٌ.

3. Fit a Substantivis فَعَلٌ et فَعَلَةٌ non habentibus tertiam radicalem secundae similem, aut و vel ى, ut جَبَلٌ *mons*, جِبَالٌ *montes*; رَقَبَةٌ *collum*, رِقَابٌ.

4. Fit ab Adjectivis فَعِيلٌ et فَعِيلَةٌ, ut شَرِيفٌ et شَرِيفَةٌ *nobilis*, شِرَافٌ : non tamen a Participiis formae فَعِيلٌ passive sumptis, ut قَتِيلٌ *occisus*.

5. Ab Adjectivis فَعْلَانٌ et فَعْلَانَةٌ, ut نَدْمَانٌ et نَدْمَانَةٌ *poenitens*, نِدَامٌ.

6. Ab Adjectivis فُعْلَانٌ et فُعْلَانَةٌ, ut خُمْصَانٌ et خُمْصَانَةٌ *esuriens*, خِمَاصٌ.

Sexta فُعُولٌ

Fit a Substantivis فَعْلٌ, فِعْلٌ, فُعْلٌ, فَعَلٌ et فَعِلٌ, ut فَلْسٌ *denarius*, فُلُوسٌ ; جُنْدٌ *exercitus*, جُنُودٌ ; ضِرْسٌ *dens*, ضُرُوسٌ;

أَسَدٌ *leo*, أُسُودٌ; كَبِدٌ *jecur*, كُبُودٌ. Et interdum quoque a فَاعِلٌ, ut شَاهِدٌ *testis*, شُهُودٌ.

Septima فُعَّلٌ

Fit ab Adjectivo فَاعِلٌ, et فَاعِلَةٌ cujus ultima radicalis non est و vel ى, ut ضَارِبٌ et ضَارِبَةٌ *verberans*, ضُرَّبٌ *verberantes* masc. et foem. Sed differentiae causa masculinum interdum assumit ا ante ultimam radicalem, hoc modo; ضُرَّابٌ *verberantes* masc.

Octava فَعَلَةٌ

Fit ab Adjectivo rationali, (seu quod de re rationali praedicatur) formae فَاعِلٌ non habentis ultimam و vel ى, ut كَامِلٌ *perfectus*, كَمَلَةٌ; وَارِثٌ *haereditans*, وَرَثَةٌ; قَائِمٌ *stans*, قَوَمَةٌ; بَارٌّ *justus*, بَرَرَةٌ.

Nona فُعَلَةٌ

Fit ab Adjectivo rationali formae فَاعِلٌ quiescentis ultima, ut رَامٍ *projiciens*, رُمَاةٌ; غَازٍ *oppugnans*, غُزَاةٌ; in quibus ultima radicalis in ا quiescens convertitur, juxta II. Canonem و et ى.

Decima فِعَلَةٌ

Fit a Substantivo فُعْلٌ, ut كُوزٌ *urceus*, كِوَزَةٌ; دُبٌّ *ursus*, دِبَبَةٌ; et a paucis formae فَعْلٌ فِعْلٌ, ut زَوْجٌ *maritus*, زِوَجَةٌ; قِرْدٌ *simia*, قِرَدَةٌ.

Undecima فِعْلَةٌ

Fit a Nominibus فَعَلٌ, فَعْلٌ, فُعْلٌ, فُعَالٌ, فَعَالٌ et فَعِيلٌ;

ut فَتًى *puer*, فِتْيَةٌ ; شَيْخٌ *senex*, شِيخَةٌ ; أَخٌ *frater*, اِخْوَةٌ (ubi و in singul. abjectum redit, est enim أَخٌ pro أَخْوٌ); غُصْنٌ *ramus*, غِصْنَةٌ ; غَزَالٌ *dorcas*, *cervus*, غِزْلَةٌ ; غُلَامٌ *puer*, غِلْمَةٌ ; صَبِيٌّ *infans*, صِبْيَةٌ.

Duodecima أَفْعُلٌ

Fit a Substantivo فَعْلٌ non habente mediam و vel ى, ut فَلْسٌ *denarius*, أَفْلُسٌ ; item دَلْوٌ *situla*, أَدْلٍ ; ثَدْيٌ *mamma mulieris*, أَثْدٍ ; ubi و et ى excidunt, *tanuino* eorum retrocedente: sic يَدٌ pro يَدْيٌ *manus*, أَيْدٍ.

Fit etiam a Substantivis foemininis, quae non terminantur ة foeminino, et quatuor constant literis, quarum penultima est ا و ى quiescens, ut ذِرَاعٌ *brachium*, أَذْرُعٌ ; يَمِينٌ *juramentum*, أَيْمُنٌ.

Decimatertia أَفْعَالٌ

Fit a Substantivis trium literarum cujusvis formae (praeter فَعْلٌ, non habentis mediam و vel ى, aut ultimam penultimae similem); ut فَرَسٌ *equus*, أَفْرَاسٌ ; مَرَضٌ *morbus*, أَمْرَاضٌ ; كَتِفٌ *humerus*, أَكْتَافٌ ; اِبِلٌ *camelus*, آبَالٌ (ubi ا radicale excidit, juxta Can. V. *alef*); عَيْنٌ *oculus*, أَعْيَانٌ ; يَوْمٌ *dies*, أَيَّامٌ pro أَيْوَامٌ, juxta Canon. III. و et ى ; طَرَبٌ *gaudium*, أَطْرَابٌ : ab hac tamen forma فُعَلٌ saepius venit plurale decimum septimum فِعْلَانٌ ; رَحًا *mola*, أَرْحَاءٌ ; خِثْيٌ *fimus bovis*, أَخْثَاءٌ, in quibus ultima radicalis mutatur in

hamza, secundum Canón. IV. و et ى ; إِسْمٌ *nomen*, أَسْمَاءٌ ; اِبْنٌ *filius*, أَبْنَاءٌ, ubi redit ultima radicalis, quae in singulari exciderat, mutaturque in *hamza*, juxta eundem Canonem.

Decima quarta أَفْعِلَةٌ

Fit a multis Substantivis masculinis quatuor constantibus literis, quarum penultima est ا و ى quiescens, ut أَللّٰهُ *Deus* (quod compendii causa sic scribitur pro أَلْإِلٰهُ, آلِهَةٌ) ubi ا radicale excidit, juxta Canon. V. *alef*; عَمُودٌ *columna*, أَعْمِدَةٌ ; رَغِيفٌ *libum*, *panis rotunda forma*, أَرْغِفَةٌ : et sic fere perpetuo Surda, et Infirma ل, formarum فَعَالٌ et فِعَالٌ, ut بَتَاتٌ *supellex*, أَبِتَّةٌ ; إِمَامٌ *antistes*, أَئِمَّةٌ, *alef* radicale in ى mutato juxta I. Canonem *alef*; قَبَاءٌ *tunica*, أَقْبِيَةٌ ; فِنَاءٌ *aula*, أَفْنِيَةٌ .

Decima quinta فَوَاعِلُ

Fit a singulari فَاعَلٌ, ut طَابَقٌ *sartago*, طَوَابِقُ ; et ab Adjectivo فَاعِلٌ ac foeminino ejus فَاعِلَةٌ, ut ضَارِبٌ *verberans* masc. ضَارِبَةٌ *verberans* foem., ضَوَارِبُ *hi*, et *hae verberantes* ; a masculino tamen rationali فَاعِلٌ rarius haec forma venit.

Decima sexta فَعَائِلُ

Fit a foemininis harum decem formarum :

فَعَالٌ فُعَالٌ فِعَالٌ فَعُولٌ فَعِيلٌ

فَعَالَةٌ فُعَالَةٌ فِعَالَةٌ فَعُولَةٌ فَعِيلَةٌ

شَمَالٌ	*Septentrio*,	شَمَايِلُ	سَحَابَةٌ	*Nubes*,	سَحَايِبُ
عُقَابٌ	*Aquila*,	عَقَايِبُ	ذُؤَابَةٌ	*Propendula coma*,	ذَوَايِبُ
شِمَالٌ	*Sinistra*,	شَمَايِلُ	رِسَالَةٌ	*Epistola*,	رَسَايِلُ
عَجُوزٌ	*Vetula*,	عَجَايِزُ	حَمُولَةٌ	*Jumentum onerarium*,	حَمَايِلُ
أَصِيلٌ	*Tempus ante vesperas*,	أَصَايِلُ	صَحِيفَةٌ	*Lamina*,	صَحَايِفُ
سَعِيدٌ	*Felix* foem.,	سَعَايِدُ	كَرِيمَةٌ	*Nobilis* foem.,	كَرَايِمُ

Decima septima فِعْلَانٌ

Fit a singulari فُعَالٌ et فُعَلٌ, ut غُلَامٌ *puer*, غِلْمَانٌ; غُرَابٌ *coturnix*, *corvus*, غِرْبَانٌ; et saepe etiam a Concavis و formarum فَعْلٌ et فُعَلٌ, ut حُوتٌ *piscis*, حِيتَانٌ; عُودٌ *lignum*, عِيدَانٌ; فَاعٌ *ager*, قِيعَانٌ; تَاجٌ *corona*, تِيجَانٌ; et a paucis aliis, ut ظَلِيمٌ *struthiocamelus* mas, ظِلْمَانٌ; صَبِيٌّ *infans*, صِبْيَانٌ; عِيدٌ *festum*, عِيدَانٌ.

Decima octava فُعْلَانٌ

Fit a Substantivis فَعْلٌ, فَعَلٌ, فَعِيلٌ, quorum media radicalis non est و vel ى, ut سَقْفٌ *tectum*, سُقْفَانٌ; بَلَدٌ *regio*, *provincia*, بُلْدَانٌ; رَغِيفٌ *libum*, رُغْفَانٌ.

Decima nona فُعَلَاءُ

Fit ab Adjectivo rationali فَعِيلٌ, cujus tertia radicalis non

est secundae similis, aut و vel ى, ut شَرِيفٌ *nobilis*, شُرَفَاءُ; كَرِيمٌ *honorabilis*, كُرَمَاءُ; بَخِيلٌ *avarus*, بُخَلَاءُ.

Vigesima أَفْعِلَاءُ

Fit ab Adjectivo rationali formae فَعِيلٌ, cujus tertia radicalis est secundae similis, aut و vel ى, ut

حَبِيبٌ *dilectus*, أَحِبَّاءُ	contracte pro	أَحْبِبَاءُ
شَدِيدٌ *vehemens*, أَشِدَّاءُ		أَشْدِدَاءُ

غَنِيٌّ *dives*, أَغْنِيَاءُ; وَلِيٌّ *amicus*, أَوْلِيَاءُ; et in paucissimis Perfectis, ut صَدِيقٌ *verax*, أَصْدِقَاءُ. Sicut contra Imperfecta quaedam habent فُعَلَاءُ, ut تَقِيٌّ *pius*, تُقَوَاءُ.

Vigesima prima فَعْلَى

Fit ab Adjectivis formae فَعِيلٌ, et interdum quoque فَاعِلٌ vel فَعِلٌ significantibus dolorem, aut destructionem, ut جَرِيحٌ *vulneratus*, جَرْحَى; قَتِيلٌ *occisus*, قَتْلَى; هَالِكٌ *periens*, هَلْكَى.

Vigesima secunda فَعَالَى

Fit a singulari فَعْلَاءُ, ut صَحْرَاءُ *ager*, صَحَارَى; عَذْرَاءُ *virgo*, عَذَارَى.

Si quae autem harum formarum ab aliis etiam singularibus triliteris, et nudis, aut foemininis earum veniunt, id speciale est, et notandum; sicuti et observanda sunt illiusmodi singularia, quorum pluralia diversas habent formas a nominatis, qualia non usque adeo multa occurrent.

Ea autem singularia, quorum formae in diversis hic comparent classibus, diversa quoque ut plurimum habent pluralia; quandoque enim ipsamet pluralia adhuc plurificantur, eorumque derivata dicuntur Pluralia pluralium, formata ad copiam sermonis; sicque tunc se habet hujusmodi Plurale pluralis, respectu sui pluralis, ut hoc se habet ad Singulare: sic a نَفْسٌ *anima*, fit نُفُوسٌ et أَنْفُسٌ *animae*; غُلَامٌ *puer*, غِلْمَةٌ et غِلْمَانٌ *pueri*.

Singularia.		Pluralia.		
عَيْنٌ	*Oculus,*	عُيُونٌ, et أَعْيَانٌ	أَعْيُنٌ	عُيُنٌ
عَبْدٌ	*Servus,*	عِبَادٌ, et عُبُودٌ	عُبْدَانٌ	عَبِيدٌ
بَحْرٌ	*Mare,*	بِحَارٌ, et بُحُورٌ	أَبْحُرٌ	بُحُرٌ
شَاهِدٌ	*Testis,*	شَاهِدُونَ, et شَوَاهِدُ	شُهُودٌ	أَشْهَادٌ
رَغِيفٌ	*Libum,*	رُغْفَانٌ, et أَرْغِفَةٌ	رُغْفٌ	تَرَاغِيفُ
أَسَدٌ	*Leo,*	أُسْدٌ, et أُسُودٌ	آسُدٌ	آسَادٌ
جَفْنٌ	*Palpebra,*	جُفُونٌ, et أَجْفَانٌ		أَجْفُنٌ

Non tamen perpetuo variantur omnia illa, quae a talibus formis derivari possunt: sic a نَفْسٌ non dicitur نِفَاسٌ, نَفَسَةٌ, نُفْسَانٌ, نَفْسَةٌ; nec ab عَبْدٌ dicitur أَعْبُدٌ, عِبَدَةٌ, عِبْدَةٌ etc., plerumque singulare unum tantum habet plurale, ut a رَجُلٌ *vir*, solum fit رِجَالٌ; ab أَمْرٌ *negotium*, solum أُمُورٌ; quod usus docebit.

Pluralia omnia ex hactenus memoratis in duplici sunt differentia; alia enim dicuntur pluralia *paucitatis*, alia *multi-*

tudinis. Plurale paucitatis absolute importat singularia ad summum decem, nec plura significat, nisi expresse major numerus explicetur. Sunt autem pluralia paucitatis formae undecimae, duodecimae, decimaetertiae, et decimaequartae, quae usu veniunt cum numeralibus tantum, si videlicet aliud ejusdem singularis plurale extet; sin minus, etiam hae generaliter usurpantur, ut solent reliquae: sic عِنْدِى أَفْلُسٌ *apud me sunt denarii*; sensus est, apud te esse decem, vel pauciores denarios, nisi expresse dixeris ex. gr. عِنْدِى أَفْلُسٌ خَمْسَةَ عَشَرَ *apud me sunt denarii quindecim*. Plurale vero multitudinis est, quod significat supra decem, nec minus importat, nisi minori numero coarctetur.

Hactenus de nudis triliteris. Quadrilitera autem nuda omnia, et aucta pleraque, cum foemininis suis formant plurale fractum assumpto ا quiescente post secundam literam, quae, ut prima, *fathham* possidet, sicut tertia *kesram*, ut sit formae فَعَالِلُ: sic ضِفْدَعٌ *rana*, ضَفَادِعُ; مَدْخَلٌ *vestibulum*, مَدَاخِلُ; ة autem finale excidit, ut مَزْبَلَةٌ *fimetum*, مَزَابِلُ; et ultima radicalis, si praecedat aliqua literarum ا و ى quiescens, ea manet, ut قِنْدِيلٌ *lampas*, قَنَادِيلُ: sed ob praecedentem *kesram* in ى mutatur, si sit ا vel و, ut سُلْطَانٌ *princeps*, سَلَاطِينُ; عُرْقُوبٌ *calcaneus*, عَرَاقِيبُ: interdum tamen ى excidit, ة in fine accedente ad ejus compensationem, ut اِبْلِيسٌ *diabolus*, أَبَالِيسُ et أَبَالِسَةٌ; اِسْكَافٌ *calcearius*, أَسَاكِيفُ et أَسَاكِفَةٌ: sicut et alias interdum accedit ة, ut أُسْقُفٌ *Episcopus*, أَسَاقِفُ et أَسَاقِفَةٌ; تِلْمِيذٌ *discipulus*, تَلَامِيذُ et تَلَامِذَةٌ. Hanc etiam pluralis formam adsciscunt Adjectiva

formae أفْعَل, de quibus supra in forma فُعْل dictum est, ut أَسْوَدُ *niger*, أَسَاوِدُ; et Comparativa, ut أَصْغَرُ *minor, minimus*, أَصَاغِرُ; أَكْبَرُ *major, maximus*, أَكَابِرُ; et pluralia quaedam aucta triliterorum, ut ظُفْرٌ *unguis*, in plur. habet أَظْفَارٌ et ab hoc أَظَافِيرُ: sic ab عِرْقٌ *vena*, fit عُرُوقٌ et ab hoc عَرَايِقُ; a سِوَارٌ *armilla*, أَسْوِرَةٌ et ab hoc أَسَاوِرُ.

Ad hanc quoque pluralis formam reduci commode possunt formae فَوَاعِلُ et فَعَايِلُ supra positae, ut inspicienti satis fit manifestum.

Ceterum quaedam, ultimam literam habentia quiescentem, *kesram* penultimam mutant in *fathham*, ut عَذَارَى pro عَذَارِى ab عَذْرَى *virgo*.

Quae autem quinque, vel pluribus constant literis (non annumeratis ة, et اوى quiescentibus) eandem quidem formam assumunt, sed abjecta tamen litera una, aut pluribus: Nuda, et Simplicia nomina abjiciunt ultimam radicalem, ut سَفَرْجَلٌ *malum cydonium*, سَفَارِجُ; عَنْكَبُوتٌ *aranea*, عَنَاكِبُ: et interdum quoque penultimam, manente ultima, ut خَزَرْنَقٌ *aranea*, خَزَارِنُ et خَزَارِقُ; فَرَزْدَقٌ Collect. *mica*, *frustum panis*, فَرَازِدُ et فَرَازِقُ. Si tamen penultima est و vel ى diphthongescens post *fathham*, utraque manet, ultima scilicet et penultima; sed و et ى mutatur ob *kesram* praecedentem, ut فِرْعَوْنٌ *crocodilus*, فَرَاعِينُ. Aucta vero, seu Composita, abjiciunt serviles, ut مُتَدَحْرَجٌ *locus volutationis*, دَحَارِجُ: manet

tamen م, si serviat cum ن, ut مُنْطَلِقٌ *solutus*, مَطَالِقُ: vel cum ست, ut مُسْتَخْرِجٌ *eductor*, مَخَارِجُ.

Vides ergo varietatem, et incertitudinem Pluralium, ut fere pauculae sint formae singularis, quibus peculiaris et certa pluralis forma respondeat; imo Singularia quaedam, Pluralia sua aliunde mutuantur, ut أُمٌّ *mater* habet أُمَّهَاتٌ, tanquam ab أُمَّةٌ; فَمٌ *os*, أَفْوَاهٌ a فُوهٌ; عُثَانٌ *fumus*, عَوَاثِنُ, ut ab عَاثِنٌ; مَاءٌ *aqua*, أَمْوَاهٌ et مِيَاهٌ, sicut a مَاهٌ; اِمْرَأَةٌ *mulier*, habet نِسَاءٌ tanquam a نِسْوَةٌ aut نِسْوَانٌ; اِنْسَانٌ *homo*, أَنَاسٌ, sicut ab إِنْسِيٌّ, ponitur enim pro أَنَاسِيُّ, sed ob frequentem usum ى excidit: quidam tamen putant pro Plurali regulariter formato ab إِنْسَانٌ, nempe أَنَاسِينُ, abjecto ين: et sic pauca alia, de quibus alias. Atque haec de Pluralibus.

CAPUT OCTAVUM

DE SPECIE NOMINUM.

Specie duplex est Nomen, *Primitivum*, et *Derivativum*. Primitivum est, quod non derivatur aliunde, ut اللّٰه *Deus*, رَجُلٌ *vir*; زَبَرْجَدٌ *smaragdus*: Derivativum vero quod ab alio derivatur; estque *Verbale*, vel *Nominale*. Verbale est, quod derivatur a Verbo; qualia fere sunt Adjectiva, ut عَظِيمٌ *magnus*, ab عَظُمَ *magnus fuit*; صَغِيرٌ *parvus*, a صَغُرَ *parvus fuit*; أَصْفَرُ *flavus*, a صَفِرَ *flavus fuit*; نَاصِرٌ *adjuvans*, a نَصَرَ *adjuvit*, atque sic reliqua Participia adjective accepta, et Substantiva significantia Actorem, Locum vel Tem-

pus actionis, Instrumentum actionis, aut denique Actionem ipsam; de quibus satis fuit in praecedenti Parte.

Derivativum Nominale est quod derivatur ab alio nomine, estque quadruplex: scilicet Possessivum, Diminutivum, Augmentativum, et Locale.

Possessivum.

Possessivum est nomen Adjectivum significans possessionem, et formatur a quolibet Substantivo adjectione ىّ, ut ex اِنْسَان *homo*, fit اِنْسَانِيّ *humanus*; أَرْض *terra*, أَرْضِيّ *terrenus*: sed ة terminata id abjiciunt, ut مَايِدَة *mensa*, مَايِدِيّ *mensalis*; حُبْلَى *gravida mulier*, حُبْلِيّ *ad gravidam pertinens*: ى tamen interdum in و mutatur, ut dicatur حُبْلَوِيّ.

A Propriis regionum nominibus formata saepe fiunt Substantiva, et Gentilia vocantur, ut اَلشَّام *Syria*, اَلشَّامِيّ *syriacus*, et *syrus*; مِصْر *Ægyptus*, مِصْرِيّ *aegyptiacus*, et *aegyptius*; اَفْرِيقِيَّة *africanus*, et *afer*; ubi et ى cum ة perit, quod in terminatis per يّة perpetuum est.

APPENDIX.

Ad nominis Gentilis Possessivi formationem adsciscitur aliquando ن servile, irregulariter tamen; ut ex صَنْعَآء *Sanaa* (*nomen urbis in Arabia Foelice*), fit صَنْعَانِيّ *sanaanensis*, pro صَنْعَائِيّ; et a بَهْرَآء *Bahara* (*nomen Tribus Arabum Kodoatum*), fit بَهْرَانِيّ *bahranensis*, etc.

Diminutivum.

Diminutivum significat diminutionem sui Primitivi, est-

que in triliteris formae فُعَيْل, in quadriliteris فُعَيْلِل, ut عُبَيْد *servulus*, ab عَبْد *servus*; قُمَيْر *lunula*, a قَمَر *luna*; ضُرَيْب *lente verberans*, a ضَارِب *verberans*; جُعَيْفِر *rivulus*, a جَعْفَر *rivus*; عُصَيْفِير *passerculus*, ab عُصْفُور *passer*. Ubi observandae sunt vocales, et ى additum vel conversum, ut quid generale.

Trilitera foeminina non terminata ة, id interdum adsumunt in Diminutivo, ut شُمَيْسَة *sol parvulus*, a شَمْس *sol*. Litera Simplicis abjecta revertitur in Diminutivo, ut ex عِدَة *promissio*, pro وَعْد, fit وُعَيْد *promissiuncula*.

Si tertia Simplicis litera fuerit infirma, non ultima, vertitur in ى, quod in alio Diminutivo immittitur per *tescdid*, ut غُلَيِّم *servulus*, ظُهَيِّر *apparitiuncula*, صُلَيِّب *Crux parva*, a غُلَام, ظُهُور, et صَلِيب: si vero fuerit ultima, idem fit, sed additur ة in fine, ut عُصَيَّة *baculus parvus*, ab عَصًا *baculus*. Multa hic, brevitatis gratia, omittuntur, quae tamen ex dictis facile colligi possunt (1).

---

(1) Nomen Diminutivum sequentes praeterea accipit formas: فُوَيْعِل, ut خُوَيْصّ a خَاصّ; فُوَيْرِس a فَارِس — مُفَيْعِيل ut مُوَيْزِين a مِيزَان; مُفَيْتِيح a مِفْتَاح — أُفَيْعَال — أُفَيْعِل — أُفَيْعِلَة et فُعَيْلَة.

Inveniuntur quoque Diminutiva formarum quarundam pluralium, quas vocant *pluralia parvae pluralitatis*, scilicet أَفْعَال — أَفْعُل — أَفْعِلَة et فِعْلَة. Et haec omnia usus docebit.

Augmentativum.

Nomen Augmentativum intendit significationem sui primitivi; estque participiale, ut plurimum formae variae, scilicet مِفْعَال , فَعِل , فَعُول , فَعَّال , et فَعِيل ; quae si immediate a Verbis derivari dicantur, verbalia erunt Auctorem significantia, ut مِضْرَاب , ضَرِب , ضَرُوب , ضَرَّاب , et ضَرِيب *bene* et *diligenter*, seu *vehementer verberans*, vel *vehemens verberator.* De فَعِيل confer Participium passivum primae Conjugationis, ubi videtur id interdum passivum esse, quod et τῷ فَعُول interdum accidit, sed in foeminino tantum.

Locale.

Nomen Locale formatur praefixo م cum *fathha*, necnon ة in fine, et denotat locum sui primitivi: estque *Collectivum*, vel *Singulare.*

Collectivum significat locum, in quo res copiosae sunt, et abundanter; et est formae مَفْعَلَة , ut مَأْسَدَة *locus leonibus refertus*, ab أَسَد *leo*; مَبْطَخَة *locus melonibus refertus*, a بِطِّيخ *melo*, *pepo.* Nec formari potest a Nominibus quatuor literas radicales habentibus, ut sunt ضِفْدَع *rana*, ثَعْلَب *vulpes.*

Singulare significat locum, in quo quid reponitur, seu instrumentum, quo quid asservatur, vel asservari solet. Formatur praefixo م cum *kesra*, estque ejusdem formae cum verbali significante instrumentum actionis, idest مِفْعَال , vel مِفْعَل , aut مِفْعَلَة ; ut مِقْلَم *calamarium*, a قَلَم *calamus*; مِبْوَل et مِبْوَلَة *urinarium*, a بَوْل *urina*; مِشْمَعَة (*vasculum in*

quo ponitur cera), a شمع *cera* ; مببر et مبرة (*theca in qua asservantur acus*), ab ابرة *acus*.

His adduntur مدهن (*vasculum in quo asservatur unguentum*), مسعط (*vasculum in quo asservatur medicina caput purgans*), مكحلة (*vasculum in quo asservatur stibium*). Haec tria nomina, et secundum aliquos etiam محرضة *clavae theca*, (pro quo tamen doctissimi Grammatici محرضة scribunt), ut vides, habent *dzhammam* in م.

CAPUT NONUM

DE CASU NOMINUM, EORUMQUE FLEXIONE, SEU DECLINATIONE.

Casus Nominum tres tantum sunt: رفع *rafeus*, idest Nominativus ; جر *giarrus*, qui et خفض ab aliis vocatur, idest Genitivus, (sub quo Dativus etiam Latinorum, et Ablativus continentur) ; et نصب *nasbus*, seu Accusativus.

Universaliter tamen, prout de Nominibus et Verbis sermo est, quatuor sunt Casus isti ; nimirum tres dicti, et quartus جزم *giezma*. Horum primi duo Nominibus, et Verbis communes sunt, licet supra in Verborum flexione non Casus, sed Modi appellati fuerint ; his enim fere praestatur quod Latinorum Modis ; tertius solum Nominibus ; quartus Verbis dumtaxat convenit.

Trium igitur Casuum ratione Nomina alia sunt *Triptota*, alia *Dyptota*. Triptota sunt, in quibus Casus isti tres tribus distinctis terminationibus discernuntur, declinanturque sola vocalium variatione, et sunt omnia fere Singularia, et Pluralia Fracta, terminantque Nominativum per (ٌ) *on*, Genitivum per (ٍ) *in*, Accusativum per (ً) *an* ; et Revolubilia seu Variabilia vocantur.

Dyptota sunt, in quibus Casus obliqui una terminatione continentur, atque adeo quae duas tantum terminationes agnoscunt; haecque declinantur vel mutatione literarum solummodo, ut Dualia omnia, quae habent Nominativum in انِ, Genitivum et Accusativum in يْنِ; vel vocalium dumtaxat, ut Pluralia Sana foeminina, quorum Nominativus desinit in اتٌ, Genitivus et Accusativus in اتٍ; vel vocalium, et literarum simul, ut Pluralia Sana masculina, quae terminant Nominat. in ونَ, Genit. et Accusat. in ينَ.

Item Nomina Irrevolubilia, seu Invariabilia, quae vocant Arabes, idest quorum ultima dictionis litera respuit nunnationem, habentque Nominativum in (ُ), Genit. et Accusat. in (َ), ut quinta Declinatione patefiet.

Ex Numerorum igitur, et Casuum varietate multae exurgunt Declinationes.

Prima Declinatio

Quae Triptota est in Singulari, et Plurali, continetque Revolubilia omnium Fractorum, quae vocalium variatione solummodo declinantur, et habent in Rafeo *tanuin dzhammam*, in Giarro *tanuin kesram*, in Nasbo *tanuin fathham*, quod quidem *tanuin* expellitur, ac ejusdem vocalis simplex remanet, quotiescumque nomini advenit Articulus tum praecedens tum sequens, vel Affixum, aut Annexio; ut

رَفْعٌ Nominativus	نَصْبٌ Accusativus	جَرٌّ Genitivus
رَجُلٌ *Homo,*	رَجُلًا *Hominem,*	رَجُلٍ *Hominis.*
رِجَالٌ *Homines,*	رِجَالًا *Homines,*	رِجَالٍ *Hominum.*
بَيْتٌ *Domus,*	بَيْتًا *Domum,*	بَيْتٍ *Domi.*
بُيُوتٌ *Domus,*	بُيُوتًا *Domus,*	بُيُوتٍ *Domuum.*

Et cum Articulo praecedente, et sequente

أَلرَّجُلُ *L' uomo,*	أَلرَّجُلَ *L' uomo,*	أَلرَّجُلِ *Dell' uomo.*
رَجُلٌ آلَّذِى *Homo qui,*	رَجُلًا آلَّذِى *Hominem qui,*	رَجُلٍ آلَّذِى *Hominis qui.*

Et cum Affixo

رِجَالِى *Homines mei,*	رِجَالِى *Homines meos,*	رِجَالِى *Hominum meorum.*
رِجَالُكَ *Homines tui,*	رِجَالَكَ *Homines tuos,*	رِجَالِكَ *Hominum tuorum.*
كِتَابُهُ *Liber ejus,*	كِتَابَهُ *Librum ejus,*	كِتَابِهِ *Libri ejus.*

Et cum Annexione

رَجُلُ هِنْدٍ *Vir Hindae.*	كُتُبُ مُوسَى *Libri Moysis.*
رَجُلَ هِنْدٍ *Virum Hindae.*	كُتُبَ مُوسَى *Libros Moysis.*
رَجُلِ هِنْدٍ *Viri Hindae.*	كُتُبِ مُوسَى *Librorum Moysis.*

Hujus quoque loci sunt nomina أَبٌ *pater*, أَخٌ *frater*, حَمٌ *socer*, هَنٌ *vulva*, فَمٌ vel فُمٌ *os oris*, ذُو *praeditus*, *habens*, posita pro أَبَوٌ, أَخَوٌ, حَمَوٌ, هَنَوٌ, et فُوهٌ, quae quidem sine adjectione aliqua, Triptota manent in Singulari; adveniente vero Affixo vel Annexione, redit و in Rafeo, ا in Nasbo, ى in Giarro, ut

أَبُوكَ *Pater tuus,*	أَبَاكَ *Patrem tuum,*	أَبِيكَ *Patris tui.*
أَبُو زَيْدٍ *Pater Zaeidi,*	أَبَا زَيْدٍ *Patrem Zaeidi,*	أَبِى زَيْدٍ *Patris Zaeidi.*
فُوكَ *Os tuum,*	فَاكَ *Os tuum,*	فِيكَ *Oris tui.*
ذُو رَحْمَةٍ *Misericordiosus,*	ذَا رَحْمَةٍ *Misericordiosum,*	ذِى رَحْمَةٍ *Misericordiosi.*

Sicque de ceteris similibus. At pro affixo primae personae additur tantum ى quiescens post *kesram* in omnibus casibus, ut أبي *pater meus*, *patris mei*, *patrem meum*. Dicitur etiam فَمُكَ *os tuum*, فَمَكَ *os tuum*, فَمِكَ *oris tui*; et فَمِي *os*, *oris*, et *os meum*.

Multa nomina ad hanc Declinationem pertinent, sed propter infirmitatem literarum و et ى nequeunt suscipere omnes vocales, quibus Casuum diversitas significatur; idcirco hic meminisse oportet Canonis III. و, nec non III. et IV. ى: nam juxta Canon. III. و, dicitur عَصًا pro عَصَوٌ, عَصَاوِ, عَصَوًا *baculus*, *i*, *o*, *um*; et juxta III. Canonem ى , رَحًى pro رَحَيٌ , رَحَيًا , رَحَيٍ *mola*, *ae*, *am*; et juxta IV. Canonem ejusdem ى , رَامٍ pro رَامِيٌ , رَامِيٍ , رَامِيٍ *projiciens*, *tis*.

Cum Articulo autem dicitur اَلرَّحَى vel اَلرَّحَا *mola*, *ae*, *am*. Et cum Affixo رَحَاىَ *mola mea*, *ae*, *am*; رَحَاكَ *mola tua*, *ae*, *am*. Et cum Annexione رَحَى زَيْدٍ *mola*, *ae*, *am Zaeidi*.

Similiter terminata ى quiescente post *kesram*, dum Notificata non sunt, duplicem *kesram* obtinent, ى rejecto in Casu Rafeo, et Giarro; in Nasbo vero remanet *tanuin fathha*; at ubi Notificatio, vel Annexio, aut Affixum advenit, ى redeunte, simplex tantum relinquitur *kesra*; ut

قَاضٍ *Judex*,	قَاضِيًا *Judicem*,	قَاضٍ *Judicis*.
اَلْقَاضِى *Il Giudice*,	اَلْقَاضِىَ *Il Giudice*,	اَلْقَاضِى *Del Giudice*.
قَاضِينَا *Judex noster*,	قَاضِيَنَا *Judicem nostrum*,	قَاضِينَا *Judicis nostri*.
قَاضِى اَلْقَوْمِ *Judex populi*,	قَاضِىَ اَلْقَوْمِ *Judicem populi*,	قَاضِى اَلْقَوْمِ *Judicis populi*.

Sicque de ceteris discurrendum, si eandem habeant terminationem.

Secunda Declinatio Dyptota

Est Dualium omnium, quae sola literarum variatione declinantur, exiguntque post ultimam radicis fathhatam *alef* quiescens, quod in Nasbo et Giarro in ى quiescens vertitur; ن vero in fine habet *kesram*, quae ambo rejiciuntur adveniente Affixo vel Annexione, ut

Rafeus.	Nasbus, et Giarrus.
كِتَابَانِ *Libri duo*,	كِتَابَيْنِ *Libros duos*.
اَلْكِتَابَانِ *Li due libri*,	اَلْكِتَابَيْنِ *Delli due libri*.

Et rejecto ن *propter Affixum*

كِتَابَاكَ *Duo libri tui*,	كِتَابَيْكَ *Duorum, duobus, duos libros tuos.*

Et rejecto ن *propter Annexionem*

كِتَابَا زَيْدٍ *Duo libri Zaeidi*,	كِتَابَيْ زَيْدٍ *Duorum, duobus, duos libros Zaeidi.*

At cum affixo primae personae singularis, dicitur

كِتَابَايَ *Duo libri mei*,	كِتَابَيَّ *Duorum, duos libros meos.*

Huc revocantur quoque quinque nomina singularia Substantiva, eo quod formam, ac significatum Duale contineant; ut اِثْنَانِ *duo*, اِثْنَتَانِ vel ثِنْتَانِ *duae*; كِلَا *uterque*, كِلْتَا *utraque*; duobus posterioribus adjungitur هُمَا, ut كِلَاهُمَا *uterque*, كِلْتَاهُمَا *utraque*, كِلَيْهِمَا *utriusque*, *utrumque*, كِلْتَيْهِمَا *utriusque*, *utramque*.

Tertia Declinatio Dyptota

Est Pluralium omnium Sanorum masculini generis, et quae ipsis assimilantur : exiguntque mutationem literarum, et vocalium; et quidem in Rafeo و quiescens post *dzhammam* exigunt, in Giarro autem et Nasbo ى quiescens post *kesram*; ab istis excidit ن, adveniente Affixo vel Annexione, ut

In Rafeo	Nasbo	Giarro.
مُسْلِمُونَ *Salvati,*	مُسْلِمِينَ *Salvatos,*	مُسْلِمِينَ *Salvatorum.*
اَلْمُسْلِمُونَ *Li salvati,*	اَلْمُسْلِمِينَ *Li salvati,*	اَلْمُسْلِمِينَ *Delli Salvati.*
مُسْلِمُوكَ *Salvati tui,*	مُسْلِمِيكَ *Salvatos tuos,*	مُسْلِمِيكَ *Salvatorum tuorum.*
مُسْلِمُوا ٱللّٰه *Salvati Dei,*	مُسْلِمِى ٱللّٰه *Salvatos Dei,*	مُسْلِمِى ٱللّٰه *Salvatorum Dei.*

In ى Affixo primae personae convertitur و Rafei signum, quod in omnibus casibus immittitur per *tescdid* cum *fathha*, ut

مُسْلِمِيَّ *Salvati mei,*	مُسْلِمِيَّ *Salvatos meos,*	مُسْلِمِيَّ *Salvatorum meorum.*

Huc quoque revocantur ١. Nomina Numeralia decadum, a vigesimo usque ad nonagesimum inclusive, ut

In Rafeo	In Nasbo, et Giarro.
عِشْرُونَ *Viginti,*	عِشْرِينَ *Viginti.*
ثَلٰثُونَ *Triginta,*	ثَلٰثِينَ *Triginta.* etc.

Quae non abjiciunt ن ob Constructionem, non enim annecti possunt; sed numeratum in Nasbo statuunt, in Singulari, sic

عِشْرُونَ رَجُلًا *viginti homines,* عِشْرِينَ رَجُلًا *viginti homines, hominibus.*

2. Peculiaria quaedam pluralia Substantivorum nominum singularium, quae sunt أَرْضٌ *terra*, سَنَةٌ *annus*, quorum pluralia sunt أَرَضُونَ *terrae*, سِنُونَ *anni*, et alia, si quae reperiuntur.

Quarta Declinatio Dyptota

Est pluralium Sanorum generis foeminini, quae declinantur variatione dumtaxat vocalium, exiguntque *dzhammam* in Rafeo, in Nasbo vero et Giarro *kesram*, ut

In Rafeo	In Nasbo	In Giarro.
جَنَّاتٌ *Horti*,	جَنَّاتٍ *Hortos*,	جَنَّاتٍ *Hortorum, Hortis.*
اَلْجَنَّاتُ *Li Orti*,	اَلْجَنَّاتِ *Li Orti*,	اَلْجَنَّاتِ *Delli Orti.*
جَنَّاتُكَ *Horti tui*,	جَنَّاتِكَ *Hortos tuos*,	جَنَّاتِكَ *Hortorum tuorum.*
جَنَّاتُ زَيْدٍ *Horti Zaeidi*,	جَنَّاتِ زَيْدٍ *Hortos Zaeidi*,	جَنَّاتِ زَيْدٍ *Hortorum Zaeidi.*

Haec Declinatio simul cum antecedenti, quamvis in plurali Dyptota sit, in singulari tamen Triptota est; ut

Sing. Rafeus نَاصِرٌ, Giarrus نَاصِرٍ, Nasbus نَاصِرًا

Plur. Rafeus نَاصِرُونَ, Giarrus et Nasbus نَاصِرِينَ

Sing. Rafeus نَاصِرَةٌ, Giarrus نَاصِرَةٍ, Nasbus نَاصِرَةً

Plur. Rafeus نَاصِرَاتٌ, Giarrus et Nasbus نَاصِرَاتٍ

Quinta Declinatio quoque Dyptota

Haec Declinatio comprehendit Nomina, quae ab Arabibus dicuntur غَيْرُ مُنْصَرِفَةٍ *irrevolubilia*, seu *invariabilia*,

quia non habent omnia quae ceteris nominibus praestantur, nimirum *tanuin*, neque *kesram* in casu Giarro; sed exigunt *dzhammam* in Rafeo, *fathham* in Nasbo, in Giarro autem non habent *kesram*, sed *fathham*, nisi habuerint Articulum, vel Affixum, vel fuerint Annexa; ut

Rafeus	Nasbus	Giarrus.
أَحْمَرُ *Ruber*,	أَحْمَرَ *Rubrum*,	أَحْمَرَ *Rubri*, *Rubro*.
أَحَامِرُ *Rubri*,	أَحَامِرَ *Rubros*,	أَحَامِرَ *Rubrorum*, *is*.
حَمْرَاءُ *Rubra*,	حَمْرَاءَ *Rubra*,	حَمْرَاءَ *Rubrae*.

Cum Articulo habent in Giarro Kesram, *ut*

اَلْأَحْمَرُ *il Rosso*, اَلْأَحْمَرَ *il Rosso*, اَلْأَحْمَرِ *del Rosso*.

Similiter cum Affixo vel Annexione, *ut*

أَحْمَرُكَ *Ruber tuus*, أَحْمَرَكَ *Rubrum tuum*, أَحْمَرِكَ *Rubro tuo*.

أَحْمَرُ زَيْدٍ *Ruber Zaeidi*, أَحْمَرَ زَيْدٍ *Rubrum Zaeidi*, أَحْمَرِ زَيْدٍ *Rubro Zaeidi*.

Nota أَحْمَرُ in singulari esse Dyptoton, in plurali autem etiam Triptoton, ut حُمْرٌ, حُمْرًا, حُمْرٍ, et e contra أَصْفَرُ, licet sit ejusdem formae, Dyptoton est tam in Singulari, quam in Plurali.

Sunt autem Nomina Invariabilia

1. Adjectiva Positiva, et Comparativa formae أَفْعَلُ, ut أَحْمَرُ *ruber*, أَكْبَرُ *major*, *maximus*, nisi (quod rarius accidit) foemininum per ة forment; sicuti أَرْمَلُ *viduus*, أَرْمَلَةٌ *vidua*.

2. Adjectiva terminata انَ servili, quae non formant foe-

minina addito ة, ut غَضْبَانُ *iratus*, cujus foemin. est غَضْبَى; sic etiam hujus formae quaedam Adjectiva moventur.

3. Terminata *alef* servili, ut صَفْرَاءُ *flava*; vel ى servili quiescente instar *alef*, ut ذِكْرَى *recordatio*, pro ذِكْرَى, juxta Canonem III. ى; sic etiam غَضْبَى *irata*, قَتْلَى *occisa*. Haecque nomina ratione literae infirmae in sui flexione variationem vocalium non admittunt, ut بُشْرَى *Evangelium*, *ii*, *o*; بُشْرَايَ *Evangelium meum*, *Evang. meo*; بُشْرَاكَ *Evangelium tuum*, *Evang. tuo*; بُشْرَى ٱلْمَسِيحِ *Evangelium*, et *Evangelio Christi*.

4. Pluralia Fracta formae فَعَالِلُ, مَفَاعِلُ, فَعَايِلُ, فَقَاعِلُ, فَوَاعِلُ, ut ضَوَارِبُ *verberantes*, ضَفَادِعُ *ranae*, قَنَادِيلُ *lucernae*, مَدَاخِلُ *vestibula*, خَزَارِنُ vel خَزَرْنَقُ *araneae*. Sed eae formae, quarum ultima radicalis est litera infirma quiescens, licet de motionibus aliud disponant Canones, Triptota sunt, ut reliqua pluralia Fracta, exceptis iis, quae *kesram* penultimam mutant in *fathham*, et ea hujus quoque loci sunt: ut عَذَارَى *virgines*, pro عَذَارِى et عَذَارَى: sic etiam نَصَارَى *christiani*, pro نَصَارِى et نَصَارَى.

5. Regionum, insularum, urbium, pagorum, artium, montium, fluviorum, et locorum quaelibet nomina; ut مِصْرُ *Aegyptus*, قُبْرُسُ *Cyprus*, مَكَّةُ *Mecca*, جِيزَةُ *Giiza*, عَكَّارُ *Acara*, دَرَنُ *Atlas mons*, دِجْلَةُ *Tygris*, غُوطَةُ *Gouta*.

6. Pleraque hominum propria, et inter cetera masculina omnia terminata انُ, ut عِمْرَانُ *Imran*, عُثْمَانُ *Othman*; et barbara pluribus quam tribus literis constantia, ut

ابرهيم *Abraham*, اسحاق *Isaac*, يعقوب *Jaacob*, آدم *Adam*, جهنم *Gehenna*, فردوس *Paradisus* etc., nec non foeminina terminata ة foeminino, ut عيشة *Aisia*; et constantia literis quatuor, ut زينب *Zainab*; vel tribus, quarum media movetur, ut سقر *Saqar*, aut *dzhammam* ante se habet, ut جور *Gioero*. Quae autem tribus constant literis, nec terminantur ة, nisi barbara sint (nam haec sunt dyptota), modo triptota sunt, modo dyptota, ut Nominat. سقرٌ, Genit. سقرٍ, Accusat. سقرًا; et Nomin. سقرُ Genit. et Accusat. سقرَ: sic Nom. دعدٌ, Genit. دعدٍ, Accusat. دعدًا; et Nom. دعدُ, Genit. et Accusat. دعدَ. Quod et reliquis Nominibus invariabilibus (in poësi potissimum) interdum contingit; sicut contra variabilia seu triptota quaedam, invariabilia seu dyptota subinde fiunt: sed utrumque rarum est.

Ceterum invariabilitatis causae novem ab aliis assignantur, quae cum ex dictis facile colligi possint, ideo omittuntur.

De Vocativo.

Vocativus per Accusativum concipitur, ut يا رجلًا *o vir*, يا عبدَ اللّه *o serve Dei*: nisi sit nominis Proprii, aut Appellativi, possidentis Articulum; vel absolute positi, quod significat rem quam vocans intuetur; tum enim concipitur per Nominativum sed absque *tanuin*, ut يا آدمُ *o Adam*, يا محمدُ *o Mohhammed*, يأيها النّاس *o homines*, يا رجلُ *o tu vir* (quem scilicet aspicio), يا رجلان *o vos duo viri*, يا نبيّون *o vos prophetae*. Si quis ad opem invocetur, adhi-

betur non raro Genitivus praefixo لِ, ut يا لَزَيْدٍ *o Zaeide* (*adjuva* scilicet), vel Accusativus cum اهْ, ut يَا زَيْدَاهْ. Adjectivum Vocativo appositum, aut Substantivum per copulativam Conjunctionem ei adjunctum, indifferenter Nominativi terminationem habet, vel Accusativi nisi adsit affixum; tunc enim Accusativi tantum. Cum autem Vocativo addendum est *mi* vel *mei*, id regulariter fit per affixum ى, ut يَا غُلَامِى *o puer mi*; et *fathhato* ى, يَا غُلَامَى; vel eo omisso, ut غُلَامِ; raro per اَ, ut يَا غُلَامَا; rarissime per simplicem *dzhammam*, ut يَا غُلَامُ. Pro أَبِى autem *pater mi*, et أُمِّى *mater mea*, interdum dicitur أَبَتَ vel أَبَتِ, et أُمَّتَ vel أُمَّتِ; quod speciale est, ac in Alcorano cernitur.

Ut unico intuitu ea quae ad Declinationem pertinent, discant tyrones, hic universa breviter tradere libuit.

Declinatio est variatio finium dictionum propter diversitatem Agentium accedentium ad illas *vocaliter*, ut in nominibus Sanis, vel *potentialiter*, ut in nominibus et Verbis Infirmis accidit.

Partes Declinationis, seu finium variationes, quatuor sunt; idest Rafeus, Nasbus, Giarrus, et Giezma; in his enim quatuor omnis declinatio Nominis, ac Verbi constituitur.

Signa Casus Rafei, seu Nominativi, quatuor sunt: *dzhamma*, *vau*, *alef*, et *nun*. *Dzhamma* signum est Rafei quatuor in locis: in Nomine singulari, et plurali fracto, in plurali foeminino perfecto, et in Verbo Modzhareo, in cujus fine nihil est adjunctum.

Vau quoque est signum Rafei in duobus locis; idest in plurali masculino perfecto, et in his quinque nominibus

أَبُوكَ *pater tuus*, أَخُوكَ *frater tuus*, حَمُوكَ *socer tuus*, فُوكَ *os tuum*, ذُومَالٍ *possessor divitiarum*.

Alef autem est signum Rafci in duali Nominum, et Verborum. *Nun* vero est etiam signum Rafei in Modzhareo Verbi, cum adjunctum ei fuerit signum dualis, aut pluralis, aut nota foeminini secundae personae.

Signa Casus Nasbi, seu Accusativi, quinque sunt; *fathha, alef, kesra, je*, et subtractio *nun*. *Fathha* est quippe signum Nasbi in tribus locis, idest in Nomine singulari, et plurali fracto, et in Modzhareo Verbi, cum advenit ei particula Nasbans, nec est adjunctum in fine ejus quidquam.

Alef est signum Nasbi in quinque praedictis nominibus, quae habent أَبَاكَ *pater tuus*, etc. sicque de ceteris similibus, in quibus *vau* Rafei in Nasbo mutatur in *alef*.

Kesra est signum Nasbi in Plurali foeminino integro. Sed et ى est signum Accusativi in duali, et plurali sano. Et rejectio ن est etiam signum Nasbi in Modzhareo Verborum, cum scilicet supervenit particula Nasbans.

Signa Casus Giarri, seu Genitivi, tria sunt; *kesra, je*, et *fathha*. *Kesra* est signum Giarri tribus in locis; idest, in nomine singulari declinabili, et in plurali fracto declinabili, nec non in plurali foeminino integro, seu sano. ى est signum Giarri in duali, et plurali, et in praedictis quinque nominibus, ut أَبِيكَ *patris tui*, etc.

Fathha vero est quoque signum Giarri in nominibus Irrevolubilibus, idest non admittentibus *tanuin*, neque Giarrum.

Quartus, et ultimus Declinationis Casus est *giezma*, cujus duo sunt signa: 1. Quies principale est signum, quod per accessum giezmantis particulae vocalem tollit a Modzhareo. 2. Subtractio literae est signum *giezmae* in duobus locis: Primo in Modzhareo infirmo, cujus ultima est اوى. Secundo in illis Modzharei vocibus, in quibus adveniente particula giezmante, subtrahitur ن. Haecque de Casuum signis.

CAPUT DECIMUM

DE NOMINE COMPARATIVO, ET SUPERLATIVO.

Comparativus formatur a Positivo, praefixo أ; estque formae أَفْعَلُ, ut حَسَنٌ *bonus*, أَحْسَنُ *melior*; صَغِيرٌ *parvus*, أَصْغَرُ *minor*; حَبِيبٌ *charus*, أَحَبُّ (pro أَحْبَبُ) *charior*. Ubi litera infirma cujuscunque Positivi excidit in Comparativo, quod etiam habet post se مِنْ; ut أَعْظَمُ مِنَ ٱلْمَلِكِ *major Rege*. Idem Comparativus si absolute ponatur, aut in regimine, Superlativus est, ut أَللّٰهُ أَعْلَمُ *Deus est scientissimus*; أَحْسَنُ ٱلنَّاسِ *optimus hominum*.

CAPUT UNDECIMUM

DE NOMINIBUS NUMERALIBUS.

Nomina Numeralia duplicis sunt generis, *Cardinalia* nimirum, et *Ordinalia*, quae ambo masculini, vel foeminini generis esse possunt.

Cardinalia sunt

Commun.		Commun.		Foem.	Masc.	
أَلْفٌ	*Mille.*	عِشْرُونَ	20	وَحِدَةٌ	وَاحِدٌ	1
أُلُوفٌ et آلَافٌ	*Millia.*	ثَلٰثُونَ	30	اِحْدَى	أَحَدٌ	
أَلْفَانِ	*Duo millia.*	أَرْبَعُونَ	40	اِثْنَتَانِ	اِثْنَانِ	2
ثَلَاثَةُ أُلُوفٍ	*Tria millia.*	خَمْسُونَ	50	ثَلَاثٌ	ثَلَاثَةٌ	3
أَرْبَعَةُ أُلُوفٍ	*Quatuor millia.*	سِتُّونَ	60	أَرْبَعٌ	أَرْبَعَةٌ	4

Commun.		Commun.		Foem.	Masc.	
تسعة ألوف	*Novem millia.*	سبعون	70	خمس	خمسة	5
عشرة ألوف	*Decem millia.*	ثمانون	80	ست	ستة	6
كرة	*Centum millia.*	تسعون	90	سبع	سبعة	7
كرتان	*Ducentum millia.*	مأية	100	ثمان	ثمانية	8
كرات	Plur. *Millia.*	مأيتان	200	تسع	تسعة	9
ربوة	*Decem millia.*	ثلاث مأية	300	عشر	عشرة	10

Horum prima duo regulariter formant foemininum; sequentia octo masculina sunt sub terminatione foeminina, et vice versa: reliqua usque ad *Centum* communia sunt. At *Centum* foeminina, et *Mille* masculina semper voce profertur. Ea autem, quae terminantur ن, Dyptota sunt ut reliqua dualia, et pluralia perfecta; cetera vero Triptota. Ultimus numerus communiter sumitur etiam per decies centena millia.

Reliqua his componuntur, minori numero perpetuo praemisso; idque sine Conjunctione copulativa usque ad *Viginti*; ut

Foem.	Masc.		Foem.	Masc.	
اثنتا عشرة	اثنا عشر	12	احدى عشرة	أحد عشر	11
أربع عشرة	أربعة عشر	14	ثلاث عشرة	ثلاثة عشر	13

et sic de ceteris; ita ut in hac compositione regulariter عشر sit masculinum, et عشرة foemininum, et utrumque terminetur nuda vocali *fathha*, idque in omni casu, praeterquam in اثنا عشر, et اثنتا عشرة, quorum casus obliquus est اثنى عشر et اثنتى عشرة.

In reliquis a 20. usque ad 99. accedit Conjunctio absque ulla mutatione, praecedente tamen numero minori, hoc modo:

Nasbus.	Giarrus.	Rafeus.	
أَحَدًا وَ عِشْرِينَ	أَحَدٍ وَ عِشْرِينَ	أَحَدٌ وَ عِشْرُونَ	21 Masc.
وَاحِدَةً وَ عِشْرِينَ	وَاحِدَةٍ وَ عِشْرِينَ	وَاحِدَةٌ وَ عِشْرُونَ	21 Foem.

Sicque de ceteris usque ad 99. Ultra 100. minor numerus postponendus est; sic مِائَةٌ وَ وَاحِدَةٌ , مِائَةٌ وَوَاحِدٌ 101.etc.

A 200. vero usque ad 900. praemittitur minor numerus, dempto vel retento ة , atque communis generis et indeclinabilia redduntur ; veluti ثَلَاثُمِائَةٍ vel ثَلَاثَ مِائَةٍ 300., أَرْبَعُمِائَةٍ aut أَرْبَعَ مِائَةٍ 400.

Eadem ratione ultra 200. componitur usque in infinitum.

Ordinalia sunt

Foem.	Masc.		Foem.	Masc.	
سَادِسَةٌ	سَادِسٌ	*Sextus.*	أُولَى	أَوَّلٌ	*Primus.*
سَابِعَةٌ	سَابِعٌ	*Septimus.*	ثَانِيَةٌ	ثَانٍ	*Secundus.*
ثَامِنَةٌ	ثَامِنٌ	*Octavus.*	ثَالِثَةٌ	ثَالِثٌ	*Tertius.*
تَاسِعَةٌ	تَاسِعٌ	*Nonus.*	رَابِعَةٌ	رَابِعٌ	*Quartus.*
عَاشِرَةٌ	عَاشِرٌ	*Decimus.*	خَامِسَةٌ	خَامِسٌ	*Quintus.*

عِشْرُونَ *vigesimus*, *ma* ; ثَلَاثُونَ *trigesimus* , *ma* ; et sic de ceteris denariis : nam in his non differunt Ordinalia a Cardinalibus.

Reliqua ex his componuntur eodem fere modo, quo Cardinalia, ut

Foem.		Masc.		
عَشَرَةَ	حَادِيَةَ	عَشَرَ	حَادِىَ	*Undecimus.*
عَشَرَةَ	ثَانِيَةَ	عَشَرَ	ثَانِىَ	*Duodecimus.*
عَشَرَةَ	ثَالِثَةَ	عَشَرَ	ثَالِثَ	*Tertius decimus.*

Et sic cetera, ut Aptota quoque sint per *fathham*, ut

حَادِيَةَ وَ عِشْرُونَ | حَادِىَ وَ عِشْرُونَ

Usurpatur autem pro Ordinali numerus Cardinalis, cum numeratum non est restrictum.

Sunt praeterea Numeri Distributivi, qui more Nominum declinari possunt, vel etiam irrevolubiliter usurpari; suntque generis

Masculini.	Foeminini.	Communis.
وَاحِدًا وَاحِدًا	وَاحِدَةً وَاحِدَةً	مُوَحَّدَ مُوَحَّدًا vel أُحَادَ أُحَادَ
singuli.	*singulae.*	*singuli*, vel *singulae.*
اِثْنَيْنِ اِثْنَيْنِ	اِثْنَتَيْنِ اِثْنَتَيْنِ	مُثَنَّى مُثَنَّى vel ثُنَاءَ ثُنَاءَ
bini.	*binae.*	*bini*, vel *binae*
ثَلَثَةً ثَلَثَةً	ثَلَاثًا ثَلَاثًا	مُثَلَّثَ مُثَلَّثَ vel ثُلَاثَ ثُلَاثَ
terni.	*ternae.*	*terni*, vel *ternae.*

Et sic de ceteris. Distributivi enim masculini, a tertio usque ad decimum, sunt numeri Cardinales replicati cum *tanuin fathha*. Foeminini vero sunt quoque Cardinales foeminini, quibus additur terminatio Nasbi, scilicet *alef* et *tanuin fathha*. Communis autem generis sunt numeri Ordinales masculini, translato ا existente post primam ante ul-

timam dictionis literam, quae simul cum secunda *fathham* habet, prima vero *dzhammam*: vel posito *mim dzhammato* ante primam radicalem, ac excidente ا, in cujus compensationem media radicalis habet *tescdid* cum *fathha*, prima habet *dzhammam*, reliquae omnes *fathham*.

Haec nomina licet regulariter locentur in Nasbo, in aliis quoque Casibus locari possunt; masculina quidem, et foeminina, tanquam revolubilia, communia vero, ut irrevolubilia.

Alii sunt numeri, quibus aliquid in duas, vel plures partes aequales dividitur, suntque formae فَعْلٌ, vel فُعُلٌ, vel فَعِيلٌ: *medietas* enim dicitur أَلنِّصْفُ نِصْفٌ, et نِصْفَانِ *duae medietates*. Dices شَقَّهُ نِصْفَيْنِ *divisit eum bifariam*; ثُلُثٌ vel ثَلِيثٌ *tertia pars*, رُبُعٌ vel رُبْعٌ vel رَبِيعٌ *quarta pars*; sic quoque partes 5. خُمُسٌ; 6. سُدُسٌ, 7. سُبْعٌ vel سَبِيعٌ, 8. ثُمُنٌ, 9. تُسْعٌ, 10. عُشْرٌ. Supra *Decem* sumuntur numeri Ordinales.

Ad hos accedunt quoque sequentes numeri, qui passim obviam veniunt ثُنَائِيٌّ *binarius*, ثُلَاثِيٌّ *ternarius*, رُبَاعِيٌّ *quaternarius*, خُمَاسِيٌّ *quinarius*, سُدَاسِيٌّ *senarius*, سُبَاعِيٌّ *septenarius*, ثُمَانِيٌّ *octonarius*, تُسَاعِيٌّ *novenarius*, عُشَارِيٌّ *denarius*. Dicitur etiam نِصْفَيْنِ vel حَالَيْنِ *bifariam*, ثَلَاثَةَ أَحْوَالٍ *trifariam*, ثَلَاثَةَ أَيَّامٍ *tridium*, أَرْبَعَةَ سِنِينَ *quadriennium*, etc. مُفْرَدٌ vel وَحْدَانِيٌّ *simplex*, مُضَاعَفٌ *duplex*, ثَلَاثَةَ أَضْعَافٍ *tri-*

plex, etc. Item مرة واحدة *semel*, مرتين *bis*, ثلاث مرات *ter*, أربع مرات *quater*, etc.

CAPUT DUODECIMUM

DE PRONOMINE.

Nominis vicem subeunt Pronomina; quae sunt *separata*, vel aliis vocibus *affixa*. Separata sunt triplicia, Personalia, Demonstrativa, et Relativa, quae Generibus et Numeris variantur ut Nomina, sed Casus non agnoscunt; nisi dualia Demonstrativa, et Relativa, quae more Nominum Dyptota sunt.

Personalia autem sunt haec.

Pluralia			Dualia		Singularia			
illi.	*vos.*	*nos.*	*illi duo,*	*vos duo,*	*ille.*	*tu.*	*ego.*	
هم	أنتم		et *duae.*	et *duae.*	هو	أنت		Masc.
illae.	*vos.*	نحن	هما	أنتما	*illa.*	*tu.*	أنا	Com.
هن	أنتن				هي	أنت		Foem.

Quorum ea, quae tertiae personae sunt, pro verbo Substantivo cujusvis personae saepissime usurpantur.

Horum Pronominum significatio est in casu Rafeo; pro Nasbo vero adhibetur particula إيا cum Pronominibus affixis, hoc modo:

Plur.		Dualis.	Singul.		
Foem.	Masc.	Com.	Foem.	Masc.	
ايّاهُنَّ	ايّاهُمْ	ايّاهُمَا	ايّاهَا	ايّاهُ	3
ipsas.	*ipsos.*	*ipsos duos*, et *duas*,	*ipsam.*	*ipsum.*	
ايّاكُنَّ	ايّاكُمْ	ايّاكُمَا	ايّاكِ	ايّاكَ	2
vos.	*vos.*	*vos duos*, et *duas.*	*te.*	*te.*	
ايّانَا			ايّايَ		1
nos.					

Demonstrativum duplex est; *propinquum*, et *remotum*. Demonstrativum Propinqui est ذَا *hic*, quod sic flectitur:

Plur.		Dual.		Singul.	
		ذَيْنِ *istorum duorum.*	ذَانِ *isti duo.*	ذَا	*Hic, iste, ille.*
أُولَى *istae*,	أُولَآءِ *isti*	تَيْنِ *istarum duarum.*	تَانِ *istae duae.*	ذِهْ ذِهِي ذِي تَا تِهْ تِهِي تِي	*Haec, ista, illa.*

Demonstrativum Remoti fit addito كَ, in hunc modum:

Plur.		Dual.		Singul.	
Com.		*in obliq.*	*in recto.*		
أُولَاكَ	أُولَائِكَ	ذَيْنِكَ	ذَانِكَ	ذَاكَ	*ille.*
		تَيْنِكَ	تَانِكَ	تَاكَ	*illa.*

Ante كَ in Singul. et Plur. non raro assumitur لِ, ut dicatur ذَالِكَ *illae*, et cum م paragogico ذَالِكُمْ; تِلْكَ *illa*; أُولَالِكَ *illi*, et *illae*. Utrique autem, nisi لِ illud assumatur, crebro praefigitur هَا; cujus tamen ا compendii causa non

solet scribi ; sed per *fathham* perpendicularem, aut *maddam* repraesentari, (quod et ذَا ante لْ, et aliis vocibus ا quiescens habentibus creberrime accidit) hoc modo :

Plur.	Dual.		Singul.	
هٰؤُلَاءِ	هٰذَيْنِ	هٰذَانِ	هٰذَا	Masc.
	هٰتَيْنِ	هٰتَانِ	هٰذِهِ	Foem.

Plurale autem solum de personis dicitur, de ceteris rebus non item, sed pro his assumitur singulare foemininum, ut هٰذِهِ ٱلْكُتُبُ *isti libri.* Notandum insuper est ذَا, et تَا in triplici numero ubique sumere posse omnia affixa, quae a litera ك incipiunt, ut ذَاكُمْ *hic vestrum*, etc.

Pronomen Relativum est أَلَّذِى *qui*, ejusque foemininum أَلَّتِى *quae*, compositum ex articulo أَلْ, et لَذِى, لَتِى ; flectiturque hoc modo :

Plur.			Dual.		Singul.	
أَللَّاءِى	أَللَّائِى	أَلَّذِينَ	أَللَّذَيْنِ	أَللَّذَانِ	أَلَّذِى	Masc.
أَللَّاءِ	أَللَّوَاتِى	أَللَّاتِى	أَللَّتَيْنِ	أَللَّتَانِ	أَلَّتِى	Foem.

Nun duale hic, et in Demonstrativis interdum habet *tescdid*, in compensationem ultimae Singularis excidentis.

Relativa quoque sunt, sed antecedens includentia, مَنْ *is qui*, et *ii qui*, *quicumque* ; مَا *id quod*, *quodcumque*, *ea quae*, *quaecumque* : illud de personis, hoc de rebus dicitur, et utrumque non raro interrogat.

أَىٌّ autem *quis*, *qualis*, nomen est interrogativum, et substantivum ; unde aliud substantivum regit in Genitivo,

ut أَيُّ كِتَابٍ *qualis liber*, مِنْ أَيِّ كِتَابٍ *ex quo*, vel *quali libro*?

Pronomina Affixa Nominibus, Verbis, et Particulis affiguntur; cum Nominibus significant possessionem, referuntque Pronomina Latinorum possessiva; cum Verbis ut plurimum casum patientem: non raro tamen Dativum, maxime cum Accusativus alius sequitur; suntque

Plur. 3.	2.	1.	Dualis. 3.	2.	Singul. 3.	2.	1. Pers.	
هُمْ	كُمْ				هُ	كَ		Masc.
		نَا	هُمَا	كُمَا			ى	Com.
هُنَّ	كُنَّ				هَا	كِ		Foem.

Pro ى, cum Verbis et Particulis terminatis ن, est نِى.

Nunquam autem mutantur: nisi quod هُ هُمَا هُمْ هُنَّ dzhammam in kesram mutant, cum immediate praecedit kesra, ut مِنْ رَبِّهِ *a domino suo*; vel ى vocali destitutum, ut فِيهِ *in eo*, فِيهِمْ *in eis*; et عَلَيْهِ *super eo*, عَلَيْهِمْ *super eos*.

Affixum vero ى primae personae, cum annectitur dictioni terminatae aliqua literarum ا و ى vocali destituta, assumit *fathham*, et si aliud ى praecedat, coalescunt in unum, virtute *tescdid*; si vero و, vertitur in ى itidem immisso, ut خَطَايَا *peccata*, خَطَايَاىَ *peccata mea*; غُلَامَانِ *duo pueri*, غُلَامَاىَ *duo pueri mei*; غُلَامَيْنِ *duorum puerorum*, غُلَامَىَّ *duorum puerorum meorum*; مُسْلِمِينَ *fidelium*, مُسْلِمِىَّ *fidelium meorum*. Et sic a مُسْلِمُونَ fit quoque مُسْلِمِىَّ juxta Canon. V. *je*;

عَصًا *baculus*, عَصَايَ *baculus meus*; رَامٍ *sagittarius*, رَامِيَّ *sagittarius meus*. Et istud ى post *kesram* interdum excidit, quod frequens est in Vocativo, ut رَبِّ *domine mi*: et fere perpetuum est, cum praecedit aliud ى descendens ex *hamza*, ut أَحِبَّايَ *amici mei*, أَبَايَ *patres mei*. Sic pro نى in Verbis praecipue occurrit نِ, ut أَنْصُرُونِ *adjuvate me*.

Et vocibus nullam inducunt mutationem, nisi quod in Nominibus *nun* casuale seu *tanuin* finale tollunt, ut supra dictum est; et ى insuper tollit ultimam vocalem, ut كِتَابٌ *liber*, كِتَابِي *liber meus*; ac ة foemininum in ت mutant, ut عَمَّةٌ *amita*, عَمَّتُكَ *amita tua*; nec non *hamza* ultimum in و vel ى vertunt, juxta Canonem I. *alef*. In Verbis autem expellunt ا otiosum post و servile, ut نَصَرُوا *adjuverunt*, نَصَرُونَا *adjuverunt nos*: et terminationi تُمْ *adjiciunt* و, ut نَصَرْتُمْ *adjuvistis*, نَصَرْتُمُوهُ *adjuvistis eum*.

In utrisque autem tum Nominibus, tum Verbis, *je* finale post *fathham* quiescens instar *alef*, libere in *alef* quiescens mutant, vel relinquunt ى, ut رَمَى *jecit*, رَمَاهُ, et رَمِيهُ *jecit eum*; فَتًى *puer*, فَتَاهُ et فَتَيهُ *puer ejus*. In Particulis vero hoc ى diphthongescit, ut إِلَى *ad*, إِلَيْهِ *ad eum*.

Uni autem Verbo duo interdum annectuntur Affixa, ut أَعْطَانِيهِ *dedit mihi eum*, يُكْفِيكَهُمْ *sufficere fecit tibi illos*.

Possunt quoque Affixa separatim Verbis apponi, sed praefixo إِيَّا, de quo supra; dici enim potest ضَرَبَكَ, atque etiam ضَرَبَ إِيَّاكَ *verberavit te*.

Actiones autem reciprocae per nomen نَفْسٌ cum affixis exprimuntur, ut أَحْبَبْتُ نَفْسِى *dilexi me* (quasi dicat *animam meam*), أَحْبَبْتُمْ أَنْفُسَكُمْ *dilexistis vos ipsos*, etc. Rarissime per nudum Affixum, ut أُحِبُّنِى *diligo me*. Haecque de Pronomine, et de Nomine in universum dicta sufficiant.

SECUNDI LIBRI

PARS TERTIA

EXPLICANS NATURAM ET QUALITATEM PARTICULARUM.

CAPUT PRIMUM

DE PARTICULA.

Particulam esse tertiam Orationis partem multoties dictum est, cujus nomen est حَرْف *hharf*, et definitur كَلِمَةٌ دَالَّةٌ عَلَى مَعْنًى بِغَيْرِهَا, idest *dictio ostendens super significatum* (hoc est *significans aliquid*) *cum alio ab ipsa ;* videlicet, Particula proprie non est per se significativa ; consortium enim Verbi vel Nominis semper exigit, ut aliquid perfecte significet, estque indeclinabilis. Sub se Latinorum Praepositiones, Conjunctiones, Interjectiones aliquas, et Adverbia nonnulla continet.

Particularum aliae sunt *conjunctae*, quae perpetuo aliis vocibus praefiguntur; aliae *separatae* : Conjunctae sunt octo literae أَبْتَسْ فَكَلُو .

ا habet *fathham*, estque nota interrogationis, ut أَمَاتَ *an obiit?* أَأَنْتَ *an tu?* أَإِنْ *an in?* et vocandi articulus, ut أَيُوسُفُ *o Josephe*, et vocat propinquum.

ب semper possidet *kesram*, et

1. Significat *in*, ut بِالْمَسْجِدِ *in templo.*

2. Notat *instrumentum*, ut كَتَبْتُ بِقَلَمٍ *scripsi calamo.*

3. Valet *cum*, quando videlicet subjungitur Verbis adventus et discessus, quae tunc per *adducere*, *afferre*, *ab-*

ducere, *auferre* exponuntur, ut أَتَوْا بِكِتَابٍ *venerunt cum libro*, i.e. *attulerunt librum*; ذَهَبُوا بِٱلْفَتَى *abduxerunt puerum*, vel *juvenem*.

4. Significat *per*, ut بِأَبِي *per patrem meum*.

5. Valet *propter*, ut بِدُخُولِكَ *propter introitum tuum*.

6. Est jurandi particula, ut بِٱللهِ *per Deum*; بِٱلْأَرْضِ *per terram*.

7. Praefigitur Nominativo pleonastice, hoc est ad ornatum, et complementum pulchri sermonis, ut ٱللهُ بِقَدِيرٍ *Deus est in potente*, idest *potens*; أَنَا بِمُؤْمِنٍ *ego sum in credente*, i. e. *credens*.

8. Constructioni Verborum peculiariter inservit, ut مَرَّبِي *praeteriit me*.

ت praefigitur nomini ٱللّٰه cum *fathha*, et est jurandi particula, ut تَٱللهِ *per Deum*.

س praefigitur Modzhareo in significatione Futuri, habetque *fathham*, et valet *post*.

ف habet *fathham*, et significat *ac*, *dein*; subjungitque praecedenti id quod reipsa posterius est et sequitur, sed sine mora; quod differt a ثُمَّ. Initio tamen sententiae, et post dictiones complectivas saepe redundat, et complectiva est. Emphasin egregiam importat, et per *igitur* commode saepe redditur, cum Imperativo praefigitur. Exempla passim sunt obvia.

ك *fathham* quoque possidet, et significat *sicut*, *instar*, regitque Giarrum, seu Genitivum, nec admittit affixa, ut كَرَجُلٍ *sicut vir*.

ل 1. Est Dativi nostri nota, regitque Genitivum, ac ob-

tinet *kesram*, ut لِرَبِّ *domino*: cum Affixis tamen (excepto لِي *mihi*) habet *fathham*, ut لَكَ *tibi*, لَهُمْ *illis*, لَنَا *nobis*, لَهُ *ei*.

2. Significat *ob*, *propter*, cum *kesra*, ut ضَرَبْتُهُ لِكَذِبِهِ *verberavi eum ob mendacium ejus*.

3. Denotat *ad*, ut ضَرَبْتُهُ لِلتَّأْدِيبِ *verberavi eum ad erudiendum*.

4. Est juramenti, cum admiratione, particula, ut لِلّٰهِ *per Deum!*

5. Cum *fathha*, est vocationis ad opem nota, ut يَا لَزَيْدٍ *o Zaeide, adjuva*.

6. Per pleonasmum eleganter vocibus praefigitur cum *fathha*, nec mutationem ullam inducit; cum alibi, tum maxime initio Praedicati, cujus Subjectum ante se habet إِنَّ, ut إِنَّ ٱللّٰهَ لَقَدِيرٌ *etenim*, seu *utique*, *Deus est potens*; إِنَّ ٱللّٰهَ لَفِي ٱلسَّمَاءِ *etenim Deus est in Coelo*; إِنَّ ٱللّٰهَ لَيُحِبُّ ٱلْمُؤْمِنِينَ *namque*, *equidem Deus amat fideles*.

7. Praefigitur Praeterito cum *fathha*, vertitque id in Optativum.

8. Praefigitur Modzhareo cum *kesra*, et tunc aut format ex eo Imperativum, inducitque apocopen; aut significat *ut*, inducitque antithesin.

9. Peculiariter inservit Verbis, ut رَدِفَ لَكُمْ pro رَدِفَكُمْ *ejecit vos*.

و habet *fathham*, estque 1. Conjunctio copulativa, *et*, *etiam*; sed non includit ordinem ut فَ, v. g. جَاءَ عِنْدِي يَعْقُوبُ فَبُطْرُسُ *venit ad me Jacobus, deinde Petrus*; جَاءَ عِنْدِي يَعْقُوبُ وَبُطْرُسُ *venit ad me Jacobus, et Petrus* (simul).

2. Jurandi particula, regitque Giarrum, seu Genitivum, ut وَرَبِّ *per Dominum*.

3. Praepositio aequivalens *cum*, et regit Accusativum, ut جَاءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ *venit Imperator cum exercitu*.

CAPUT SECUNDUM

DE PARTICULIS SEPARATIS.

Varia hujusmodi Particularum genera enumerantur, quae more nostro visum est distinguere in Adverbia, Conjunctiones, Praepositiones, et Interjectiones; omnesque immutabiles sunt.

Adverbia Loci.

أَيْنَ , حَيْثُ *ubi*; et hinc مِنْ أَيْنَ , مِنْ حَيْثُ *unde*; إِلَى أَيْنَ, إِلَى حَيْثُ *quo*; حَيْثُمَا , أَنَّى *ubicumque*; هُنَا , هُنَّا et هَاهُنَا *hic*; هُنَاكَ , هُنَالِكَ *illic*; مِنْ هُنَا *hinc*; مِنْ هُنَاكَ *illinc*; إِلَى هُنَا *huc*; إِلَى هُنَاكَ *illuc*; أَسْفَلَ *inferne*; يَمِينَ *dextrorsum*; يَسَارَ *sinistrorsum*; شِمَالَ *a sinistra*.

Adverbia Temporis.

مَتَى *quando*, *cum*; قَدْ *jam*, *ante*, cum Praeterito; *interdum* cum Modzhareo. Saepe etiam cum Praeterito vacat, aut indicat Praeteritum non venire loco Futuri, vel Praesentis, aut emphasin solum aliquam importat, ut et فَقَدْ et لَقَدْ ; قَطُّ *unquam*; ثُمَّ et ثُمَّتَ *deinde*; إِذْ , إِذَا , إِذَا مَا, et أَيَّانَ *quum*; يَوْمَ , حِينَ et يَوْمَئِذٍ , حِينَئِذٍ *tunc*; لَمَّا , إِذْ , بَعْدَ,

قَبْلَ *post* ; سَى , سَفْ , سَوْ , سَوْفَ *postquam* ; مِنْ بَعْدِ مَا *post* ; حَتَّى أَنْ , حَتَّى اذَا , حَتَّى *posthac* ; بَعْدَ هَذَا *antehac* ; هَذَا , et مِنْ بَعْدُ *postea* ; بَعْدُ , et مِنْ قَبْلُ et قَبْلُ *antea* ; مِنْ قَبْلِ أَنْ *antequam*. الى أَنْ *donec* ;

Adverbia Vocandi.

أَ propinquum vocat, de quo supra ; أَيْ, mediocriter distans ; آ , أَيَا et هَيَا, remotum ; يَا omnia : et sequente Articulo أَيُّهَا et يَا أَيُّهَا , et foem. أَيَّتُهَا et يَا أَيَّتُهَا *o*.

Adverbia Demonstrandi.

اذْ , اذَا , هَا , هُوذَا , هَا هُوذَا , هَانَذَا , foem. هَانَذِهِ *ecce*.

Adverbia Interrogandi.

أَ , هَلْ , رُبَّ *an* ? *nunquid* ? أَمَا , أَلَا , أَفَلَا , أَوَلَا , أَلَمْ , أَفَلَمْ , أَوَلَمْ *an non* ? لِمَ pro لِمَا *cur* ? *quare* ? لِمَهْذَا *quare hoc* ?

Adverbia Affirmandi.

اى , نَعَمْ , بَلَى , جَيْرِ , أَجَلْ , انَّ *ita*, *etiam* ; أَمِينَ *amen*.

Adverbia Negandi.

لَا *non*, et *ne* prohibitive ; كَلَّا *nequaquam*, *minime* ; مَا , لَمْ , لَيْسَ *non* (sed hoc ultimum modo Praeteriti quoque conjugatur, venitque pro Verbo Substantivo negante ; ut لَيْسَ *non est*, لَسْتُمْ *non estis*, etc.); انْ idem, sed, nonnisi sequente الّا, *nisi* ; لَمَّا idem, et *nondum* ; لَنْ *nequaquam*.

Alia Adverbia.

كَيْفَ , أَنَّى *quomodo*; كَيْفَمَا *quomodocumque* ; لِمَا , et لِمَ , *quare* ; فَقَطّ *solum* , et semper postponitur ; اِنَّمَا *solummodo, tantum*; لَيْتَ , يَا لَيْتَ *utinam* , *o utinam* ; لَيْتَمَا *utinam quod* ; لَعَلَّ *fortasse* ; لَعَلَّمَا *forsitan quod* ; رُبَّ idem , et *interdum* , sed regit Genitivum, seu Nominativo dat Genitivi terminationem ; اِذَنْ *age* ; اِذًا idem , et *utique* ; كَأَنَّ et كَأَنْ *sicuti* ; كَأَنَّمَا *quasi quod* ; كَمَا *ac si* ; كُلَّمَا *quotiescumque*.

Reliqua Adverbia fere exprimuntur per Accusativos nominum : حَسَنًا *bene* , شَرًّا *male* , حَكِيمًا *sapienter* , كَثِيرًا *multum* , جِدًّا *vehementer* , مَعًا *simul* , خَارِجًا *foris* , بَعِيدًا *eminus* , أَوَّلًا *primum* , أَمْسًا *heri* , غَدًا *cras* : et cum Articulo, اَلْيَوْمَ *hodie* , اَلْآنَ *nunc*: vel per Genitivum cum praepositione, ut مِنْ فَوْقٍ *desuper* , اِلَى دَاخِلٍ *intro* , اِلَى آلْآنِ *hactenus*, مِنَ آلْآنِ *posthac* ; etc. (1)

---

(1) Huc etiam pertinent multae loquendi formulae adverbiales, quae duobus nominibus in Accusativo positis constant, et quorum unum ad alterum refertur , ut بَيْتَ بَيْتَ pro بَيْنَ ; كُلَّ صَبَاحٍ وَمَسَاءٍ pro صَبَاحَ مَسَاءَ ; مِنْ بَيْتٍ اِلَى بَيْتٍ pro بَيْنَ ; كَيْتَ كَيْتَ vel كَيْتِ كَيْتِ etc.

Conjunctiones Copulativae sub quibus et disjunctivae et adversativae continentur.

فَ *et*, atque *adeo* ; وَ *et;* ثُمَّ *et*, *deinde*, *tum* ; حَتَّى idem, et *ut* ; أَوْ, امَّا *vel*, *aut* ; أَمْ *an*, *vel* ; بَلْ, لَكِنْ et لَكِنَّ *sed* ; لَكِنَّمَا *verum quod* ; لَا *non autem*.

Causales.

انَّ *nam, sane, etenim, utique* ; انَّمَا *sane quod* ; لَنْ, أَنَّهُ et أَنْ *quod* ; لأَنَّ et لِأَنَّ *quia* ; أَنْ, حتّى, كَى, لِكَىْ, كَيْمَا, لِكَيْمَا *ut* ; أَنَّمَا *quod* ; أَلاَّ, لِئَلَّا, كَيْلَا, لِكَيْلَا *ne* ; مَـا *eo quod* ; لَوْ *si* (de Praeterito) ; انْ, لَئِنْ idem (de Modzhareo;) لَوْمَا, لَوْلَا, الاَّ et هَلَّا *nisi* ; وَانْ, وَلَوْ et رُبَّمَا *etsi*, *quamvis* ; مِنْ ثَمَّ *propterea*.

Complectivae, sive Abundantes.

امَّا, انْ, أَنْ, انَّمَا, فَأَمَّا, وَأَمَّا, فَانْ, etc. *autem*.

Praepositiones.

مِنْ *a*, *ab*, *ex*, *de*, saepe pleonastice nomini apponitur; الَى *ad*, *cum* ; حَتَّى *usque ad*, *donec*, *cum* ; فى *in*, *super*, *de* ; عَنْ *a*, *de* ; عَلَى *super*, *de* ; لَدَى, لَدُنْ et interdum لِدُنْ, لَدْنِ, لَدِنِ, لُدْ, لَدُ, لَدْ, لُدْ *apud* ; مِنْ لَدُنْ *a* ; مُذْ

et مُنْذُ *inde*, *a*, (de tempore); حَاشَا, عَدَا, خَلَا, *praeter*. Quae omnia admittunt Affixa, praeter حَتَّى, مُذْ et مُنْذُ.

Reliquae autem Praepositiones exprimuntur per nomina Substantiva adverbialiter posita, idest in casu Nasbo seu Accusativo, sed abjiciente *nun* vocale ob regimen; ut فَوْقَ *supra*, تَحْتَ *infra*, قَبْلَ *ante*, قُدَّامَ *ante*, وَرَآءَ *retro*, أَمَامَ *coram*, عِنْدَ *apud*, مَعَ *cum*, et دُونَ *praeter*, *infra* (de numero), et *non autem*. Subintellecta simul praepositione, si qua praecessit, عَبْرَ *trans*, بَدَلَ *pro*, حَوْلَ *circa*, بَيْنَ *inter*, خَلْفَ *post*, *retro*, شَطْرَ *versus*, et si quae similia, quo pertinent سِوَى, سُوَى, سَوَاءَ, et غَيْرَ *praeter*; quae tamen interdum variant terminationem, ut dicetur Libro sequente: vel per Genitivum, praecedente Praepositione; ut مِنْ فَوْقِ *superne*, مِنْ بَعْدِ *post*, مِنْ دُونِ *praeter*, مِنْ أَجْلِ *propter*, لِأَجْلِ idem, etc.

Interjectiones.

آهْ *Ad*, vociferantis, et increpantis.

أَهْ *Ah*, dolentis, et querentis; أَخْ *Ach*, fastidientis; أُفٍّ *uf*, detestantis.

Has tamen docebit facile usus; وَيْلٌ autem *vae*, Nomen est, et cum Articulo اَلْوَيْلُ dicitur; et regit Genitivum cum لِ.

APPENDIX.

Haec كَمْ ac كَأَيِّنْ et كَائِنْ *quot*, et كَذَا *tot*, Nomina quidem videntur potius esse, quam Particulae; sed

tamen Particularum more immutabilia sunt: quod et nominibus, sonitus animaliumque voces significantibus, et paucis etiam aliis, Praeteriti aut Imperativi valorem obtinentibus, contingit; ut غَاقِ *crocitatio;* هَاتِ *da, offer;* نَزَالِ *descende.*

CAPUT TERTIUM

DE DIVISIONE PARTICULARUM.

Hactenus recensita Particularum genera, significationis et constructionis causa, aliter dividunt Arabes atque appellant. Primo sunt Particulae Annexionis, seu Contractionis, quae et *Giarrantes* vocant; statuunt enim nomina, quibus praemittuntur, in casu Giarro: quales sunt

Particulae Giarrantes

مِنْ *a, ab, ex, de.*	فِي *in.*	حَاشَا , خَلَا , عَدَا *praeter.*
اِلَى *usque ad.*	عَلَى *super, versus, contra, secundum.*	بِ *cum, in, per.*
حَتَّى *usque ad.*	عَنْ *a, ab, de.*	وَ et تَ *per.*
رُبَّ *vix, forte.*	مُذْ et مُنْذُ *a, ex,* tempo-ris.	لِ et كَ *ut, sicut, ad.*

Particulae cum suis motionibus, et signis ubique observandae sunt. Habet enim *nun* particulae مِنْ et عَنْ perpetuo *giezmam*, nisi sequatur ا unionis, ut in Orthographia visum est. Cui si affigantur Pronomina primae personae singularis et pluralis, et ى Verbis apponi solitum, ن sic contrahitur مِنِّي عَنِّي *ex me*, مِنَّا *a nobis*, pro عَنْنِي مِنْنِي, et مِنْنَا: sicque cum affigitur مَا *id quod*, ن in م convertitur

hoc modo, مِمَّا , et عَمَّا *ex eo quod*, pro مِنْ مَا , et عَنْ مَا ;

quod et ceteris particulis in ن quiescenti desinentibus accidit. Porro

I. مِنْ diversa denotat:

1. Incoeptionem motus; ut خَرَجْتُ مِنَ ٱلْمَسْجِدِ *exivi de templo.*
2. Compositionem materiae ex qua; ut أَلْبَيْتُ مِنَ ٱلْحِجَارَةِ وَٱلْخَشَبِ *domus ex lapidibus et lignis*, idest *composita.*
3. Partialitatem, hoc est, partem rei; ut أَخَذْتُ مِنَ ٱلدَّرَاهِمِ *accepi de numis*, idest *partem numorum.*
4. Declinationem; ut اِجْتَنِبُوا ٱلرِّجْسَ مِنَ ٱلْأَوْثَانِ *fugite abominationem ex simulachris*, idest, *quae sunt simulachra.*
5. Pleonastice, sive abundanter tantum praeponitur Nominibus habentibus casum Rafeo, vel Nasbo, idque praecipue cum sermo est negativus; ut مَا جَاءَنِي مِنْ أَحَدٍ pro مَا جَاءَنِي أَحَدٌ *non venit ad me quisquam.*

II. إِلَى proprie significat terminationem interdum motus localis; ut رُحْتُ مِنَ ٱلْبَيْتِ إِلَى ٱلْكَرْمِ *ivi e domo usque ad vineam.* Interdum solius ordinis, vel enumerationis; ut زَادَ مِنْحَةً إِلَى مِنْحَةٍ .

III. حَتَّى idem significat ac إِلَى, hac tamen differentia, quod prima significat etiam exclusive, secunda inclusive tantum; ut أَكَلْتُ ٱلسَّمَكَةَ إِلَى رَأْسِهَا *comedi Piscem usque ad caput ejus*, exclusive; vel حَتَّى رَأْسِهَا *usque ad caput ejus*, inclusive.

IV. فِي proprie significat continentiam, sive locationem,

ut أَلْمَآءُ فِى آلْكُوزِ ; *hoc factum est in anno* هٰذَا كَانَ فِي آلسَّنَةِ *aqua est in urceo*.

V. رُبَّ denotat paucitatem seu penuriam, et praeponitur nomini singulari Substantivo carenti Articulo; ut رُبَّ رَجُلٍ صَادِقٍ وَجَدْتُ *vix hominem veridicum reperi.* Cum annexum habet مَا, Verbo praemitti potest, ut رُبَّمَا وَجَدْتُهُ *vix illum reperire potui.*

VI. عَلَى significat *super, contra, erga, versus, adversus*, et *secundum*.

VII. عَنْ *a, ab, de*, in significatione recessus, vel transitionis.

VIII. مُنْذُ مُذْ *e, ex*, denotat incaeptionem in tempore praeterito.

IX. عَدَا خَلَا حَاشَا *praeter, nisi, excepto.*

Particulae Giezmantes.

Secundo, Particulae, quae Apocopen inducunt, sive *giezmant* Verbum ipsis postpositum, sunt لَمْ *non*, لَمَّا *nondum*, لَا *ne*, لِ imperativum, nec non sequentes voculae; sed ea lege, ut aliud Verbum in eodem orationis contextu, tanquam retributivum sequatur, ut *si studeas, amabo te; quidquid facis, faciam*; suntque

إِنْ	*si.*	حَيْثُمَا	*ubicunque.*	مَتَى	*quandocunque, cum.* In Poesi.	كَيْفَ	*quomodocunque.*
مَنْ	*quicunque.*	أَيْنَ		أَيَّانَ		كَيْفَمَا	
أَيُّ		أَنَّى		إِذْمَا			
مَا	*quodcunque.*	مَهْمَا	*quotiescunque.*	إِذَا			

Particulae Nasbantes.

Tertio, Particulae, quae Antithesim inducunt, seu *nasbant* dictionem post se, sunt sequentes:

لَنْ *nequaquam.*	لِأَنْ *ut.*	كَيْلَا *ut non, ne.*	إِذَنْ	
أَنْ *ut, quod.*	لِكَيْ *ut.*	لِكَيْلَا idem.	إِذًا	*ergo, age, bene.*
لِ *ut.*	أَلَّا *ut non, ne.*	حَتَّى *donec ut.*	ذَنْ	
			فَ	*et.*
كَيْ *ad hoc, ut.*	لِئَلَّا idem.	أَوْ idem.	وَ	*et, simul.*

Ex his quaedam particulae *Giarrantes* quoque sunt; idcirco earum diversa significatio maxime observanda est, et ad ipsarum Syntaxim recurrendum, ut uniuscujusque natura percipiatur. Septem enim ultimae, scilicet حتى et cetera, non libere, sed legibus quibusdam, Antithesin inducunt.

Particulae Masdari.

Particulae Masdarales sunt إِنْ, مَا, et أَنْ *quod;* Verbo enim praepositae, idem praestant quod Infinitivus noster.

Multa alia Particularum genera in suis Grammaticis assignant Arabes, nimirum Particulas similes Verbo, Conjunctionis, Negationis, Excitationis, Vocativi, Assertionis, Abundantiae, Explicationis, Interrogationis, Exceptionis, etc. quae quidem in praecedentibus sparsim habentur, fusius tamen in earum Syntaxi de omnibus disserendum. Haecque de Particula, et de tribus Orationis partibus seorsim sumptis dicta sufficiant.

LIBER TERTIUS

IN QUO SYNTAXIS, SEU RECTA PARTIUM ORATIONIS DISPOSITIO, LECTISSIMORUM ARABUM SCRIPTORUM, SACRAE SCRIPTURAE ARABICAE NEC NON ALCORANI EXEMPLIS ILLUSTRATA, BREVITER EXHIBETUR.

PROŒMIUM.

Nullius fere utilitatis opus esset, congeriem Vocabulorum prae manibus habere, si quae pro eorundem apta dispositione, ac constructione quis minime calleret: Grammaticam enim definiunt Arabes: *Methodicam compagem praeceptorum ad acquirendam exactam Arabicae Linguae cognitionem idoneam.* Syntaxin vero ajunt, *esse debitam partium orationis inter se compositionem, quae fit per rectam extremorum connexionem, atque concordiam.* Habitis ergo hactenus tribus Orationis partibus seorsim, nunc de earum connexione, et compositione, sive de regulis, quibus eaedem partes recte disponuntur, tanquam de potiori Grammaticae parte disserendum. Praecepta enim Syntaxeos magis obvia, ac necessaria, quoad fieri potuit, in unum collecta sunt, eaque brevi, facili, et plana methodo, ordineque ad docendum congruo concinne digesta sunt, ut ea quam minimo labore percipiant tyrones. Sed ne eorum, quae tradenda sunt, nomen ignoretur, expedit primo, instar usus Grammaticae Arabicae, partes Orationis dum connectuntur, quomodo vocentur, tradere.

CAPUT PRIMUM

DE PARTIUM ORATIONIS DENOMINATIONE.

Quamvis Orationis partes essentialiter ad tria solum revocentur genera, scilicet, Verbum, Nomen, et Hharf;

accidentaliter tamen, dum simul junguntur, diversas subeunt appellationes, quibus non bene perceptis, congrua orationis constructio obtineri minime potest. Ex his aliqua membra adeo necessaria sunt, ut saltem bina illorum in oratione concurrere debeant; alia vero accidentalia et accessoria, sine quibus oratio consistere potest; apponuntur tamen ad peculiares facti circumstantias explicandas; unde Adjuncta, sive Dependentia vocantur: suntque

Priora.

ٱلْفَاعِلُ	ٱلْفِعْلُ	ٱلْخَبَرُ	ٱلْمُبْتَدَاء
Agens.	*Actio*, seu *Verbum.*	*Chabarum.*	*Mobtadaum.*

Posteriora.

ٱلتَّوَابِعُ	ٱلْمُسْتَثْنَى	ٱلْمَجْرُورُ	ٱلتَّمْيِيزُ	ٱلْحَالُ	ٱلْمَفْعُولُ
Sequentia.	*Exceptum.*	*Contractum.*	*Specificatio.*	*Dispositio.*	*Patiens.*

Sequentia vero sunt.

ٱلْعَطْفُ	ٱلْبَدَلُ	ٱلصِّفَةُ	ٱلتَّكِيدُ
Subjunctio.	*Commutatio.*	*Adjectivum.*	*Confirmatio.*

De quibus omnibus per ordinem disserendum est; et primo

De Mobtadao - فى ٱلْمُبْتَدَاء

Mobtadaum idem significat ac Incoeptum; est enim nomen Patiens ortum a Verbo إِبْتَدَاءَ *incoepit*. Dicitur Incoeptum passive, quia eo absolute incipitur. Estque Nomen Rafeatum carens regente explicito, cui tanquam subjecto innituntur cetera; idest non regitur, sed regit omnia; ut

زَيْدٌ قَايِمٌ *Zaeidus* (est) *stans*; ubi زَيْدٌ est Mobtadaum seu Incoeptum, sive Subjectum, atque Nomen initio positum in casu Rafeo, et a nullo rectum, uti conditiones ab ipsomet Incoepto requisitae; sicque regulariter fit.

Quandoque tamen idem manens permissive postponi potest, idque cum Incoeptum, et Chabarum (de quo mox dicetur) concordant in numero; ut قَايِمٌ زَيْدٌ *stans Zaeidus.*

Interdum Mobtadai sive Incoepti munus suscipit Adjectivum, cum scilicet, praecedente negatione vel interrogatione, praemittitur Adjectivum singulare ante ejus Subjectum duale vel plurale; ut مَا قَايِمٌ ٱلرَّجُلَانِ *non stans*, (i. *non stantes sunt*) *duo homines*; vel أَقَايِمٌ ٱلرِّجَالُ *num stantes* (sunt) *homines*? ubi Subjecta ٱلرَّجُلَانِ *duo homines*, et ٱلرِّجَالُ *homines*, ajunt Arabes regi, atque *rafcari* a praecedentibus Adjectivis مَا قَايِمٌ etc. unde ista, et non illa dicuntur Mobtadaum. E contra vero, cum utraque concordant in numero duali vel plurali; ut مَا قَايِمَانِ ٱلرَّجُلَانِ *non stantes duo homines*, vel أَقِيَامٌ ٱلرِّجَالُ *num stantes homines*? In his enim cum Subjectum a praecedenti Adjectivo, seu Praedicato, non regatur, ideo dicitur Mobtadaum.

Itaque adaequata Mobtadai ratio consistit in hoc, quod sit Nomen omnino independens quoad Casum ab alia dictione, sitque orationis, vel enunciationis Subjectum, vel si sit Praedicatum, regat subsequens Subjectum, quod contingit, stante illa discordia numeri, vel conformitate superius dicta.

Licet Mobtadaum Nomen esse debeat; nonnunquam tamen loco ejus venire potest aliquid, quod non sit nomen, sed quid stans loco nominis; ut in Alcorano أَنْ تَصُومُوا خَيْرٌ

لَكُمْ *quod jejunetis, bonum est vobis:* nam أَنْ تَصُومُوا interpretatur nomen Mobtadaum, sic صِيَامُكُمْ *jejunium vestrum.*

De Chabaro, seu Praedicato - فِى ٱلْخَبَرِ

Chabarum oritur a verbo خَبَرَ *narrare, enunciare,* ideoque idem significat ac *nuncium*, sive *nunciatum*; estque Nomen alteri innixum, seu aliquid cadens loco ejus, qualificans Mobtadaum; videlicet est pars complectiva orationis ipsi Mobtadao juncta; ut زَيْدٌ قَايِمٌ *Zaeidus est stans:* ubi *Zaeidus* dicitur Incoeptum, estque rafeatum per ipsum incoeptionem; *stans* vero est Nuncium ejus rafeatum per ipsum Incoeptum, a quo sustentatur, uti et ٱلزَّيْدَانِ قَايِمَانِ *duo Zaeidi sunt stantes*, etc. Nuncium quoque debet esse Nomen, vel quid staus loco Nominis; Verbum enim non est Nuncium, nisi ingrediatur Summam cadentem loco Nuncii, idest interpretative censeatur Nomen, ut de Mobtadao dictum est.

Idcirco hic notandum, Summam sive Complexum orationis esse illud, quod ex duabus vel etiam pluribus dictionibus componitur, vocaturque a Latinis Membrum, sive Incisum; et duplex est, *Nominale*, et *Verbale*. Nominale constat Incoepto, et Nuncio, ut زَيْدٌ عَالِمٌ *Zaeidus est sapiens.* Dicitur Complexum Nominale eo quod a Nomine incipiat. Verbale constat Verbo, et suo Nominativo, seu Agente, ut نَصَرَ زَيْدٌ *adjuvit Zaeidus:* eo enim, quod Verbum praecedat, vocatur Summa, sive Complexum Verbale; et quia Agens postponitur, ideo ejus Agens appellatur; si enim praecedat, non Agens rectum a Verbo, sed Incoeptum sua natura rafeatum vocant Arabes; ut زَيْدٌ نَصَرَ *Zaeidus adjuvit;* ubi *Zaeidus* non est more Latinorum Nominativus seu Agens, sed Mobtadaum sive Incoeptum, a nullo

rectum; Agens vero Verbi tunc est pronomen in ipso Verbo subintellectum, ac si diceretur زيد نصر هو *Zaeidus adjuvit ipse:* ex Verbo igitur, et Agente subintellecto fit Complexum Verbale, et vocatur Nuncium requisitum ab ipso Incoepto; quare hic Verbum non est Nuncium, sed solum ejus pars.

Summa, sive Complexum dicitur quoque illud, quod integrum sensum audienti non reddit, nisi aliud apponatur; ut زيد ان أكرمني *Zaeidus si honoraverit me*; sensus iste imperfectus est, et vocatur Summa; erit subinde oratio perfecta, si addatur أكرمه *honorabo eum:* licet Summa interdum cum Oratione confundatur, ac saepe ipsarum una pro alia sumatur.

De Actione, sive Verbo- في الفعل

Per Actionem, seu Verbum nihil aliud a Grammaticis intelligitur, nisi pars illa Orationis, quae dicitur Verbum. Verumtamen nomina Adjectiva a Verbo formata, cum et ipsa praestent, ac operentur instar Verbi, idest regant Casum sui Verbi, sub hoc nomine veniunt, et dicuntur Similitudines Verborum; ut زيد حسن غلامه *Zaeidus pulcher servus ejus*, ubi *pulcher servus ejus* est quasi Complexum Verbale, seu simile ipsi. Similiter زيد عالم أخوه *Zaeidus sciens frater ejus;* hic أخوه est locatum in Nominativo, ratione Adjectivi عالم, aeque ac si diceretur, يعلم أخوه *scit frater ejus.* Idem de priori exemplo, et similibus dicendum.

De Agente- في الفاعل

Agens est Nomen, cui connectitur Verbum praecedens, vel quod est simile Verbo, quatenus per ipsum est, seu ab ipso emanat. Ex hac descriptione habetur quod

1. Agens esse debet non Verbum, neque Particula, sed Nomen; hocque vel clarum, et manifestum, ut sunt omnia Substantiva, Adjectiva propria, et Appellativa; aut interpretatum, ut أَعْجَبَنِى أَنْ خَرَجَ زَيْدٌ *placuit mihi, quod egressus sit Zaeidus*, quod interpretatur أَعْجَبَنِى خُرُوجُ زَيْدٍ *placuit mihi exitus Zaeidi*; hic, Verbum vocatur Nomen similitudine.

2. Debet semper postponi Verbo, ut sit Agens rectum ab ipso, ut ضَرَبَ زَيْدٌ *percussit Zaeidus*; quod si praecedat, non amplius Agens, sed Incoeptum vocant Arabes; Agens vero erit Pronomen occultum, ut dictum est.

3. Agens quoque est non solum illud, cui praecedit Verbum modo praedicto, sed etiam id, cui similiter praecedit Adjectivum, aut Participium aliquod, similitudinem Verbi et regimen habens, ut mox supra dictum est in Verbo.

4. Verbum, vel simile, emanare debent ab Agente, ad differentiam Patientis, cujus non nominatur Agens; nam apud Arabes non ponitur Agens in obliquo, more Latinorum cum passive construitur, sed in recto, sic ضُرِبَ زَيْدٌ *percussus est Zaeidus*, ubi *Zaeidus* vere est Patiens, diciturque stare loco Agentis, et vices ejus gerere; quapropter et ipsi applicanda, quae de vero Agente hactenus dicta sunt.

Agens, uti et Patiens, duplex est, scilicet Clarum et Manifestum, jam numero primo explicatum, ut ضَرَبَ زَيْدٌ *percussit Zaeidus*; et Subintellectum seu Pronominale, hocque Conjunctum, vel Separatum. Conjunctum duplex est, scilicet Egrediens, ut ضَرَبْتُ *percussi*, ubi ت est pronomen Conjunctum, regitque vicem Agentis Verbi, cum non adest Agens Clarum; et Coopertum, ut ضَرَبَ *percussus est*, ubi subintelligitur هُوَ *ipse*. Separatum est, cum dicitur ضَرَبْتُ أَنَا

percussi ego; hic ت non est signum Agentis, secus duo essent Agentia, sed solum litera formativa primae personae: أَنَا est Pronomen Separatum gerens vices Agentis, imo vere est Agens, et potius nomen Manifestum, quam non Manifestum censendum, eo quod expresse manifestetur.

Similiter Patiens Clarum dicitur illud nomen, in quod Verbum transit, seu regit immediate sine aliqua particula; non Clarum, cum mediis particulis transit, ac regit.

De Patiente- فِى ٱلْمَفْعُولِ

Nomine Patientis hic aliud non intelligitur, nisi quod actum est, cujus species quinque sunt:

1. Est Patiens *absolutum*, quod per Infinitivum explicatur; ut ضَرَبْتُ ضَرْبًا *percussi percutiendo*, estque semper numeri singularis in casu Accusativo.

2. Patiens *in quod* actum est, ut in Subjecto actionem recipiente; v. gr. زَيْدًا, cum dicitur ضَرَبْتُ زَيْدًا *percussi Zaeidum*, hocque Patiens in casu Nasbo proprium est Verborum Transitivorum, quod in passiva locutione in Rafeo ponitur, ut ضُرِبَ زَيْدٌ *percussus est Zaeidus.* Et si plura sint Patientia, primum in Rafeo, alterum ad libitum in Nasbo relinqui potest, ut ex أَعْطَيْتُ زَيْدًا دِينَارًا *dedi Zaeido denarium*, passive fit vel أُعْطِىَ دِينَارٌ زَيْدًا, vel أُعْطِىَ زَيْدٌ دِينَارًا.

3. Patiens *in quo* actum est localiter, vel temporaliter, idest expressio temporis vel loci, ubi et quando facta sit actio, quod etiam in Nasbo collocatur; ut ضَرَبْتُ ٱلْيَوْمَ *percussi hodie*; سِرْتُ شَهْرًا أَمْيَالًا ثَلٰثَةً *ambulavi mensem tria milliaria.* In Passivi constructione locari potest in Rafeo, ut سِيرَ

شُهْرٌ *ambulatus est mensis*; secus in Giarro cum ب vel فِي collocatur; ut سِرْتُ فِي شَهْرٍ *ambulavi in mense*, et ضَرَبْتُ فِي ٱلْيَوْمِ فِي ٱلْبَيْتِ *percussi in hac die in domo*.

4. Patiens *propter quod* actum est; ut تَادِيبًا لَهُ, cum dicitur ضَرَبْتُ زَيْدًا تَادِيبًا لَهُ *percussi Zaeidum ad erudiendum*, seu *corrigendum eum*: potest quoque cum ل causali dici لِتَادِيبِهِ *ad correctionem ejus*; vel etiam cum Articulo لِلتَّادِيبِ.

5. Patiens *cum quo*, scilicet cum socio actionis; ut وَٱلْجَيْشَ, cum dicitur جَاءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشُ vel ٱلْجَيْشَ *venit Dux et exercitus*, vel *cum exercitu*. Notandum est, si Agens praecipuum post Verbum non exprimitur, secundum Agens necessario nasbandum esse; ut جِيتُ وَزَيْدًا *veni cum Zaeido*; si vero exprimatur, dici posse جِيتُ أَنَا وَزَيْدًا, vel جِيتُ أَنَا وَزَيْدٌ *veni ego, et Zaeidus*.

Si Verbum explicite non apparet, et duo sint nomina Manifesta copulata, prius et posterius in eodem casu locari debent; ut مَا لِزَيْدٍ وَعَمْرٍو *quid Zaeido, et Amro*? مَا لِلرَّجُلِ وَٱلْمَلَاكِ *quid homini, et Angelo*? Si vero ex his prius sit pronomen Personale, et posterius nomen Manifestum, hoc necessario nasbandum est; ut مَا لَكَ وَزَيْدًا *quid tibi cum Zaeido*; nec aliter fieri potest, nisi posteriori nomini addatur particula, ut وَلِزَيْدٍ *et Zaeido*.

De Dispositione, seu modo Agendi – فِي ٱلْحَالِ .

Dispositio est illa, quae explicat modum, circumstantiam, seu qualitatem vel conditionem, situm, habitum, vel quid simile accidentale, circa Agens vel Patiens. Locatur fere semper in Nasbo sine Articulo, sive Subjectum ejus determinatum, aut indeterminatum sit, ut قَائِمًا, cum dicitur v. gr. ضَرَبْتُ زَيْدًا قَائِمًا *percussi Zaeidum stando;* زَيْدٌ فِي ٱلدَّارِ قَائِمًا *Zaeidus in atrio stans.*

Subjecto indeterminato melius praemittitur *Dispositio*, ne censeatur Adjectivum; ut لَقِيَنِي رَاجِلًا رَجُلٌ *occurrit mihi pedester vir quidam.* Si enim postponeretur, posset sumi pro *Adjectivo* seu *Attributo*: sic autem praemissa, certum est esse *Dispositionem*, quia Arabibus non licet Adjectivum praemittere Substantivo.

Dubium oriri potest, an Dispositio pertineat ad Agens, vel ad Patiens, vel ad utrumque simul. Ad tollendam igitur amphibologiam, si pertineat ad utrumque, ponitur in numero duali, ut ضَرَبَ زَيْدٌ عَمْرًا قَائِمَيْنِ *percussit Zaeidus Amrum, utroque stante;* si ad Agens tantum, dici potest أَنَا قَائِمًا ضَرَبْتُ زَيْدًا *ego stando percussi Zaeidum;* si vero ad Patiens dumtaxat, claritatis gratia, dicitur ضَرَبْتُ زَيْدًا وَهُوَ قَائِمًا *percussi Zaeidum, ipso stante.*

De Explicatione, seu Specificatione – فِي ٱلتَّمْيِيزِ

Specificatio est illa, quae aufert indeterminationem inexistentem circa substantiam rei. Differt Specificatio a Dispositione, eo quod Dispositio modum, Specificatio essentiam explicet: utraque autem eodem modo in Nasbo sine Articulo collocatur, sive Subjectum earum sit determinatum, vel

non; ut طَابَ زَيْدٌ نَفْسًا *bonus fuit*, vel *bene se habuit Zaeidus quoad animam*; vel زَيْدٌ طَيِّبٌ نَفْسًا *Zaeidus bonus anima*, ubi specificatur bonitas *Zaeidi*, non respectu corporis vel alterius rei, sed quoad animam, sicque specificat Summam.

Quandoque specificatur aliquod simplex, sive singulare, vel nomen, ut sunt vasa, pondera, mensurae, numeri, et similia, quae vaga sunt, ac indifferentia ut de rebus variis intelligantur: quae omnia ut plurimum Latini explicant per nomina in Genitivo casu disposita, vel etiam aliter; ut عِنْدِي رَقُودٌ خَلًّا *apud me cadus aceti*, vel رَطْلٌ خُبْزًا *libra panis*, vel مَنَوَانِ سَمْنًا *duae librae butyri*, vel عِشْرُونَ دِرْهَمًا *viginti denariorum*; تَصَبَّبَ زَيْدٌ عَرَقًا *perfusus est Zaeidus sudore*, et وَفِي أُصْبُعِهِ خَاتَمٌ ذَهَبًا *et in digito ejus anulus aureus*. Post Specificatum locanda est Specificatio, et elegantius post Verbum, si adsit

De Contracto – فِي ٱلْمَجْرُورِ

Contractum duplex est: aliud contrahitur per particulas contractionis, quae et Giarrantes dictae sunt in III. Parte Lib.II.cap.III., ut مِنَ ٱلْبَيْتِ, cum dicitur خَرَجَ مِنَ ٱلْبَيْتِ *exivit e domo*, رَحَبْ إِلَى ٱلْمَسْجِدِ *abii in templum*, et sic de ceteris: aliud autem contrahitur Annexione, veluti زَيْدٍ, cum dicitur ضَرَبْتُ غُلَامَ زَيْدٍ *percussi servum Zaeidi*.

Porro Annexio duplex est; Vera seu Realis, et Prolativa sive non Realis. Vera importat implicite significationem particularum لِ, مِن, فِي, ut كِتَابُ زَيْدٍ *liber Zaeidi*, quod idem significat ac كِتَابٌ لِزَيْدٍ *liber, qui est*

Zaeido ; خَاتِمُ ذَهَبٍ *annulus auri*, sensus enim est خَاتِمٌ مِنْ ذَهَبٍ *annulus ex auro* ; ضَرْبُ ٱلْيَوْمِ *percussio hujus diei*, idem importat ac ٱلضَّرْبُ ٱلَّذِى فِى ٱلْيَوْمِ *percussio, quae in hac die*. In hac Vera Annexione nomen Annexum carere debet Articulo, et *tanuino*; et si duale sit, aut plurale Sanum masculinum abjicit ن finales ; at plurali Sano post و solet tunc addi ا, ut بَنُوا زَيْدٍ *filii Zaeidi*, pro بَنُونَ.

Annexio Prolativa, seu non Realis, triplex est. Prima, Agentis ad suum Patiens, ut ضَارِبُ زَيْدٍ *percussor Zaeidi*, cum de actione praesenti vel futura sensus est ; at cum de praeterita, Annexio censetur vera ad priorem pertinens. Secunda, Adjectivi qualificantis ad suum Subjectum, ut حَسَنُ ٱلْوَجْهِ *pulcher facie*. Tertia, Patientis ad nomen aliud explicans peculiare subjectum passionis, ut مَضْرُوبُ ٱلظَّهْرِ *percussus dorso*. In hac quoque Annexione nomen Annexum caret *tanuino*, et ن duali et plurali, non tamen necessario Articulo, sed juxta sermonis exigentiam, prout de Vago vel Determinato nomine sensus est ; ut ضَارِبُ ٱلْعَبْدِ vel ٱلضَّارِبُ ٱلْعَبْدِ *percussor servi*.

Contractum sive per particulas *Giarri*, sive per Annexionem praemitti non potest nomini, vel particulae contrahenti, ut فِى ٱلدَّارِ زَيْدٌ, sed dicendum زَيْدٌ فِى ٱلدَّارِ *Zaeidus in conventu*.

Nec nomen Annexum licet postponere nomini cui annexum est, sic زَيْدٍ غُلَامُ *Zaeidi servus*, sed necessario dicendum غُلَامُ زَيْدٍ *servus Zaeidi*. *Servus* enim est nomen Annexum ; *Zaeidi*, nomen cui Annexum est.

Nomen Annexum perpetuo praemitti debet suo Epitheto seu Adjectivo, ut رَأَيْتُ مَلَاكَ ٱللّٰهِ ٱلْعَزِيزَ *vidi Angelum Dei fortem* seu *eximium*; non enim dicitur رَأَيْتُ مَلَاكَ عَزِيزَ ٱللّٰهِ *vidi Angelum fortem Dei*. Ad tollendam amphibologiam, cum sine motionibus scribitur, vel cum per casuum diversitatem non tollitur, ut in exemplo allato; si dubium esset au intelligatur, *Dei fortis*, aut *Angelum fortem*, esset hoc modo replicandum رَأَيْتُ مَلَاكَ ٱللّٰهِ ٱلْمَلَاكَ ٱلْعَزِيزَ *vidi Angelum Dei, Angelum fortem*: vel si de Deo intelligatur, ipsum nomen Dei ante Adjectivum repeti debet, sic ٱللّٰهِ ٱلْعَزِيزِ *Dei fortis*.

De Excepto – فِي ٱلْمُسْتَثْنَى

Exceptum est illud, quod a praecedente Summa per particulas exceptionis excipitur; ut إِلَّا زَيْدًا cum dicitur جَاءَنِي ٱلْقَوْمُ إِلَّا زَيْدًا *venit ad me populus praeter Zaidum*. De hoc fusius in ejus Syntaxi.

De Sequentibus – فِي ٱلتَّوَابِعِ

Sequentia quatuor sunt, ٱلتَّأْكِيدُ *Confirmatio*, seu مُؤَكِّدٌ *Confirmans*; ٱلصِّفَةُ vel ٱلنَّعْتُ *Epithetum* seu *Adjectivum*; ٱلْبَدَلُ *Commutatio*; et ٱلْعَطْفُ *Reflexio* seu *Subjunctio*, quam Latini Conjunctionem vocant. Ideo dicuntur Sequentia, quia inter cetera orationis membra, aliud semper sequuntur: et quamvis liceat, juxta sermonis exigentiam, cetera nunc praemittere, nunc postponere; haec autem quatuor non licet, nisi suis praerequisitis subjungere, ut mox de singulis patefiet.

De Confirmatione.

Confirmatio duplex est, Prolationis, et Significationis. Prolationis est, cum repetitur eadem dictio, quaecunque illa sit, in vocali tantum sermone, ut نَصَرَنِي ٱللَّهُ ٱللَّهُ *adjuvit me Deus, Deus.* Significativa vero est, cum adduntur hae voces, quibus dictum praecedens iterum confirmatur; nempe نَفْسٌ *anima*, عَيْنٌ *substantia* sive *entitas*, كُلٌّ *totum*; ut جَاءَ زَيْدٌ نَفْسُهُ *venit Zaeidus anima ejus*, vel عَيْنُهُ *substantia ejus*, idest *ipsemet*: quibus confirmatur, *Zaeidum* certo venisse.

Item كِلَا *ambo* vel *uterque*, كِلْتَا *ambae*, *utraque*, أَجْمَعُ *omnis*, أَكْتَعُ, أَبْتَعُ, أَبْصَعُ *universus*, et pro foeminino جَمْعَاءُ *universa* etc. et pro plurali masculino أَجْمَعُونَ *universi*, et pro plurali communi جُمَعُ *universi* et *universae.* His tamen non confirmatur, nisi id, circa quod fit Confirmatio, habeat partes, saltem existimatione; ut جَاءَ ٱلْقَوْمُ أَجْمَعُونَ *venit populus, universi.*

Confirmatio concordari debet cum suo Confirmato in Rafeo, Nasbo, Giarro, et in Determinatione, vel Indeterminatione, scilicet in Casu, et Articulo; exceptis أَجْمَعُ, et أَجْمَعُونَ, et sequentibus, quae semper sine Articulo ponuntur; ut مَرَرْتُ بِٱلْقَوْمِ أَجْمَعِينَ *transivi per populum universum.*

De Epitheto, seu Adjectivo.

Adjectivum, quod Epithetum vel Attributum, nec non Appositum vocant Arabes, est illud, quod Substantivum

ejus praecedens qualificat; ut عَاقِلٌ, cum dicitur قَامَ زَيْدٌ عَاقِلٌ *surrexit Zaeidus intelligens*. De hoc fusius infra in Concordantia Adjectivi cum Substantivo.

De Commutatione.

Commutatio sive Substitutum est subsequens intentum in sententia absque medio; unde Substitutum sequitur illud immediate, pro quo substituitur in omnibus quatuor Casibus. Ideoque substituitur nomen loco nominis, ut جَاءَ زَيْدٌ أَخُوكَ *venit Zaeidus, frater tuus;* et verbum loco verbi, ut مَنْ يَفْعَلْ ذَلِكَ يَلْقَ أَثَامًا *qui faciet haec, incidet in iniquitatem.* In quibus *frater* est nomen Subsequens, quod substituitur loco *Zaeidi;* et *incidet* est pariter Subsequens intentum a loquente, quod loco *faciet* ponitur, illudque in suo Casu sequitur.

Haecque Commutatio quadruplex est. Prima, totius a toto, in qua significatum secundi, nempe Substituti, omnino idem est quod primi; ut جَاءَنِي زَيْدٌ أَبُوكَ *venit ad me Zaeidus, pater tuus,* et رَأَيْتُ زَيْدًا أَبَاكَ *vidi Zaeidum, patrem tuum.* Ubi illam eandem personam totam, quam significat nomen *Zaeidus*, significat et *pater tuus,* quod, gratia supplementi explicationis, pro eo substitutum est.

Secunda est commutatio partis e toto, in qua posterius Substitutum est pars totius prius nominati, ut أَكَلْتُ ٱلْبِطِّيخَ نِصْفَهُ *comedi peponem, medietatem ejus.*

Tertia est substitutio comprehensionis seu continentiae, in qua nec totum, nec pars subintrat aut nominatur, sed respectus et complicatio quaedam rei in re, ob quam una

pro alia in permutatione sumitur; ut أَعْجَبَتْنِى ٱلْجَارِيَةُ لُبْسُهَا *placuit mihi ancilla, vestis ejus.*

Quarta est permutatio erroris mentis, vel lapsus linguae, vel oblivionis memoriae tantum, ut رَأَيْتُ رَجُلًا حِمَارًا *vidi virum, asinum:* volebas dicere, *vidi asinum*, sed errando dixisti, *vidi virum, asinum.*

Haec autem familiariter inter loquendum accidere solent, quae eleganter corriguntur per بَلْ; ut رَأَيْتُ رَجُلًا بَلْ حِمَارًا *vidi virum, inquam asinum.*

Commutationi Indeterminati post Determinatum eleganter subjungitur Adjectivum, ut رَنَّمْتُ بِٱلْبُوقِ بُوقٍ نُحَاسِيٍّ *sonui tuba hac, tuba quadam ærea.*

De Subjunctione, seu Conjunctione.

Duplex est Subjunctio: *Declarationis*, cum scilicet post unum nomen aliud magis notum ad majorem explicationem subditur, ut جَاءَنِى أَخُوكَ زَيْدٌ *venit ad me frater tuus*, hoc est, *Zaeidus*; et *Conjunctionis*, quae fit mediis particulis و et ف *atque, adeo, igitur;* ثُمَّ *tum;* حَتَّى *ita ut, usque ad;* أَمْ , إِمَّا *vel;* لَا *non autem;* لَكِنْ , بَلْ *sed;* sic جَاءَنِى زَيْدٌ وَعَمْرٌو *venit ad me Zaeidus, et Amrus;* ubi *Amrus* dicitur magis proprie Conjunctum, *Zaeidus* vero dicitur Conjunctum super eum, idest cui Conjunctio facta est. Idem dicendum de ceteris Conjunctionis particulis tum disjunctivis, tum adversativis.

Sicque denominantur orationis membra, dum simul constructa conveniunt, ad quae omnes dictiones revocantur. Et

notandum, non solum Verbum, vel Nomen, aut *Harf* per se et sigillatim has denominationes sortiri, sed etiam integram orationem compositam ex Verbo, Nomine, et Particulis venire posse loco Simplicis, et denominationem *Mobtadai*, vel *Chabari* etc. habere. His praemissis, ad Connexionem, et Concordantiam partium orationis deveniendum est.

CAPUT SECUNDUM

DE CONCORDANTIIS.

Concordantia Nominis cum Verbo, Adjectivi cum Substantivo, et Relativi cum Antecedente, hic eadem fere est quae in aliis linguis; nisi quod loquendo

De Concordantia Nominis cum Verbo

Concordia fieri debet non solum in Numero, et Persona, sed etiam in Genere. Et quidem

In Persona necessaria est; ut نَصَرَ زَيْدٌ *adjuvit Zaeïdus;* ضَرَبْتَ أَنْتَ *verberasti tu;* ضَرَبْتُ أَنَا *verberavi ego;* نَصَرَ اَلنَّاسُ *adjuverunt homines.*

In Numero, si Nomen praeponatur Verbo, omnia regularia sunt, atque concordant; ut اَللّٰهُ يَعْرِفُ *Deus scit;* رَجُلَانِ ضُرِبَا *duo viri verberati sunt;* اَلنِّسْوَانُ يَغْزِلْنَ *mulieres nent:* si vero Nomen postponatur Verbo, nisi ambo sint singularia, non necessario concordant, imo elegantius ad Agens duale, vel plurale praeponitur Verbum singulare, quod tamen pluralis significationem, et sensum retinet; ut كَتَبَ رَجُلَانِ *scripserunt duo viri;* جَاءَ رِجَالٌ *venerunt viri*: ad literam exponeretur, *scripsit duo viri; venit plures viri.*

In Genere, respectu praemissionis et postpositionis Verbi ad Nomen, multipliciter fit:

1. Cum Nomen sive singulare, sive duale praeponitur Verbo, concordia fieri debet; ut رَجُلٌ ضَرَبَ *homo percussit*, مَرْأَةٌ ضَرَبَتْ *mulier percussit*, ٱلْأَرْضُ زَلْزَلَتْ *terra tremuit*, رَجُلَانِ ضَرَبَا *duo viri percusserunt*, مَرْأَتَانِ ضَرَبَتَا *duae mulieres percusserunt*.

2. Sed si Nomen sic Verbo praemissum fuerit plurale, dupliciter fieri potest:

Primo, plurale Inhumanum (sic vocatur, quod non significat homines) eleganter construitur cum Verbo singulari foeminino, ut in Alcorano جَنَّاتٌ تَجْرِى مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ *horti, sub quibus currunt fluvii*; ubi pluralia Inhumana جَنَّاتٌ et أَنْهَارٌ construuntur cum هَا et تَجْرِى singularibus foemininis.

Secundo, plurale Humanum concordare potest cum Verbo, sic رِجَالٌ نَصَرُوا *viri adjuverunt*; sed elegantius postponitur Verbo singulari, eodem fere genere in Praeterito, sed non raro discrepante in Modzhareo, ut قَالَ ٱلنَّاسُ *dixerunt viri*, atque تَقُولُ ٱلْحُكَمَاءُ et يَقُولُ *dicunt sapientes*.

3. Cum Verbum praecedit, et Nomen sequitur, si hoc fuerit singulare, aut duale masculinum, concordantia fieri debet, ut أَبَقَ ٱلْعَبْدُ *fugit servus*, أَبَقَ ٱلْعَبْدَانِ *fugierunt duo servi*.

4. Si vero Nomen sequens fuerit singulare, aut duale foemininum, vel genus foemininum verum (idest animal habens sexum, ita ut vere foemina sit), vel non verum; si primo modo, necessaria est concordatio in genere, dummodo nihil mediet, ut جَاءَتِ ٱلْمَرْأَةُ *venit mulier*, بَاضَتِ

ٱلدَّجَاجَةُ *ova peperit gallina* : si autem inter Verbum, et Nomen aliquid mediet, potest quidem fieri discordia, ut جَاءَ ٱلْيَوْمَ ٱلْمَرْأَةُ *venit hodie mulier*; sed in hoc etiam casu concordantia elegantior est: si denique fuerit foemininum non verum, idest non animal, tunc licet utrumque; ut ظَهَرَ ٱلشَّمْسُ, et ظَهَرَتِ ٱلشَّمْسُ *apparuit sol*. Item ظَهَرَ ٱلْيَوْمَ ٱلشَّمْسُ, et ظَهَرَتِ ٱلْيَوْمَ ٱلشَّمْسُ *apparuit hodie sol*; sed cum nihil mediat, concordia est elegantior; si aliquid interjacet, praestat discordia.

5. Nomen sequens plurale, cujuscunque generis, dummodo non sit Humanum, et Sanum masculinum, exigit Verbum in ea generis dispositione, ac si esset singulare foemininum non verum. Nomen enim plurale virtute continet جَمَاعَة *congregatio*, *collectio*, quae cum sit generis foeminini, ideo plurali etiam masculino licet apponere Verbum singulare foemininum; ut قَاتَلَ ٱلرِّجَالُ, vel قَاتَلَتِ ٱلرِّجَالُ *pugnaverunt viri*, i. *congressus virorum*; هَرَبَتِ ٱلنِّسَاءُ *fugierunt mulieres*, idest *multitudo mulierum*. Verum هَرَبَ ٱلنِّسَاءُ *fugierunt mulieres*, rarissime adhibendum.

Interdum dici potest cum Verbo in numero plurali هَرَبْنَ ٱلنِّسَاءُ *fugierunt mulieres*, قَاتَلُوا ٱلرِّجَالُ *pugnaverunt viri*, rude tamen, et inelegans est.

6. Plurale Sanum masculinum postulat Verbum singulare quoque masculinum; ut كَتَبَ ٱلزَّيْدُونَ *scripserunt Zaeidi*: dici etiam potest, quamvis ineleganter, كَتَبُوا ٱلزَّيْدُونَ; non tamen كَتَبَتِ ٱلزَّيْدُونَ.

De Concordantia Adjectivi cum Substantivo.

1. Adjectivum, et Substantivum eandem partem orationis constituentia, idest si utrumque pertineat ad Subjectum, vel Praedicatum, concordant in Genere, Numero, Casu, et Notificatione, seu Determinatione, vel Indeterminatione, ut

Rafeus.	Nasbus.	Giarrus.	
كِتَابٌ عَظِيمٌ	كِتَابًا عَظِيمًا	كِتَابٍ عُظِيمٍ	*liber magnus.*
أَلْكِتَابُ ٱلْعَظِيمُ	أَلْكِتَابَا ٱلْعَظِيمَا	أَلْكِتَابِ ٱلْعَظِيمِ	*il libro grande.*

إِبْرٰهِيمُ ٱلْأَمِينُ *Abraham fidelis* ; أَبِي ٱلْمُكَرَّمُ أَرْسَلَ إِلَيَّ هٰذِهِ ٱلرِّسَالَةَ *Pater meus reverendus misit ad me hanc epistolam.*

2. Si vero non constituant illa eandem partem enunciationis, idest, ambo non sint Subjectum vel Praedicatum; v. g. Adjectivum indeterminatum sit post Substantivum determinatum; id non evenit, sed faciunt propositionem logicalem Subjecti, et Praedicati cum Copula, ut أَللّٰهُ قَدِيرٌ *Deus est potens*; هٰذَا كِتَابٌ *hic est liber*, أَلرَّجُلُ عَالِمٌ *vir est doctus*; in quibus *Deus*, *hic*, et *vir* utpote Subjecta, non sunt ejusdem partis orationis τῷ *potens*, *liber*, et *doctus*, quae Praedicata vocantur. Ad Copulam tamen melius exprimendam, clarius dicitur رَجُلٌ هُوَ عَالِمٌ *vir est doctus*, et رَجُلٌ كَانَ عَالِمًا *vir quidam erat doctus.*

3. Substantivum Appellativum cum adjuncto Adjectivo nomen Proprium constituens Articulum abjicit; ut بَيْتُ ٱلْمُقَدَّسِ *domus sanctificata*, idest *Hierosolyma*; بَابُ ٱلصَّغِيرُ *porta parva*, (nomen portae Damascenae).

4. Pro intelligentia hujus Concordantiae notandum est, Adjectivum duplicis speciei esse : Prima explicat qualitatem pertinentem ad suum praemissum Substantivum, ut رَجُلٌ عَالِمٌ *vir doctus;* ubi *doctus* explicat doctrinam in ipso homine existentem ; sicque concordat in omnibus, ut supra ; et Latinis quoque notum est. Secunda Adjectivi species concordare debet cum praecedenti Substantivo, cujus non est qualitas in Casu, et Determinatione, vel Indeterminatione ; in Genere autem et Numero, cum sequenti, cujus vere est qualitas. Et posterius Substantivum se habet tanquam Agens respectu Adjectivi, et locatur in Rafeo, seu Nominativo vi ipsius Adjectivi, ac si ipsum Adjectivum esset Verbum ; idcirco dicta de concordatione Verbi cum Agente, hic quoque locum habent, respectu concordiae Adjectivi cum sequenti Substantivo. Nam sicut Agens quamvis duale, vel plurale eleganter praeexigit Verbum singulare ; ita hic Adjectivum regulariter singulare recte praeponitur Substantivo ejus duali, vel plurali : potest etiam cum duali esse duale, et cum plurali plurale, sed Adjectivum plurale Fractum ; cum Sano enim ineleganter dicitur.

In Genere etiam concordare debet Adjectivum hoc cum sequenti Substantivo, nimirum, cum est Substantivum generis foeminini veri ; et si fuerit non veri, licet utrumque: cum autem Substantivum est masculini generis, Adjectivum quoque erit masculinum ; ut

جَاءَ رَجُلٌ حَسَنَةٌ زَوْجَتُهُ	*Venit homo, pulchra uxor ejus.*
نَصَرْتُ رَجُلًا حَسَنَةً زَوْجَتُهُ	*Adjuvi hominem, pulchram uxor ejus.*
رَأَيْتُ رَجُلَيْنِ حَسَنَةً زَوْجَتَاهُمَا	*Vidi duos homines, pulchram uxores eorum.*
مَرَرْتُ بِرِجَالٍ حَسَنَةٍ زَوْجَاتُهُمْ	*Transivi per homines, pulchram uxores eorum.*
جَاءَ مَرْأَةٌ حَسَنٌ زَوْجُهَا	*Venit mulier, pulcher vir ejus.*

رَأَيْتُ مَرْأَتَيْنِ حَسَنًا زَوْجَاهُمَا *Vidi mulieres duas, pulchrum viri earum.*

مَرَرْتُ بِنِسَاءٍ حَسَنٍ أَزْوَاجُهُنَّ *Transivi per mulieres, pulchrum viri earum.*

Eodem prorsus modo dicendum est, cum praecedens Substantivum determinatum est per Articulum; ut

جَاءَ ٱلرَّجُلُ ٱلْحَسَنَةُ زَوْجَتُهُ et , جَاءَتِ ٱلْمَرْأَةُ ٱلْحَسَنُ زَوْجُهَا

Cum Adjectivo quoque plurali dici poterit; ut

أَلزَّيْدُونَ ٱلْجِمَالُ نِسَآؤُهُمْ *Zaeidi, pulchrae uxores eorum.*

أَلزَّيْدِينَ ٱلْجِمَالِ نِسَآؤُهُمْ *Zaeidorum, pulchrorum uxores eorum.*

Et cum Adjectivo plurali Sano, sed minus eleganter; ut

رِجَالٌ جَمِيلَاتٌ نِسَآؤُهُمْ *Viri quidam, pulchrae uxores eorum.*

Et cum Adjectivo plurali Fracto; ut

أَلنِّسَآءُ ٱلْعُلَمَاءُ أَزْوَاجُهُنَّ *Plures mulieres, docti viri earum.*

Quotiescumque Adjectivum hujusmodi fuerit Participium passivum, vel Adjectivum qualificans, collocat Substantivum sequens, tanquam suum Agens, in Rafeo seu Nominativo, modo jam explicato. Potest etiam annecti ipsum Adjectivum suo sequenti Substantivo collocato vel in Nasbo seu Accusativo, ad instar specificationis, vel etiam in Giarro seu Genitivo, ut جَاءَ رَجُلٌ مَضْرُوبٌ أَبًا *venit homo percussus patre*, vel حَسَنٌ وَجْهًا *pulcher facie*; et جَاءَ رَجُلٌ مَضْرُوبُ ٱلْأَبِ *venit homo percussus patris*, sive حَسَنُ ٱلْوَجْهِ *pulcher faciei*. Eodem modo fit, cum Substantivum praecedens est Determinatum, ut جَاءَ ٱلرَّجُلُ ٱلْمَضْرُوبُ ٱلْأَبِ, vel ٱلْمَضْرُوبُ ٱلْأَبِ, sicque Adjectivum hoc cohaeret cum Substantivo in Genere, Numero, Casu, et Determinatione, vel

Indeterminatione ; adeo ut cum Adjectivo primae speciei coincidat.

De Concordantia Relativi cum Antecedente.

Relativum cum suo Antecedente concordat in Genere, Numero , et Determinatione : ambo enim semper determinata sunt ; ut

اَلرَّجُلِ اَلَّذِى	اَلرَّجُلَ اَلَّذِى	اَلرَّجُلُ اَلَّذِى
Hominis , qui.	*Hominem , qui.*	*Homo , qui.*
اَلرَّجُلَيْنِ اَللَّذَيْنِ	اَلرَّجُلَيْنِ اَللَّذَيْنِ	اَلرَّجُلَانِ اَللَّذَانِ
Duorum virorum , quorum.	*Duos viros , quos.*	*Duo viri , qui.*
اَلرِّجَالِ اَلَّذِينَ	اَلرِّجَالَ اَلَّذِينَ	اَلرِّجَالُ اَلَّذِينَ
Virorum , qui.	*Viros , qui.*	*Viri , qui.*
اَلنِّسَاءِ اَللَّوَاتِى	اَلاِمْرَاَتَانِ اَللَّتَانِ	اَلاِمْرَاَةُ اَلَّتِى
Mulieres , quae.	*Mulieres duae, quae.*	*Mulier , quae.*

Cum praecedit plurale non rationale , non adhibetur Relativum plurale , sed singulare foemininum , ita ut pro اَلْكُتُبُ اَلَّذِينَ *libri qui* , dicatur اَلْكُتُبُ اَلَّتِى, et significat *libri quae* , idest *quae collectio librorum.*

Hoc autem totum , quod de Relativo respectu Antecedentis dictum est , intelligitur etiam de Pronomine personali respectu illius , cujus est Pronomen : concordant enim in Genere et Numero, quamvis non in Determinatione. Cum enim Pronomen refertur ad irrationalia pluralis numeri, in singulari foeminino effertur , si nulla peculiaris observatio adsit ; ut أَخَذْتُ كُتُبًا وَقَرَاْتُهَا *sumpsi libros , et legi eam* ; (scilicet *congeriem librorum*). Quando adest ratio specialis,

vel energiae, vel emphasis, aut claritatis, ad tollendam amphibologiam, etiam Auctores gravissimi uti solent personali foeminino numeri pluralis, respectu pluralis irrationalis; ut أَخَذْتُ كُتُبًا وَقَرَأْتُهُنَّ *accepi libros, et legi eos.*

Licet pro irrationalibus sumatur Pronomen tam relativum, quam personale in singulari foeminino, quando tamen sermo est de personis, concordia fieri debet in Genere et Numero, ut de Relativo dictum est: pro Affixo personali dicitur:

صَادَفَنِي رَجُلٌ وَنَصَرْتُهُ	*Occurrit mihi vir, et adjuvi eum.*
صَادَفَتْنِي آمْرَأَةٌ وَنَصَرْتُهَا	*Occurrit mihi mulier, et adjuvi eam.*
صَادَفَانِي رَجُلٌ وَآمْرَأَةٌ وَنَصَرْتُهُمَا	*Occurrerunt mihi vir et mulier, et adjuvi eos duos.*
صَادَفَنِي رِجَالٌ وَنَصَرْتُهُمْ	*Occurrerunt mihi plures viri, et adjuvi eos.*
صَادَفَتْنِي نِسْوَةٌ وَنَصَرْتُهُنَّ	*Occurrerunt mihi mulieres, et adjuvi eas.*

Ad denotandum contemptum, vel quid simile, eleganter cum plurali rationali accipitur quoque Pronomen personale singularis foeminini; ut لَقِيتُ خِلْطَ رِجَالٍ وَضَرَبْتُهَا *inveni coetum virorum, et percussi eum.*

Pronomen tam Relativum, quam Personale praeexigit perpetuo antecedens, ad quem referatur, ita nisi non prolatione, saltem virtualiter praecedat; ut رَجَعَ آلْعَبْدُ آلَّذِى أَنْتَ ضَرَبْتَهُ *regressus est servus, quem tu percussisti;* آلَّذِى خَلَقَنَا هُوَ يُدَبِّرُنَا *qui creavit nos, ipse regit nos:* praeintelligitur enim antecedens *ille.* Cum Pronomine personali dici quoque potest نَصَرَ غُلَامَهُ زَيْدٌ *adjuvit servum suum Zaeidus, Zaeidus* enim, licet prolatione ponatur ultimo loco, virtute

tamen praecedit Pronomen personale, quia ipse *Zaeidus* est Agens Verbi. Neque enim dicitur نَصَرَ غُلَامُهُ زَيْدًا *adjuvit servus ejus Zaeidum*; quia antecedens nec virtute, nec prolatione praecedit, cum sit Patiens, et Pronomen affixum non habet ad quod referatur. Similiter dicitur فِي دَارِهِ زَيْدٌ *in atrio suo est Zaeidus;* quia τὸ *Zaeidus*, ad quem refertur Affixum, est Mobtadaum, ac proinde virtute praecedit, quamvis non prolatione: e contra non bene dicitur صَاحِبُهَا فِي الدَّارِ *dominus ejus in atrio*, quia Pronomen affixum non habet antecedens praemissum ad quod referatur; nec prolatione, quia τῷ الدَّارِ *atrio*, ad quod refertur, postpositum est; neque praecedit virtualiter, eo quod فِي الدَّارِ est Chabarum, non Mobtadaum; et proprium est Chabari postponi Mobtadao: quare nisi prolatione praecedat, neque virtute praecedit. Dicendum est igitur فِي الدَّارِ صَاحِبُهَا *in atrio* (est) *dominus ejus;* vel صَاحِبُ الدَّارِ فِيهَا *dominus atrii est in eo.*

CAPUT TERTIUM

DE CONNEXIONE OMNIUM PARTIUM ORATIONIS.

Habita Concordia, seu connexione Simplicis cum alio, nimirum Nominis cum Verbo, Nominis cum Nomine, et Particulae cum alterutro; nunc de omnibus simul dicendum est, ex quibus completa exurgit Oratio, quaecunque illa sit: Sive خَبَرِيٌّ *enunciativa*, asserendo vel negando; ut كَانَ رَجُلٌ

عَالِمًا *fuit vir doctus*, vel لَمْ يكُونُ رَجُلٌ عَالِمًا *non fuit vir doctus:* Sive sit oratio إِنْشَائِى *exoritiva*, qua aliquis animi affectus ostenditur, vel optando, ut لَيْتَنِى عَالِمٌ *utinam essem doctus*; vel praecipiendo, ut لِيَسْكُتْ زَيْدٌ *taceat Zaeidus*; vel rogando, ut أَعِنِّى *adjuva me*; vel interrogando, ut أَيَعْقُوبُ عِنْدَكَ *num Jacobus* (est) *apud te*; vel laudando, ut تَبَارَكَ ٱللّٰهُ *benedictus sit Deus*: et omnis hujusmodi oratio dicitur جُمْلَةٌ إِنْشَائِيَّةٌ *summa exoritiva*, quia palam motus animi profertur: Sive fuerit oratio شَرْطِى *conditionalis*, ut اِنْ ضَرَبَنِى زَيْدٌ أَضْرِبْهُ *si percusserit me Zaeidus, percutiam eum*: Sive fuerit oratio ظَرْفِيَّةٌ *continentialis*, ut فِى ٱلدَّارِ زَيْدٌ *in atrio est Zaeidus*, et صُمْتُ ٱلْيَوْمَ *jejunavi hodie*: Sive fuerit جُمْلَةٌ جَارِيَةٌ مَجْرَى ٱلظَّرْفِيَّةِ *summa currens cursu* (idest similis) *continentiali*; ut كَانَ رَجُلٌ مِنَ ٱلْمُسْلِمِينَ *fuit homo ex Mahumetanis.*

Dispositionem vero, qua unumquodque in tali Casu, vel modo quocunque locatur, quam Latini Constructionem vocant, Arabes interdum ٱلْإِعْرَابُ *Arabicationem*, proprius autem عَمَلٌ *efficientiam* seu *operationem* appellant. Nomen autem illud, seu Verbum, sive Particula hujusmodi operationem exercens, scilicet, cujus vi aliquid in tali vel tali dispositione locatur, dicitur عَامِلٌ *operans*, seu *regens*. Locatum autem ex vi ejus, vocatur مَعْمُولٌ *operatum*, sive *rectum*,

Hujusmodi igitur ٱلْعَوَامِلُ *Operantia* seu *Regentia*, om-

nia ad centum revocantur, juxta divisionem a peritissimo quodam Giargianio traditam. Primo enim dividuntur in لَفْظِيَّة *prolatilia* seu explicita, et in مَعْنَوِيَّة *significatilia* seu implicita. Significatilia seu implicita duo sunt, nimirum carentia regentis respectu Mobtadai, et dicitur تَجْرِيدٌ *nuditas;* et carentia operantis respectu Verbi Modzharei, cum locatur in Rafeo, quia nullum operans *nasbans*, aut *giezmans* adest. Prolatilia seu explicita, quae explicite proferuntur, iterum dividuntur in قِيَاسِيَّة *regularia*, et سَمَاعِيَّة *audibilia* sive irregularia.

Regularia sunt septem, nimirum

1 اَلْفِعْلُ مُطْلَقًا *Verbum generaliter sumptum.*

2 اَلْمَصْدَرُ *Masdarum*, vel *Infinitivus Verbi*, seu *Nomen Verbale.*

3 اِسْمُ ٱلْفَاعِلِ *Nomen Agentis*, seu *Participium Activum.*

4 اِسْمُ ٱلْمَفْعُولِ *Nomen Patientis*, sive *Participium Passivum.*

5 اَلصِّفَةُ ٱلْمُشَبَّهَةُ *Adjectivum qualificans*, seu *Participium* ex Intransitivis.

6 اَلِاسْمُ ٱلْمُضَافُ *Nomen Annexum*, quod Latini vocant *in Regimine.*

7 اَلِاسْمُ ٱلتَّامُّ *Nomen Perfectum.*

Audibilia, seu Irregularia dividuntur in tredecim species, quarum

Prima continet decem et septem operantia, quae dicuntur حُرُوفُ ٱلْجَرِّ *Particulae Giarri*, seu Contractionis; de quibus jam supra, et fusius infra dicetur.

Secunda continet sex operantia, quae dicuntur *Particulae similes Verbo.*

Tertia continet duo operantia, nimirum Particulas مَا et لَا, dum sumuntur in sensu Verbi لَيْسَ *non est*, *non fuit.*

Quarta continet septem operantia, quae etiam sunt Particulae, sed *nasbantes* Nomen.

Quinta continet quatuor operantia, nempe Particulas quatuor *nasbantes* Verbum.

Sexta continet quinque operantia, scilicet Particulas *giezmantes* Verbum.

Septima continet novem operantia, quae dicuntur *Nomina diminuta*, quae operantur in Verbo dispositionem *giezmae.*

Octava continet quatuor operantia in Nomen, illudque collocantia in Nasbo.

Nona continet novem operantia, quae dicuntur *Nomina Verborum.* Sex ex ipsis collocant Nomen in Nasbo, tria autem in Rafeo.

Decima continet tredecim operantia, quae dicuntur *Verba Deficientia.*

Undecima continet quatuor operantia, quae dicuntur *Verba Propinquitatis.*

Duodecima continet quatuor operantia, dicta *Verba laudis, et improperii.*

Decima tertia continet septem operantia, quae dicuntur *Verba cordium.*

Sunt igitur operantia Prolatilia, seu Explicita irregularia, (quae dicuntur *Audibilia,* quia a Magistro audienda, atque explicanda per singula) nonaginta et unum; Explicita autem regularia, septem; et ita fiunt nonaginta et octo: quibus additis duobus Implicitis, quae dicuntur Significatilia, seu significatione tantum, non prolatione significativa, proveniunt exinde centum. Quibus omnibus notis, nihil superest Grammatico. Porro haec omnia operantia eodem ordine essent declaranda, cum et ipsi Arabes ita faciant; sed

haec distributio et divisio cum nimis sit Latinis extranea, ideo Operantium vim alia explicabitur methodo, Latinorum regulis et usui magis consona, nimirum primo de Constructione Verborum; postea Nominum; et tandem de Particulis.

CAPUT QUARTUM

DE CONSTRUCTIONE VERBORUM.

Verborum alia sunt, ut ex dictis colligitur, *Regularia*, alia *Irregularia*. De his postea sermo erit; nunc vero de Regularibus, quae rursus Transitiva, vel Intransitiva esse possunt. Transitiva sunt illa Verba, quae sua natura praeter Agens, ad sensus integritatem exigunt ad minus unum Patiens, in quo actio cadit. Intransitiva autem id non postulant, cum sensum perfectum habeant in solius Verbi, et Agentis concursu. Transitivorum quaedam in unum Patiens clarum transeunt; quaedam in duo, quorum ambo clara sunt, vel unum est clarum et manifestum, aliud non clarum, seu mediante Particula; quaedam vero in plura Patientia. Haecque tam active, quam passive. De his omnibus agendum est; et primo

De Constructione Verborum Intransitivorum.

Verba Intransitiva non regunt nisi suum Agens in Nominativo; Patiens vero non habent immediate post se, quod vi Verborum in tali Casu ponatur; sed si quod reperitur Patiens, contrahi solet per Particulas; vel si Particulis careat, certe non erit Patiens Nasbatum proprie dictum, sed quia forsitan erit ex illis Orationis membris, superius recensitis, quae casum Nasbum sibi vindicant: cujusmodi sunt *Masdarum*, et *Patiens absolutum*, *Patiens in quo*, *Patiens cum quo*, *Patiens propter quod*, *Dispositio*, et *Specificatio*; quae ratione quadam universali omnibus Verbis

communia sunt, quemadmodum et Particulae, si quae reperiantur. Sunt autem Verba Intransitiva, quae nullum Patiens exigunt,

1. قَامَ o. *stetit*, *surrexit*, نَامَ o. *dormivit*, بَادَ i. *periit*, قَعَدَ o. *accubuit*, جَلَسَ i. *sedit*, *mansit*, حَصَلَ o. *permansit*, *superfuit*, جَادَ o. *bonus fuit*, et his similia; quibus, exempli causa, dicitur قَامَ زَيْدٌ *surrexit Zaeidus*, اُقْعُدُوا *sedete*, فَأَجَابَ أَيُّوبُ *et respondit Job.*

Pro Modernis, qui de brevitate gaudent, notandum est, literas o., a., i., Verbum arabicum immediate sequentes, significare *vocalem*, quam litera secunda radicalis Modzharei possidet, o. enim significat *dzhammam*, a. *fathham*, i. *kesram*.

2. Quaedam ex Intransitivis, praeter Agens in Rafeo, exigunt post se Patiens cum Particula بِ, ut لَصِقْتُ بِٱلْحَايِطِ *adhaesi muro*. Hujusmodi Verba sunt لَصِقَ a. *adhaesit*, مَرَّ o. *pertransiit*, بَدَأَ a. *incoepit*; et his similia.

Omnia Verba Intransitiva possunt fieri Transitiva, praefixo بِ Nomini, in quod transit, ut patet in his quae sequuntur, et similibus; جَاءَ i. *venit*, اِنْطَلَقَ i. *abiit*, *discessit*. Quibus dicitur اِنْطَلَقْتُ بِزَيْدٍ *abire feci Zaeidum*; potest quoque exponi, *abii cum Zaeido:* جَاءَ بِكِتَابٍ *attulit librum*, quod sonat, *venit cum libro*.

3. Quaedam praeter Agens in Rafeo, postulant عَلَى *super* post se; ut غَضِبَ ٱللّٰهُ عَلَى قَوْمِهِ *indignatus est Deus super populum suum.*

4. Alia construuntur cum Particula مِنْ *ex*, ut لِمَاذَا تَخَافُ

مِنّى *cur times me?* قُرُبَ مِنْهُ *accessit ad eum*, فَرَقَ مِنْهُ *secessit ab eo*, etc.

5. Multa construuntur cum اِلَى *ad*; ut اِحْتَاجَ زَيْدٌ اِلَى عَوْنِ ٱللّٰهِ *indiguit Zaeidus auxilio Dei*; أُنْظُرُوا اِلَى اِبْرَاهِيمَ *intuemini in Abrahamum.* (Esa. 51.)

6. Quaedam construuntur cum Particulis مِنْ et اِلَى, ut رَجَعْتُ مِنْ هُنَاكَ اِلَى بَيْتِى *reversus sum exinde in domum meam.*

7. Alia Verba usque adeo tenacia sunt Praepositionum, ut eas etiam non sequente Nomine exigant; ut لَا أَقْدِرُ عَلَى أَنْ أَقُولَ *non possum super ut dicam*, idest *nequeo dicere.*

Hujusmodi Verba Intransitiva convenienter Passivum non agnoscunt; si tamen passive enuncianda essent, impersonaliter dicetur قِيمَ *statum est*, نِيمَ *dormitum est*; vel addito Masdaro in Nasbo, ut جُلِسَ جُلُوسًا *facta est sessio sedendo*; vel ipso locato in Rafeo, ut جُلِسَ جُلُوسٌ *facta est sessio*: et si Particulae his superveniant, ut in Activo disponuntur, v. gr. لُصِقَ بِهِ *adhaesum est ei*; غُضِبَ عَلَيْهِ *ira habita est contra eum*, etc.

Patientia Communia hic locari possunt in Rafeo, seu Nominativo, ut Patiens *in quo*, si quis dicat سِيرَ شَهْرٌ *ambulatus est mensis*; elegantius tamen dicitur cum Nasbo سِيرَ شَهْرًا *ambulatum est mense.* Haecque de Intransitivis.

De Constructione Verborum Transitivorum.

Verba Transitiva sunt illa, quae praeter Agens in Rafeo seu Nominativo, postulant post se Patiens, in quod immediate sine aliqua Particula transeunt; quae quidem Verba in triplici sunt differentia. Quaedam transeunt in unicum Patiens; quaedam vero in duo; alia in pluribus: idcirco ordine Latinis congruo distincte omnia traduntur.

1. Quaedam Verba Transitiva, solo Agente, et Patiente contenta sunt; ut أَنَا أُحِبُّ ٱللّٰهَ *ego diligo Deum;* فَتَحَ ٱلْمَسِيحُ ٱلنَّعِيمَ *aperuit Christus Paradisum;* طَرَدَ ٱلْمَلَائِكَةُ ٱلشَّيَاطِينَ *ejecerunt Angeli daemones.*

Passiva Constructio hujusmodi Verborum fit, locando Patiens in Rafeo, nulla de Agente habita mentione; non enim Arabes Passiva locutione utuntur, dum Agens exprimunt, sed Activa tantum. Unde Verbum Passivum vocant مَجْهُول *ignoratum,* eo quia Agens, a quo provenit Actio, ignoratur. Activum vero, مَعْرُوف *cognitum*, quia in hujus constructione utrumque exprimitur. Est igitur in Passiva locutione dicendum أُحِبَّ ٱللّٰهُ *diligitur Deus*, فُتِحَ ٱلنَّعِيمُ *apertus est Paradisus*, etc.

2. Quaedam Transitiva in duo Patientia transeunt, et utrumque locant in Nasbo, ut أَعْطَى ٱللّٰهُ ٱلنَّاسَ ٱبْنَهُ *dedit Deus hominibus Filium suum;* أَلْبَسَتْ رِبْقَا يَعْقُوبَ جُلُودًا *induit Rebecca Jacobum pellibus.*

Hujus quoque loci sunt Verba Notitiei, et Opinionis, ut ظَنَنْتُ أَبَاكَ غَنِيًّا *opinor patrem tuum esse divitem;* عَلِمْتُ زَيْدًا بَخِيلًا *scio Zaeidum avarum esse.*

Horum Verborum Passiva constructio fit, locando alte-

rutrum ex Patientibus in Rafeo, relicto altero in Nasbo, nulla mentione facta de Agente, ut

أُعْطِيَ ٱلنَّاسُ ٱبْنَ ٱللّٰهِ *participes facti sunt homines Filio Dei*, vel

أُعْطِيَ ٱبْنُ ٱللّٰهِ ٱلنَّاسَ *datus est Filius Dei hominibus.*

أُلْبِسَ يَعْقُوبُ جُلُودًا *indutus est Jacobus pellibus*, vel

أُلْبِسَ جُلُودٌ يَعْقُوبَ *circumpositae sunt pelles Jacobo*, etc.

Praestat tamen locare in Rafeo Patiens animatum, relicto inanimato in Nasbo: idcirco elegantius dicitur عُلِّمْنَا نَحْنُ ٱلْحَقَّ *docti sumus nos veritatem*, quam عُلِّمَ ٱلْحَقُّ إِيَّانَا *docta fuit veritas nobis*. Quando vero est paritas Patientium, ad libitum fit, ut supra. Quod ubique servandum est.

Cum plura Pronomina Personalia loco Patientium veniunt, simul unum post alterum Verbo annecti possunt, servato ordine, ut prima persona praeponatur secundae, secunda tertiae, maxime si sint Patientia clara, ut in Alcorano زَوَّجْنَاكَهَا *copulavimus tibi eam*, أَعْطَيْتُكَهُ *dedi tibi illud*, أَعْطَيْتَنِيكَ *dedisti mihi te ipsum*. Non enim bene dicitur أَعْطَيْتُهُكَ *dedi illud tibi*.

3. Quaedam Verba Transitiva in plura Patientia transeunt; ut أَرَى ٱللّٰهُ ٱلْعَالَمَ ٱلْمَسِيحَ ٱلْإِلٰهَ *ostendit Deus mundo Christum Deum.*

Horum Passiva constructio fit, nulla de Agente facta mentione, locando Patiens primum in Rafeo, reliquis duobus in Nasbo relictis; ut أُظِنَّ أَتْبَاعُ هُودٍ ٱلْبَاطِلَ حَقًّا *ingestum est menti sectatorum Hud mendacium pro veritate*. Vel nec facta mentione de primo Patiente, secundum locari potest in

Rafeo, relicto tertio in Nasbo, ut أُظِنَّ ٱلْبَاطِلُ حَقًّا *suasum est mendacium pro veritate.* Hoc unum animadvertendum, ut Patiens quod locatur in Rafeo, non se habeat per modum Praedicati, ut أَرَيْتُ زَيْدًا ٱلْمَسِيحَ الاهًا *ostendi Zaeido Christum Deum.* Non bene dicetur أُرِيَ زَيْدًا ٱلْمَسِيحَ الاهُ *ostensus est Zaeido Christus Deus*, quia τὸ الاهُ in Activo se habet tanquam Praedicatum; sed dici poterit, vel locato زيد in Rafeo, ut أُرِيَ زَيْدٌ ٱلْمَسِيحَ الاهًا *doctus fuit Zaeidus Christum esse Deum*, vel locato τῷ ٱلْمَسِيحُ in Rafeo, ut أُرِيَ لِزَيْدٍ ٱلْمَسِيحُ الاهًا *ostensus fuit Zaeido Christus Deus.* Quodcumque igitur Patiens clarum, dummodo non se habeat per modum Praedicati, in constructione Passivi locari poterit in Rafeo; reliqua ut in Activo remanent.

4. Tandem ex Verbis Transitivis quaedam praeter Agens in Rafeo, et Patiens in Nasbo exigunt unum, vel etiam plura Patientia, mediis Particulis بِ, عَنْ , مِنْ , عَلَى , لِ , فِي , إِلَى ut de Intransitivis dictum est; quod usu discendum, et ex Dictionariis: immensum enim opus esset, ac tyronibus nimis grave hic omnia sub regula tradere, quae nonnisi voluminibus magnis, satis exprimi possunt. Nam Verbum دَعَا v. gr. cum significat *vocare*, *appellare* postulat Nasbum, seu Accusativum personae, et aliud Nomen constructum cum بِ rei; idem Verbum significat etiam *bene precari*, ac tum exigit Patiens constructum cum لِ personae, significat quoque *invocare*, *rogare Deum*, sicque postulat vel Patiens in Nasbo, vel construitur cum بِ vel cum لِ. Et sic de ceteris. Ideo fere impossibile est omnia recensere, et regulis coarctare.

De Constructione Verborum Irregularium, quae dicuntur Audibilia.

Verborum Audibilium quatuor enumerantur species; nimirum *Verba deficientia; Verba propinquitatis; Verba laudis*, et *improperii; Verba cordium*, seu *dubietatis*.

1. Verba Deficientia, licet Intransitiva, non unicum cis Nomen sicut ceteris, ad sensus integritatem sufficit: ideo Verba Substantiva, et Nuncupandi, ut كَانَ *fuit;* لَيْسَ *non est* (quod habet voces Praeteriti tantum, e.gr. لَسْنَ *non fuerunt* foem., لَسْتَ *non fuisti* masc. etc.); صَارَ *factus est;* مَا دَامَ *quandiu fuit*, vel *mansit;* مَا زَالَ *non cessavit*, et alia similia, quae *esse* vel *fieri* significant aut includunt, quaeque apud Latinos ante, et post se Nominativum adsciscunt; hic pro secundo Nominativo, qui scilicet exprimit Praedicatum, assumunt Accusativum; ut فَإِنِّي كُنْتُ ٱبْنًا مُطِيعًا لِأَبِي *nam ego fui filius obediens patri meo* (*Prov.* 4.); أَللّٰهُ كَانَ قَدِيرًا *Deus est potens;* زَيْدٌ صَارَ غَنِيًّا *Zaeidus factus est dives;* ٱبْنُهُ يُسَمَّى مُحَمَّدًا *filius ejus vocatur Mohhammed* etc. quod et interdum accidit, omisso illo Verbo Substantivo, cum Subjectum habet ante se مَا vel لَا *non*.

Verbum كَانَ tripliciter adhiberi potest: 1. ut est Copula Praedicati cum Subjecto; 2. ut Verbum Intransitivum, sic كَانَ ٱلْأَمْرُ *fuit*, vel *factum est negotium;* 3. pleonastice, ut مَا كَانَ أَفْضَلَ مَرْيَمَ ٱلْعَذْرَا *quam perfecta est Maria Virgo!*

Si hujusmodi Verba fient Composita juxta formam فَعَّلَ evadent Transitiva, quae construentur cum duplici Nasbo,

seu Accusativo, sic صَيَّرَ ٱللّٰهُ زَيْدًا نَصْرَانِيًّا *fieri fecit Deus Zaeidum Christianum.* Et in Passiva constructione, صُيِّرَ زَيْدٌ نَصْرَانِيًّا *factus est fieri Zaeidus Christianus.*

2. Verba Propinquitatis, ex eorum significatione sic dicta, sunt عَسَى *appropinquavit, prope fuit* (in Praeterito solum usitatum, construitur cum أَنْ, et est etiam particula, *fortasse*); كَادَ a. *prope fuit, parum abfuit* (construitur cum Modzhareo); أَوْشَكَ o. *parum abfuit* (construitur cum أَنْ); طَفِقَ a. *attendit facere* (construitur sine أَنْ), ut طَفِقَ يَفْعَلُ ذَا *institit operi;* item عَسَى زَيْدٌ أَنْ يَخْرُجَ *prope fuit ut egrederetur Zaeidus*, sicque de ceteris similibus discurrendum.

3. Verba Laudis et Improperii quatuor sunt; duo ad laudem, et duo ad vituperium, ut نِعْمَ *bonus fuit*; حَبَّذَا *amabilis est*; بِئْسَ *malus est*; سَآءَ *iniquus, odibilis est.* Sunt fere indeclinabilia, et ad summum suscipiunt ت foemininum, quod tamen non admittit حَبَّذَا. Regunt duo nomina in Rafeo, ut نِعْمَ ٱلرَّجُلُ نُوحٌ *bonus fuit homo Noe.*

Aliquando Nomen, quod stat loco Praedicati, ponitur in Nasbo sine Articulo, ut نِعْمَ رَجُلًا نُوحٌ *bonus homo est Noe,* et sic de ceteris.

4. Verba Cordium sunt, quae actus interioris cognitionis exprimunt; dicuntur etiam Verba Dubietatis, et Certitudinis, de quibus supra tactum est. Sunt autem رَأَى a. *vidit*, وَجَدَ i. *invenit*, عَلِمَ a. *scivit, novit,* خَالَ a. *suspicatus est,* حَسِبَ i. *arbitratus est*, ظَنَّ o. *existimavit*, زَعَمَ o. *opinatus est.* Construuntur cum duplici Accusativo, ut عَلِمْتُ

زَيْدًا عَالِمًا *novi Zacidum esse doctum.* Passivi constructio fit, ut supra dictum est. Haecque de Verbis Irregularibus.

OBSERVATIO GENERALIS

Instrumentum per Genitivum, praefixo بِ effertur. Motus a re, cum عَنْ et مِنْ; per rem, cum بِ; ad rem, cum إِلَى. Sed notandum, Verba *veniendi* etiam per ellipsin Praepositionis إِلَى cum Accusativo eleganter construi, ut جَاءَ نِي *venit ad me*, أَتَيْتُكَ *veni ad te*; pro جَاءَ إِلَيَّ, أَتَيْتُ إِلَيْكَ.

Ad *quando* et *quandiu* respondetur per Accusativum; ad *quanto tempore*, per Genitivum praemisso فِي.

Gerundium in *do* seu Participium, quomodo res geratur explicans, per Accusativum Participii Activi effertur, ut جَاءَ رَاكِبًا *venit equitans*, seu *equitando*, يَأْكُلُ وَاقِفًا *edit stans*, صَرَخَ نَائِمًا *clamavit dormiendo.*

Gerundium in *dum*, vel, ut verbo dicatur, *finis* per Accusativum Nominis Verbalis exprimitur; ut ضَرَبْتُهُ تَأْدِيبًا *verberavi eum ad erudiendum*, idest *ut erudirem eum.*

Infinitivus Verbo suo, aut alii ejusdem notionis, significationis augendae causa appositus, est casus Accusativi; ut قُمْتُ قَوْمًا *steti stando.* Atque in his omnibus Accusativi terminatio adverbialem significationem Nomini videtur inducere.

Pro Infinitivo autem nostro adhibetur vel Nomen verbale, ut أُرِيدُ ضَرْبًا *cupio verberationem*, idest *verberare*; vel cum Praepositione, ut لَا أَقْدِرُ عَلَى ٱلضَّرْبِ *non possum verberare;* aut Modzhareum praeposito أَنْ, ut أُرِيدُ أَنْ أَسْمَعَ *cupio audire.*

Si quae alia superessent dicenda pro omnimoda explicatione, et constructione Verborum, vide Jacobi Golii Lexicon, ubi Verba, et Patientia ipsorum, egregie ubique posita cernuntur (1). Pro nunc dicta de Constructione Verborum commode sufficere possunt.

CAPUT QUINTUM

DE SYNTAXI NOMINUM.

Hactenus habita Verbornm Syntaxi; nunc ad illam Nominis deveniendum. Et quidem Nomina respectu Constructionis, seu Regiminis generaliter dividuntur in *Regularia*, et *Irregularia* sive *Audibilia*, ut de Verbo dictum est. Regularia ad sex revocantur species, quales sunt:

اَلْمَصْدَرُ *Masdarum*, seu *Nomen Verbale*, sive *Infinitivus*.

اِسْمُ ٱلْفَاعِلِ *Nomen Agentis*, seu *Participium Activum*.

اِسْمُ ٱلْمَفْعُولِ *Nomen Patientis*, seu *Participium Passivum*.

اَلصِّفَةُ ٱلْمُشَبَّهَةُ *Adjectivum Assimilatum*, hoc est *simile Nomini Agentis*.

اَلْاِسْمُ ٱلتَّامُّ *Nomen Perfectum*.

اَلْاِسْمُ ٱلْمُضَافُ *Nomen Annexum*.

Quae omnia oriuntur a Verbis, si Masdarum excipias; cujus origo ubinam sit, in se nimirum vel in radice Verbi, adhuc sub judice lis est.

Irregularia, seu Audibilia ad tres tantum revocantur species, quae sunt:

(1) Ex recentioribus vero confer Georg. Wilhelmi Freytagii Lexicon arabico-latinum praesertim ex Djeuharii, Firuzabadiique, et aliorum Arabum operibus, adhibitis Golii quoque et aliorum libris, confectum. Halis Saxonum 1830-37. Tom. IV.; (4°. maj.)

قَامَ أَحَدٌ الاَّ نُوحٌ et etiam الاَّ نُوحًا *non surrexit quisquam praeter Noe;* مَا مَرَرْتُ بِأَحَدٍ الاَّ بِزَيْدٍ, vel الاَّ زَيْدًا *non transivi per aliquem, nisi per Zaeidum.*

6. Loco Particulae exceptivae veniunt quoque Nomina غَيْرُ , سُوَى , سِوَى , et سَوَآءُ *praeter*, quae regulariter perpetuo regunt Giarrum, sed ipsae terminationem mutant eo modo, quo exceptum per الاَّ: nam in affirmatione terminantur *fathha*; in negatione, ea vocali qua nomen praecedens, aut *fathha;* si nomen illud exprimatur, ut خَرَجَ ٱلْقَوْمُ غَيْرَ زَيْدٍ *egressus est populus praeter Zaeidum*, et مَا خَرَجَ غَيْرُ زَيْدٍ *non est egressus* (aliquis) *nisi Zaeidus*: et in negatione, مَا ضَرَبْتُ غَيْرَ زَيْدٍ *non verberavi nisi Zaeidum;* مَا خَرَجَ انْسَانٌ غَيْرُ زَيْدٍ, et etiam غَيْرَ زَيْدٍ *non est egressus quisquam praeter Zaeidum*, etc. Observa, per hanc voculam غَيْرُ solere exprimi composita Latinorum per *in*; ut غَيْرُ مُكَمَّلٍ *imperfectus*, غَيْرُ مُكَمَّلَةٍ *imperfecta.* Significat quoque بِغَيْرِ *secus, aliter, sine, absque*, غَيْرَ أَنَّ *praeterquam quod*, et وَغَيْرُ ذَلِكَ *et cetera.*

Particularum aliquae, praesertim praepositiones illae, quae exprimuntur per Nomina Substantiva adverbialiter posita in Casu Nasbo, terminationem quoque mutant, cum ipsis affiguntur, seu praemittuntur particulae Giarri, ut ex دُونَ, لِأَجْلِ, فَوْقَ, أَجْلَ etc. fit مِنْ دُونِ *praeter*, مِنْ فَوْقِ *superne,* لِأَجْلِ *propter.* Quae omnia admittunt Affixa, ut مِنْ دُونِهِ *praeter eum*, etc.

De Constructione Infinitivi, seu Masdari.

Dictum est supra, Infinitivum, seu Masdarum, addi Verbo suo in Accusativo, tantum significationis augendae gratia; sicque non regit, sed solum regitur, ac fere nullam habet activitatem, nisi quod ratione annexionis, veluti nomen Substantivum, regere potest aliud nomen in casu Genitivo; ut نَامُوا نَوْمَ ٱلْمَوْتِ *dormierunt somnum mortis.* De hujusmodi Infinitivo hic non est sermo; sed tantum de illo quatenus independenter a Verbo suo, alias ob causas, instar ceterorum Nominum, orationem ingreditur in quocumque Casu positum; sicque praeter id quod ei debetur tanquam nomini, regit etiam Casus sui Verbi, ac si esset ipsum Verbum. Et tripliciter adhiberi potest, vel cum *tanuino*, vel cum Annexione ad aliud Nomen, vel cum Articulo.

Primo, Quando est cum *tanuino* majorem habet vim; et si fuerit Infinitivus ex Transitivis regit Agens in Nominativo, et Patiens in Accusativo; ut

سَيُعْجِبُنِي ضَرْبٌ زَيْدٌ عَمْرًوا *Placebit mihi percussio Zaeidus Amrum.*

رَأَيْتُ ضَرْبًا زَيْدٌ أَخَاهُ *Vidi percutere, seu percussionem, Zaeidus fratrem suum.*

أَتَعَجَّبُ مِنْ ضَرْبٍ زَيْدٌ أَخَاهُ *Miror de percussione Zaeidus fratrem suum.*

Idest, *miror quod Zaeidus percusserit fratrem suum.* In quibus Masdarum idem operatur, ac si cum Verbo diceretur أَتَعَجَّبُ مِنْ إِنْ يَضْرِبَ زَيْدًا أَخَاهُ *miror, quod percutit Zaeidus fratrem suum.* Ita quoque Intransitivi Masdarum, vel regit Agens in Rafeo, ut أَرْتَفَعَ جُلُوسٌ دَاوُدُ *excelsa facta est sessio David*; vel dicitur cum Annexione, et melius; ut جُلُوسُ دَاوُدَ *sessio Davidis.*

Secundo, Masdarum adhiberi potest tanquam Annexum, et sic Casus sui Verbi quoque regit, sed alternative. Vel enim

annectitur Agenti, posito Patiente in Nasbo seu Accusativo, ut نَصْرُ زَيْدٍ عَمْرًا *adjuvatio Zaeidi Amrum*, et أَرْتَضَيْتُ بِنَصْرِ زَيْدٍ عَمْرًا *placuit mihi adjuvatio Zaeidi Amrum.*

Vel annecti potest Patienti, locato Agente in Rafeo, ut أَرْتَضَيْتُ بِنَصْرِ عَمْرٍو زَيْدٌ *placuit mihi adjuvatio Amri Zaeidus.*

Vel potest annecti alterutri, relicto alio; ut أَرْتَضَيْتُ بِنَصْرِ زَيْدٍ *gratum habui auxilium Zaeidi*, et أَرْتَضَيْتُ بِنَصْرِ عَمْرٍو *placuit mihi auxiliatio Amri.*

Sed hoc ultimo modo, melius et clarius annectitur Patienti Masdarum significationis passivae; ut تَعِبْتُ عَلَى تَتْمِيمِ ٱلْكِتَابِ *laboravi circa expletionem libri.*

Tertio, Masdarum adhiberi potest cum Articulo, sicque vim quoque habet regendi Casus sui Verbi; sed non adeo est in usu, ob dissimilitudinem, quam tunc habet cum Verbo, ut أَعْجَبَنِي ٱلضَّرْبُ زَيْدٌ عَمْرًا *placuit mihi percussio Zaeidus Amrum.* Melius tamen dicitur sine Articulo, vel resolvitur per Verbum cum Particula Masdarali; ut أَعْجَبَنِي أَنْ يَضْرِبَ زَيْدٌ عَمْرًا *placuit mihi, quod percuteret Zaeidus Amrum.*

De Constructione Nominis Agentis.

Nomen Agentis, seu Participium Activum duas exigit conditiones ad hoc, ut Casus Verbi regere possit, nimirum, ut sit sermo de actione non praeterita, sed de praesenti, vel futura; item ut in ea sit dispositione, ut loco ejus bene staret Verbum Modzhareum; idque sex modis accidere potest, nempe si ipsum Nomen Agens adjunctum sit

1. Vel Mobtadao, sive Incoepto; ut زَيْدٌ ضَارِبٌ غُلَامُهُ مُحَمَّدًا ٱلْآنَ

Zaeidus est percutiens servus ejus Mohhammed nunc; potest quoque cum Verbo dici زَيْدٌ يَضْرِبُ غُلَامَهُ.

2. Vel Relativo, ut جَاءَنِي ٱلَّذِى قَائِمٌ أَبُوهُ *venit ad me, qui stans est pater ejus*, idest *cujus stans est pater*.

3. Vel adjunctum sit habenti *Dispositionem*, ut مَرَرْتُ بِزَيْدٍ نَائِمًا أَخُوهُ *transivi per Zaeidum, dormiente seu dum dormiret frater ejus*.

4. Vel habenti Adjectivum, ut رَأَيْتُ زَيْدًا ٱلْأَحْمَقَ ٱبْنُهُ *vidi Zaeidum, stolidum filius ejus*, idest *cujus filius stolidus est*.

5. Vel adjunctum *alef* Interrogationis, ut أَقَائِمٌ بَنُوكَ *num stans filii tui?* idest *num stantes?*

6. Vel innixum Particulae negativae, ut مَا ضَارِبٌ زَيْدٌ هِنْدًا *non percutiens*, seu *non percutit Zaeidus Hindam*.

Si vero ex recensitis conditionibus alterutra desit, illico vi operandi destituitur; nec regere poterit, nisi tanquam nomen, aliud nomen in Giarro seu Genitivo, more nominis Substantivi cum Substantivo; ut نَاصِرُ هِنْدٍ كَرِيمٌ *adjutor Hindae liberalis*; رَأَيْتُ نَاصِرَ هِنْدٍ *vidi adjutorem Hindae*, etc. In hoc casu observanda s… munia de Contracto, et Annexo superius recensita.

De Constructione Nominis Patientis, seu Participii Passivi.

Quemadmodum nomen Agentis regit eosdem Casus sui Modzharei Activi, sic nomen Patientis regit eundem Casum sui Modzharei Passivi, nimirum Rafeum in Patiente stante

loco Agentis, in quocunque Casu reperiatur, quod itidem sex modis dicitur; ut

زَيْدٌ مَضْرُوبٌ أَخُوهُ *Zaeidus percussus est frater ejus.*

جَاءَنِى ٱلَّذِى مَضْرُوبٌ أَخُوهُ *Venit ad me qui percussus est frater ejus.*

مَرَرْتُ بِرَجُلٍ مَضْرُوبًا أَخُوهُ *Transivi per hominem, dum percuteretur frater ejus.*

جَاءَنِى ٱلرَّجُلُ ٱلْمَضْرُوبُ أَخُوهُ *Venit ad me vir, percussus frater ejus.*

أَمَضْرُوبٌ أَخُوكَ *Num percussus est frater tuus?*

مَا مَضْرُوبٌ أَخُوكَ *Non percussus est frater tuus.*

Quorum Participium adhiberi potest quoque in Modzbareo, sic زَيْدٌ يَضْرِبُ أَخُوهُ, etc.

Participium Passivum ex Verbis Intransitivis illis, quae transeunt in Patiens non clarum, sive media Particula Giarri, cum eodem omnino regimine construitur; ut si cum Verbo dicatur يُخْرَجُ مِنَ ٱلْبَيْتِ *exitur de domo*, cum Participio dicetur ٱلْبَيْتُ ٱلْمَخْرُوجُ مِنْهُ *domus, de qua exitum est.*

Participium Passivum duobus aliis modis construi potest. Primo, locato in Giarro Subjecto, quod patitur; ut جَاءَنِى ٱلرَّجُلُ ٱلْمَضْرُوبُ ٱلْعَبْدِ *venit ad me vir ille, cujus servus percussus est*, et جَاءَنِى رَجُلٌ مَضْرُوبُ ٱلْأَبِ *venit ad me vir quidam, percussus patris*; جَاءَ رَجُلَانِ مَضْرُوبَا ٱلْأَبَوَيْنِ *venerunt duo viri, quorum patres percussi sunt.* Secundo modo construi potest, locato in Nasbo nomine, cujus ratione est Passio, sicque Subjectum quod patitur, in tribus dictis exemplis locatum in Giarro, in Nasbo quoque collocari potest;

ut جاءني الرجل المضروب العبد etc. Nec dubium est, quin etiam tanquam cetera nomina Manifesta et Adjectiva adhiberi possit, ita ut construatur veluti Praedicatum, Verbum, Dispositio, Adjectivum, et similia.

De Constructione Adjectivi, seu Participii Intransitivi.

Adjectivum hoc dupliciter adhiberi potest. Primo, prout est nomen non annexum, sicque regit Casus sui Verbi, nimirum Agens in Rafeo, et (si adsit) nomen aliud Nasbatum specificans qualitatem Subjecti, ut جاءني رجل حسن غلامه وجها *venit ad me vir pulcher servus ejus facie;* رأيت رجلا حسنا غلامه وجها *vidi hominem pulchrum servus ejus facie.*
Secundo modo, prout est nomen Annexum, sive cum Articulo sive sine Articulo, et sic regit aliud nomen in casu Giarro, ut جاءني رجل حسن وجه ; vel cum Articulo جاءني الرجل الحسن الوجه etc.

Adjectivum hoc Assimilatum dicitur, estque Positivum; ex ipso autem formatur Comparativum, et Superlativum, praemisso *alef* radici nominum triliterorum, quae non significant actum habendi colorem, vel deformitatem corporis, ut Lib. II. cap. IV. dictum est.

De Nomine Excessus, sive de Constructione Comparativi, et Superlativi.

Comparativi, et Superlativi apud Arabes idem est Nomen, quod vocatur اسم التفضيل *nomen excessus;* juxta formam افعل formatur, non regit nomen aliquod Manifestum post se, quemadmodum Adjectivum Positivum obtinet;

ex Positivo enim رَأَيْتُ رَجُلًا حَسَنًا أَخُوهُ *vidi hominem, pulchrum frater ejus*, non formatur Comparativus sic, رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنُ مِنْ زَيْدٍ أَخُوهُ *vidi virum, pulchriorem Zaeido frater ejus*, neque cum Annexione رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنَ ٱلنَّاسِ أَخُوهُ *vidi virum, pulcherrimum hominum frater ejus*: sed dicendum, concordato ipso Comparativo cum proprio Subjecto, cujus vere est qualitas, sive praecedat sive sequatur, sic رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنُ مِنْ زَيْدٍ أَخُوهُ *vidi virum, pulchrior Zaeido frater ejus*, idest *cujus frater pulchrior est Zaeido*; et رَأَيْتُ رَجُلًا أَحْسَنُ ٱلنَّاسِ أَخُوهُ *vidi virum, pulcherrimus hominum frater ejus.*

Hoc nomen Excessus tripliciter construi potest. Primo absolute cum Articulo. Secundo annexum alteri, idest in regimine sine Articulo, ut زَيْدٌ ٱلْأَفْضَلُ *Zaeidus praestantissimus*; زَيْدٌ أَفْضَلُ ٱلنَّاسِ *Zaeidus praestantissimus hominum*. Tertio cum Particula مِنْ; ut زَيْدٌ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو *Zaeidus est melior Amro*. Ex his tribus modis unus saltem omnino requiritur, ita ut sine uno, vel duobus illorum simul nequeat adhiberi. Non enim dici potest زَيْدٌ أَفْضَلُ sine aliquo addito; nec زَيْدٌ ٱلْأَفْضَلُ ٱلنَّاسِ; vel زَيْدٌ ٱلْأَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو: quia in primo non adest Articulus, nec Annexio, neque Particula; in secundo; quia nomen Excessus cum sit Annexum, habet contra regulas Articulum; in tertio, quia Notificatio Articuli conjungitur cum Particula مِنْ.

Licebit autem construere dictum nomen Excessus sine dictis conditionibus, quando nimirum subintelligitur aliquod illorum, vel ratione praecedentis orationis, vel subsequentis; ut ٱللّٰهُ أَكْبَرُ *Deus est major*, subintelligitur مِنْ كُلِّ شَيْءٍ *quam omnis res*; aeque ac si diceretur

أَللّٰهُ أَكْبَرُ مِنْ كُلِّ شَيْءٍ *Deus est maximus omnium.*

Nomen Excessus cum Particula مِنْ constructum non habet differentiam Generis, aut Numeri, sed tantum Casus; ita ut sive ējus Substantivum sit masculinum, sive foemininum, sive singulare, seu duale, vel plurale, semper ponitur in singulari masculino; ut

زَيْدٌ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو *Zaeidus est melior quam Amrus.*

أَلزَّيْدَانِ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو *Duo Zaeidi meliores sunt quam Amrus.*

أَلزَّيْدُونَ أَفْضَلُ مِنْ عَمْرٍو Pl. *Zaeidi meliores sunt quam Amrus.*

هِنْدٌ أَفْضَلُ مِنْ زَيْنَبَ *Hinda praestantior est quam Zainaba.*

أَلْهِنْدَانِ أَفْضَلُ مِنْ زَيْنَبَ *Duae Hindae praestantiores sunt quam Zainaba.* etc.

Cum vero adhibetur cum Articulo, tunc in omnibus concordat cum Substantivo, omnes habens differentias, Generis scilicet, Numeri, et Casus; ut

زَيْدٌ ٱلْأَفْضَلُ *Zaeidus praestantissimus.*

أَلزَّيْدَانِ ٱلْأَفْضَلَانِ *Duo Zaeidi praestantissimi.*

هِنْدٌ ٱلْفُضْلَى *Hinda praestantissima.*

أَلْهِنْدَانِ ٱلْفُضْلَيَانِ *Duae Hindae praestantissimae.*

أَلْهِنْدَاتُ ٱلْفُضْلَيَاتُ Pl. *Hindae praestantissimae.*

Cum autem alteri Annexum fuerit, tunc vel concordat in Genere, et Numero, et Casu, vel sumitur pro omnibus vox singularis masculina ad libitum; ut

زَيْدٌ أَفْضَلُ ٱلنَّاسِ

أَلزَّيْدَانِ أَفْضَلُ ٱلنَّاسِ وَأَفْضَلَا ٱلنَّاسِ

أَلزَّيْدُونَ أَفْضَلُ ٱلنَّاسِ   وَأَفْضَلُوا ٱلنَّاسِ

هِنْدٌ أَفْضَلُ ٱلنِّسَآءِ   وَفُضْلَى ٱلنَّاسِ

أَلْهِنْدَانِ أَفْضَلُ ٱلنِّسَآءِ   وَفُضْلَيَا ٱلنِّسَآءِ

أَلْهِنْدَاتُ أَفْضَلُ ٱلنِّسَآءِ   وَفُضْلَيَاتُ ٱلنِّسَآءِ

De Nomine Perfecto.

Nomen Perfectum quadruplici de causa tale dicitur. Primo, per *tanuin*, idest Nomina illa, quae habent *tanuin*, hic Perfecta vocantur.

Secundo, per ن duale, atque haec duo esse solent nomina ponderum, et mensurarum, ut رَقُودٌ *cadus*, مَنَوَانِ *duae librae*, quae dum annexa non sunt, regunt ponderatum, et mensuratum in Accusativo, ut supra in *Specificatione* dictum est; secus annecti possunt.

Tertio per ن pluralis Sani, haecque sunt nomina decadum a 20. usque ad 90., ut عِشْرُونَ *viginti*, ثَلَاثُونَ *triginta*, etc. quae annexionem non admittunt, cum numeratum in Accusativo perpetuo regant; exempli gratia عِنْدِي رَاقُودُ خَلًّا رَطْلُ زَيْتًا وَمَنَوَانِ سَمْنًا وَقَفِيزَانِ بُرًّا وَعِشْرُونَ دِرْهَمًا *apud me est cadus aceti, libra olei, duae unciae butyri, et duo modii frumenti, et viginti denarii.* Ubi τὰ خلا , سمنا , درهما , برا dicuntur Specificatio respectu indeterminationis Nominum رقود , رطل , منوان , قفيزان , عشرون , quae Perfecta appellantur, eo quod suo ن, vel *tanuino* non privantur.

Quarto, Nomen est Perfectum per Annexionem ad aliquod Pronomen affixum, cum quo simul sumptum, tanquam integratum, ac impotens giarrare nomen aliud Specificans,

quo indiget, collocat illud quoque in Accusativo; ut مِلْؤُهُ عَسَلًا *plenitudo ejus mellis*, مُعْطِيَتُهُ دِرْهَمًا *donum* sive *munus ejus denariorum*: secus generaliter loquendo de Annexione Nomen Annexum in Rafeo sine Articulo locatur, et Nomen cui Annexum est, in Giarro; ut غُلَامُ زَيْدٍ *servus Zaeidi.*

De Constructione Nominum Irregularium, seu Audibilium. Et primo de Nominibus Diminutis.

Horum Nominum operatio, et regimen non est erga alia Nomina, sed erga Verba Modzharea, ut inferius patebit. Dicuntur Diminuta, quia ad complementum sensus Orationis non sufficit unica eorum Summa, sed duae requiruntur. Sunt autem haec novem

مَنْ *quisquis.*	أَيٌّ *quicunque.*	مَا *quidquid.*
مَتَى *quandocunque.*	إِذْمَا *cum, quando.*	مَهْمَا *quotiescunque.*
أَيْنَ *ubicunque.*	حَيْثُمَا *quocunque.*	أَنَّى *quomodocunque.*

Haec quidem ab Arabibus Nomina vocantur, sed inter Particulas superius numerata sunt, et fusius infra, cum de Particulis Giezmantibus sermo erit.

De Constructione Nominum Indistinctorum.

Nomina Indistincta sunt illa, quae sine addito nil peculiare significant. Quatuor ab Auctoribus enumerantur.

Primum est numerus عَشَرَ *decem*, dum copulatur numero minori ab 11. usque ad 19., quo nomen rei numeratae collocatur in Accusativo singulari sine Articulo tanquam *Specificatio*; ut اِثْنَى عَشَرَ فَرَسًا *undecim equi*; ثَلَاثَةَ عَشَرَ بَغْلًا *tre-*

decim muli. Hanc rationem sequuntur reliqui numeri usque ad 99. Ceterum Numeri Cardinales ratione regiminis substantiva sunt, unde a 3. ad 10., et qui supra 99. sunt, regunt numeratum in Genitivo, more reliquorum Substantivorum; sed minor denario pluralem cupit, contenarius et major eo, singularem; ut ثَلَاثُ جَارِيَاتٍ *tres puellae*; أَرْبَعَةُ رِجَالٍ *quatuor viri*; مِايَةُ رَجُلٍ *centum viri*; أَلْفُ دِينَارٍ *mille denarii*.

Secundum nomen Indistinctum est كَمْ *quot*, quo interrogative cum Accusativo dicitur كَمْ رَجُلًا عِنْدَكَ *quot viri apud te*? et enunciative in Genitivo tam singulari, quam plurali; ut عَرَفْتُ كَمْ عَبْدٍ وَعَبِيدٍ لَكَ *scio, quot servos habeas*.

Tertium est كَذَا *tot*, quod construitur quoque cum Accusativo singulari indeterminato, ut لِي كَذَا فَلْسًا *mihi sunt tot quadrantes*. Quandoque regit quoque Nominativum, ut لَهُ عِنْدِي كَذَا دِرْهَمٌ *ipsi apud me tot denarii*, scilicet *ei debeo*.

Quartum est كَايِنْ, vel كَأَيِّنْ, vel كَأَيّ *quot*, interrogative, et enunciative, ut de كَمْ dictum est, quod etiam in constructione sequitur; sic كَأَيِّنْ عَبْدًا لِي *quot servi sunt mihi?*

Quae omnia cum Praepositione constructa regunt Giarrum, seu Genitivum, ut بِكَمْ دِرْهَمٍ *quot drachmis*? كَأَيِّنْ مِنْ رَجُلٍ *quot viri?*

De Constructione Nominum Verborum.

Nomina Verborum sunt dictiones quaedam indeclinabiles simplices, vel compositae, aequipollentes aliquibus Verbis, quae tripliciter considerantur. Quaedam aequipollent Praeterito; quaedam Modzhareo, alia vero Imperativo. Ex his tria rafeant, alia nasbant.

Quae aequipollent Praeterito, et rafeant, sunt هَيْهَاتَ, ut هَيْهَاتَ زَيْدٌ *longinquus factus est Zaeidus;* et شَتَّانَ, ut شَتَّانَ زَيْدٌ وَعَمْرٌو *separati sunt Zaeidus, et Amrus;* item et سَرْعَانَ, ut سَرْعَانَ زَيْدٌ *festinavit Zaeidus.*

Quae aequivalent Modzhareo, paucissima sunt, ut أُفٍّ, quod valet *taedet me.*

Tandem illa, quae correspondent Imperativo, et nasbant, sunt sex: Primum رُوَيْدَ, ut رُوَيْدَ زَيْدًا *differ Zaeidum.* Secundum بَلْهَ, ut بَلْهَ زَيْدًا *sine Zaeidum* Tertium عَلَيْكَ, ut عَلَيْكَ زَيْدًا *adhaere ei.* Quartum دُونَكَ, ut دُونَكَ زَيْدًا *accipe Zaeidum.* Quintum est هَا, ut هَا زَيْدًا *accipe Zaeidum.* Sextum est هَيْهَلَ, ut هَيْهَلَ اَلثَّرِيدَ *veni ad jus.* Sicque Nomina, quae vim habent operandi in aliud, construuntur.

De Constructione Relativi.

Praeter illa, quae pag. 203. et 240. de Relativo dicta sunt; hic, pro ejusdem constructione, notanda est ipsius operatio cum Substantivo, et Verbo sequente.

1. Relativum, quod Latini per Genitivum exprimi solent, ut *Ægyptius cujus servus*, Arabes per affixionem Pronominis personalis tertiae personae factam Substantivo sequenti, efferunt, ut أَلْمِصْرِىُّ ٱلَّذِى عَبْدُهُ *Ægyptius qui servus*

ejus; رجعت ٱلمصرية ٱلتى زوجها مات *regressa est Aegyptia illa, quae vir ejus mortuus est*, i. e. *cujus vir mortuus est.*

2. Relativum Patiens clarum, nimirum, cum est in Accusativo sine praepositione, exigit in Verbo Transitivo subsequente idem Affixum concordans in Genere, et Numero; ut رجع ٱلفقير ٱلذى انت طعمته *regressus est pauper, qui tu cibasti eum*, idest *quem tu cibasti.*

Idem dicendum de Relativo ما, ut جاءنى ما طلبته *venit ad me, quod postulavi illud.* Quandoque Affixum subtrahi potest, dum Patiens patens est, ut جاءنى ما طلبت *venit ad me, quod postulavi.*

3. Relativum a Latinis explicatum per Particulam aliquam, ut *super quem, apud quem, cum quo*, apud Arabes exigit post se Particulam congruentem, quae idem Affixum concordans habere debet, ut ٱلكرسى ٱلذى جلس عليه زيد *sedes, quae sedit super eam Zaeidus*, idest *sedes super quam sedit Zaeidus.*

4. Relativum non admittit ante se Praepositionem aliquam, sed tantum post se cum Affixo; ut ٱلذى عنده *qui apud eum*, idest *apud quem.* Sicque de ceteris praepositionibus. Quatuor tamen literas فكلو sibi praefixas saepe admittit; ut فٱلذى *et qui*, vel *qui ergo*; كٱلذى *sicut qui*; للذى *cui*; وٱلذى *et qui.*

5. Articulus ال Participio Activo, et Passivo praemissus, significationem Relativi habere potest; ut جاء ٱلضارب *venit percussor*, idest *ille qui percussit.*

De Constructione Pronominis Personalis Affixi, quatenus habet significationem Verborum Habeo, *et* Debeo.

Pronomina Affixa literae ل, nota Dativi, vel عِنْدَ *apud*, vel مَعَ *cum*, habent significationem Verbi *habeo*, *es*; hae tamen Particulae non adhibentur indifferenter, sed juxta distinctionem rerum, quae habentur.

1. Affixum literae ل adhibetur in rebus, quae fere continuo habentur, ut sunt *Pater*, *Mater*, *Frater*, *Soror*, *Filii*, et his similia. Item res quae possidentur, ut *domus*, *vinea*, *equus*. Insuper *prudentia*, *inclinatio* ad bonum vel malum, ad studium, ad lectionem etc., ut كَانَ لَهُ سَبْعُ بَنِينَ وَثَلَاثُ بَنَاتٍ *fuerunt ei septem filii*, *et tres filiae*, idest *habuit septem filios*, *et tres filias*. (Job. 1.)

2. Affixum Particulae عِنْدَ vel عِنْدَ adhibetur in rebus, quas possidens habet domi, vel in alio loco, ut sunt *panis*, *vinum*, *viaticum*, *libri*, et his similia; ut عِنْدِي رَطْلُ خُبْزًا *apud me libra panis*, idest *habeo libram panis*.

3. Affixum Particulae مَعَ adhibetur in rebus, quas possidens secum habet, videlicet *librum orationis*, *gladium*, *numos*, et his similia; ut يَعْقُوبُ مَعَهُ دِرْهَمًا *Jacobus cum eo* (idest *habet*) *pecuniam*, مَعَكَ كِتَابُ ٱلصَّلَاةِ *tu habes librum orationis*. In locutione negativa praeponitur مَا *non* immediate ante Particulam cum Affixo; ut يَعْقُوبُ مَا مَعَهُ دِرْهَمًا *Jacobus non habet pecuniam*.

4. Duo Pronomina in eadem periodo affixa literae ل, et aliud Particulae عَلَى, vel عِنْدَ habent significationem Verbi

debeo, es; ut أَنْتَ لَكَ عَلَيَّ ثَلَاثُ فُلُوسٍ *tibi debeo tres denarios*; أَنَا لِي عِنْدَكَ أَرْبَعُ قُرُوشٍ *mihi debes quatuor scutata.* Haec duo exempla literaliter sonant: *tu tibi super me* (sunt) *tres denarios*; et *ego mihi* (sunt) *apud te quatuor scutata.* Observandum literam ل apponi creditori, على vero et عند debitori. Haecque de Nomine dicta sufficiant.

CAPUT SEXTUM

DE SYNTAXI PARTICULARUM, EARUMQUE CONSTRUCTIONE IN COMMUNI.

Particularum operatio, et regimen ad omnes Casus se extendit; aliae enim postulant Rafeum, aliae Nasbum, plurimae Giarrum, et aliae Giezmam. Species Particularum regentium, seu operantium multiplex est. Quaedam enim operantur in Nomen, aliae in Verbum. Quae operantur in Nomen, in duplici sunt differentia; aliae operantur in Simplex, aliae in Summam. Rursus ex operantibus in Simplex aliae sunt Giarrantes, aliae Nasbantes. Quae vero operantur in Verbum, in duplici quoque sunt differentia; quaedam nasbant, et quaedam giezmant. Sicque ad summum quinque Particularum species exurgunt, videlicet:

أَلْحُرُوفُ ٱلْعَامِلَةُ فِي ٱلْاسْمِ ٱلْمُفْرَدِ ٱلْجَارَّةُ ❊ وَفِي ٱلْاسْمِ ٱلْمُفْرَدِ ٱلنَّاصِبَةُ ❊ وَفِي ٱلْجُمْلَةُ ❊ وَفِي ٱلْفِعْلِ ٱلنَّاصِبَةُ ❊ . وَفِي ٱلْفِعْلِ ٱلْجَازِمَةُ ❊

Hoc est 1. *Particulae operantes in Nomen simplex Giarrantes.* 2. *Et in Nomen simplex Nasbantes.* 3. *Et in Summam.* 4. *Et in Verbum Nasbantes.* 5. *Et operantes in Verbum Giezmantes.*

De his, et omnibus aliis, quae ad regimen Particularum pertinent, disserendum est in particulari: et primo

De Constructione Particularum Giarrantium.

Quemadmodum Praepositiones omnes tum conjunctae, tum separatae, regunt Giarrum, pariformiter Particulae Giarrantes, quae in quibusdam eaedem sunt, (et Lib. II. Part. III. per totum, et praecipue Cap. 3. traditae) statuunt Nomina, quibus praemittuntur in Casu Genitivo; ut بِبَيْتٍ *in domo*, فِي بَيْتٍ idem, لِلّٰهِ *Deo*, تَحْتَ مَائِدَةٍ *sub mensa.*

EXCEPTIO.

1. Excipiuntur حَتَّى cum significat *ut*; وَ quando significat *cum*, quae Accusat. postulant; ut جَاءَ ٱلْأَمِيرُ وَٱلْجَيْشَ *venit Dux cum exercitu.*

2. Item Particulae Exceptivae خَلَا, حَاشَا, عَدَا, quae saepe quoque Accusativum regunt; ut قَامَ ٱلْقَوْمُ خَلَا زَيْدٍ et زَيْدًا *surrexit populus praeter Zaeidum.*

3. Sed إِلَّا *nisi*, cum oratio est affirmans, regit Nasbum seu Accusativum; ut غَرِقَ ٱلنَّاسُ إِلَّا نُوحًا *submersi sunt homines, praeter Noe.*

4. Si autem est negans, et Nomen, unde fit exceptio, subticeatur, exceptum Nominis subintellecti Casum accipit; ut مَا قَامَ إِلَّا زَيْدٌ *non surrexit* (scilicet *quisquam*) *nisi Zaeidus*; مَا رَأَيْتُ إِلَّا نُوحًا *non vidi nisi Noe*; ubi subintelligitur مَا قَامَ أَحَدٌ, et مَا رَأَيْتُ أَحَدًا.

5. Si vero exprimatur illud Nomen, exceptum indifferenter aut ejusdem cum illo Casus est, aut Nasbi; ut مَا

LIBRI TERTII

PARS SECUNDA

DE CONSTRUCTIONE ORATIONIS LIGATAE

IDEST

DE ARTE METRICA ARABUM.

DE SYLLABIS, ET PEDIBUS.

Syllaba, ut in Orthographia traditur, duplex est: *Pura*, et *Mixta*. Pura constat vel unica consonante, et vocali, ut بَ , بِ , بُ , et brevis est; vel consonante, et vocali cum اوى sequente homogeneo, ut بَا , بِى , بُو , estque syllaba longa. Mixta constat duabus consonantibus, vocali una copulatis, ut بَلْ, كُنْ, بِلْ, quae itidem longa est: tribus interdum constare potest literis, virtute *tescdid* post aliquam ex literis اوى positi, ut est syllaba نَانّ in dictione طَلَبْنَانّ *prorsus quaesierunt* plur. foem.

Ex Syllabis formantur Pedes, qui duo tantum sunt, nimirum سَبَبٌ *funis*, seu *chorda*, et وَتَدٌ *palus*, seu *paxillus*. Carminis enim structura ab illa domi, seu tentorii similitudinarie desumpta est; nam sicut ista vocatur بَيْتُ ٱلشَّعْرِ *domus pilorum*, eo quod ex pilis et pellibus tentoria sibi extendant Arabes, ita illa appellatur بَيْتُ ٱلشِّعْرِ *domus poe-*

seos, seu *versuum*, quia instar tentorii funibus, et paxillis fulcitur Oratio Ligata.

Pes igitur أَلسَّبَبُ duabus constat literis, quarum prior perpetuo habet vocalem, posterior vero vel habet, vel non: si non habeat vocalem, vocatur أَلسَّبَبُ ٱلْخَفِيفُ *chorda levis;* qualis est مَنْ *quis*, مِنْ *ex*, بَلْ *sed*, أَمْ *aut*, لَا *non*, قُلْ *dic*, et his similia. Si autem utraque sit cum vocali, appellatur أَلسَّبَبُ ٱلثَّقِيلُ *chorda gravis;* qualis est هُوَ *ipse*, هِيَ *ipsa*, أَبٌ *patrem*, لَهُ *ei*, بِكَ *per te*, بَلْ *sed* (ante *Vassl.*)

Pes autem أَلْوَتَدُ constat ex tribus consonantibus, quarum duae vocalem possident, alia caret vocali. Si vocalem possidentes immediate sequantur, sintque prima et secunda, ut رَمَتْ *projecit illa*, غَزَتْ *pugnavit illa*, هَذَا *hic*, لَهَا *ad eam*, لَقَدْ *profecto*, *jam*, vocatur أَلْوَتَدُ ٱلْمَجْمُوعُ *paxillus conjunctus.* Si vero litera quiescens mediet inter utramque motam, ut اِبْنٌ *filius*, جُزْءٌ *pars*, أَجْلُ *propter*, لَيْسَ *non est*, قُلْتُ *dixi*, etc. vocatur أَلْوَتَدُ ٱلْمَفْرُوقُ *paxillus disjunctus.*

Quatuor igitur Syllabarum, ac totidem Pedum Species hactenus recensitae in quocunque Carminum genere Arabice constructo observantur, nec quidquam aliud datur.

Ex quibus componuntur partes, alternatim sibi mutuo succedentibus chordis et paxillis, ac hisce formulis exprimuntur, nimirum مُسْتَفْعِلُنْ, qua tres pedes significantur, Chorda levis, Paxillus disjunctus, et alia Chorda levis. فَاعِلَاتُنْ, qua tres quoque pedes exprimuntur, scilicet Chorda levis, Paxillus conjunctus, et Chorda levis. فَعُولُنْ, qua duo tantum pedes denotantur, scilicet Paxillus conjunctus,

et Chorda levis. مُتَفاعِلُنْ, in qua tres pedes continentur, nempe Chorda gravis, Chorda levis, et Paxillus conjunctus. مُفَاعَلَتُنْ, in qua tres pedes habentur, nimirum Paxillus conjunctus, Chorda gravis, et Chorda levis.

Hae formulae indicant metricam quantitatem Carminum, ostendentes quoque singulas literas movendas, sive vocali destituendas; adeo ut ex ipsis formetur Carmen

فَعُولُنْ مُفَاعِيلُنْ مُفَاعَلَتُنْ وَفَا

عِلَاتُنْ مُفَاعِلُنْ مُفَاعِيلُنْ فَاعِلُنْ

Priusquam tamen ad particularia Carminis procedatur, sciendum est Arabum Versus magis Italicis, quam Latinis Carminibus consonare: quare his, qui Italice sciunt construere Versus, facilis erit Arabicorum structura, praesertim cum Itali licentias tam amplas non adhibeant, sicut Arabes, qui ne grave aut acutum negligant dictum, integritatem Carminis frangere non curant: Italis autem mensura perpetuo eadem est; et Species, quae undecim exigit syllabas, non minuitur neque augetur; ita et quae duodecim, semper habet duodecim, et sic in ceteris. Facilitas quoque augetur in eo, quod sicut Itali, ita et Arabes Versus jungunt binos, et in fine postulant consonantiam similis desinentiae, quam vocant قَافِيَةٌ *rhythmum*. Initium prioris Versus denominant اَلصَّدْرُ *accessum*; ultima vero dictio ejusdem, quae proponitur ad consonantiam, dicitur اَلْعَرُوضُ *propositio*, *oblatio*; dictio autem ultima posterioris, quae consimilem reddit consonantiam, denominatur اَلضَّرْبُ *pulsatio*. Versus vero tam prior, quam posterior appellatur مِصْرَاعٌ *janua*; et ambo pariter مِصْرَاعَانِ *Bifores*, sumpta me-

taphora ab ostio, quod duabus foribus, hinc inde claudentibus, obstruitur.

Aegyptius quidam, nomine *Chazregiacus*, omnem artem Arabici Metri elegantibus Versibus tradidit: ex ipsius igitur doctrina, et adm. Rev. Patris Guadagnoli Ord. Cler. Minorum auxilio, plana reddentur omnia.

Ex formulis superius recensitis Auctor *Chazregiacus* format exemplum, supponens aliud Carmen correspondens non solum per singulas partes et pedes, sed etiam literas, hoc modo:

فَعُولُنْ مَفَاعِيلُنْ مَفَاعَلَتُنْ وَفَا

أَصَابَتْ بِسَهْمَيْهَا جَوَارِحُنَا فَدَا

Impetierunt sagittis suis duabus amasiae nostrae, et as-

عِلَاتُنْ مَفَاعِلْ مَفَاعِيلَ فَاعِلُنْ

رَكُونِي بِهِمَّةٍ كَوَقْعَيْهِمَا سَوَا

secutae sunt me cum dolore, sicut casum earum adaequate.

فَمَا زَايِرَاتِي فِيهِمَا حَجَّبَتْهُمَا

وَلَا يَدُ طُولَاهُنَّ يَعْتَادُهَا آلْوَفَا

Et quod ad meas affectiones respectu earum, fateor, gratas habui. Neque manus est tam longa, ut simile perficere possit.

Carmen istud constat formulis, quibus manuducuntur tyrones ad componendos Versus; indicatque numerum literarum quiescentium, et motarum, quae hoc genere Carminum exiguntur. Fitque etiam (quemadmodum licitum est) cum separatione dictionis ultimae prioris partis, ac posteriori tribuitur. Viginti duas exigit literas, quatuordecim motas, et octo quiescentes, proindeque quatuordecim sylla-

bis constat. Rhythmi concinnitatem in fine utriusque continet; at Carmina, quorum doctrinam tradit Auctor *Chazregiacus*, habent consonantiam tantum alterni, juxta morem Italici Carminis: quemadmodum et sequens a quodam alio Poeta relatum.

مَنْ يَعْمَلِ ٱلْخَيْرَ لَا يَعْدَمْ جَوَايِزَهُ

لَا يَذْهَبُ ٱلْعُرْفُ بَيْنَ ٱللّٰهِ وَٱلنَّاسِ

Qui bonum fecerit non destituetur praemiis ejus :
Non peribit beneficium inter Deum et homines.

Hoc Carmen viginti duas habet literas, quatuordecim syllabas, uti et praecedens, a quo tamen, respectu positionis syllabarum et pedum, valde differt; ratio infra demonstrabitur.

De Carminum Divisione.

Carminum Genera ab Arabibus vocantur Circuli, qui quinque praecipue extant, eorumque unumquodque subdividitur in alias species, ita ut quindecim evadant.

PRIMUS igitur est ٱلدَّايِرَةُ ٱلْمُخْتَلِفَةُ *circulus varius*, qui tres Carminum species continet, nimirum ٱلطَّوِيلُ *longum*, ٱلْمَدِيدُ *extensum*, et ٱلْبَسِيطُ *expansum*: cujus Circuli, seu generis Carminum mensura est مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلُنْ,

continens quatuordecim syllabas, decem longas, et quatuor breves: seu (quod idem est) vigintiquatuor literas, quatuordecim motas, et decem quiescentes. Auctor libri Chamus hanc mensuram tribuit Carmini Expanso, inquiens: Expansum est tertia species Carminum, cujus mensura est مستفعلن فاعلن octies replicata: sed iste Auctor, et quili-

bet alius, dum mensuram Carminum indicant, de Disticho significant: quare si quis unius duntaxat Carminis mensuram agnoscere velit, medietatem accipiat.

Praedictae Circuli species ab invicem distinguuntur, non quidem ex eo, quod plures et pauciores habeant syllabas, sed quia literas quiescentes non habent in eodem loco, seu gradu, Carminis.

SECUNDUS vocatur ٱلدَّايِرَةُ ٱلْمُوتَلِفَةُ *Circulus Compositus*, quo duae Carminum species continentur, scilicet ٱلْوَافِرُ *Exuberans*, seu *Copiosum*, et ٱلْكَامِلُ *Perfectum*.

Et utraque species constat quindecim syllabis, novem brevibus, sex longis; seu quodlibet Carmen constat literis viginti et una, quindecim motis, et sex quiescentibus. Exuberantis mensura est مُفَاعَلَتُنْ مُفَاعَلَتُنْ مُفَاعَلَتُنْ, idest quindecim syllabae, quarum secunda, 5., 7., 10., et 12., etc. longae sunt, quemadmodum Auctor Chamus testatur; reliquae corripiuntur.

Carmen vero Perfectum, licet easdem literas, syllabas productas, et correptas habeat, diverso tamen ordine disponuntur; nam syllabae productae, erunt tertia, 5., 8., 10., et 13., etc.; correptae vero prima, 2., 4., 6., 7., 9., 11., 12., et 14., cujus mensura est مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ مُتَفَاعِلُنْ, quod ut integrum Distichon evadat, hoc idem duplicatur, quemadmodum et praecedens Exuberans. Hocque totum ex Chamus doctrina habetur.

Sed Abu'l Ola Moarrensis Tenochita Poeta perquam celebris, in suo Carmine metri *Copiosi*, seu *Exuberantis* habet Versus ex 19. literis, et 12. syllabis constantes, ut

أَعَنْ وَخْدِ ٱلْقِلَاصِ كَشَفْتَ حَالَا

وَمِنْ عِنْدَ ٱلظَّلَامِ طَلَبْتَ مَالَا (1) ✲

---

(1) Vel لا مَا *quod non est.*

وَدُرًّا خِلْتَ أَنْجُمَهُ عَلَيْهِ

وَهَلْ لَا خِلْتَهُنَّ بِهِ ذُبَالَا ☼

وَقُلْتَ ٱلشَّمْسُ بِٱلْبَيْدِ بِتِبْرٍ

وَمِثْلُكَ مَنْ تَخَيَّلَ ثُمَّ خَالَا (1) ☼

وَفِى ذَوْبِ ٱللُّجَيْنِ طَمِعْتَ لَمَّا

رَأَيْتَ سَرَابَهَا يَغْشَى ٱلرِّمَالَا ☼

Num (2) *ex properato gressu camelorum detexeris statum*,
Et ex obscura nocte quaesieris opes ?
Et margaritas esse *imagineris stellas in ea*,
An non putes eas esse *ibi ellychnia* accensa ?
Dicasque Solem in deserto esse *aurum* ?
At tui similis fuerit, *qui imaginetur inibi naevum* ;
Fusumque argentum concupiscas, *quando*
Vides vaporem ejus (Solis) *tegentem arenas* ?

In hisce metri Copiosi Carminibus quaedam observanda sunt, nimirum non omnia aequaliter constare novemdecim literis, et duodecim syllabis; idcirco ubi minuuntur literae, aut syllabae, hoc provenit a licentia, de qua infra dicetur. Similiter syllabae productae nunc septem, nunc sex, nec semper eodem ordine apparent. Desinentia (excepto priore Disticho) est alterna, quae in secundo Versu ubique duabus syllabis productis constat. Secus praecipua Carminis Abu'l Olae mensura est, مُفَاعِيلُنْ مُفَاعِلَتُنْ مُفَالَا, quae differt ab illa Chamus superius tradita.

(1) Pro خَالَ.

(2) Interrogatio in hisce aequivalet prohibitioni: *ne facito talia.*

TERTIUM Carminis genus vocatur الدَّايِرَةُ ٱلْمُشْتَبِهَةُ *Circulus Similis*, seu *Imitans*.

Hujus Circuli species tres sunt, nimirum ٱلْهَزَجْ *Cantilena*, *Madrigale*, ٱلرَّجَزْ *Satyra*, *improvisa modulatio*, ٱلرَّمَلْ *Carmen breve*.

Horum trium mensura, duodecim est syllabarum, et pro specie, quae dicitur Cantilena, Auctor Chazregiacus affert hoc exemplum, et ejusdem mensuram: sic

مَفَعِيلُنْ فَاعِلَاتُنْ مُفَاعِلُنْ, ut

وَيَسْعَبُ ٱلضِّيمَ بَـأْسًا يَقُودُهُمْ

كَذَاكَ وَلَوْ مَاتُوا فَمُوسَى آمْرٌ وَدُنَا

Et per desertum Dzhim, seu montuosum, tristis duxit eos:
Ita et si mortui sunt, tamen Moyses aderat heros.

Pro secunda specie ٱلرَّجَزْ *Carmen ex tempore*, seu *Satyra* affert Chamus mensuram مُسْتَفْعِلُنْ ter repetitam, idcirco datur locus divisioni Carminis in tres partes, ita ut vocari possit Italice *Terzetto*, et quodlibet constet ex tribus Versibus quaternarum syllabarum, qui Versus in tres partes divisi, ab Auctore adducuntur.

بعلمها	الاّ أَتَا	مَا أَقْبَلَتْ
per scientiam suam	*nisi afferat*	*Nunquam venit*
مَا بِهِ أَتَى	يَا حَبَّذَا	مُبَشِّرُنَا
ah! quid attulit?	*o dilecte*,	*Bonus nuncius noster*,

i. e. *Nunquam venit, nisi afferat aliquid scientia sua Evangelizator noster, o dilecte, papae quid attulit?*

Hujus generis Carmen constat ex duodecim consonantibus motis, et octo vel novem quiescentibus, ita ut fiant duodecim syllabae, ex quibus octo sint longae, tres breves,

ultima vero ad libitum disponitur; penultima debet esse brevis, antepenultima longa, quamvis liceat in ceteris convenientia.

Pro tertia specie Carminis أَلرَّمَلُ *Brevis*, seu *Exilis* affert Chamus mensuram فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ duodecim syllabarum; quae omnes, praeter tres, producuntur.

QUARTUM Carminis genus vocatur أَلدَّائِرَةُ ٱلْمُجْتَلِبَةُ *Circulus Contractus*, ad quem pertinent sex Carminum species, nimirum:

أَلسَّرِيعُ ٱلْمُنْسَرِحُ ٱلْخَفِيفُ ٱلْمُضَارِعُ ٱلْمُقْتَضَبُ ٱلْمُجْتَثُّ

Convulsum. *Concisum.* *Simile.* *Leve.* *Emissum.* *Velox.*

1°. species Carminis *Velocis* constat ex septem Syllabis, ut sunt Carmina Alcorani Sur. ٱلْمُرْسَلَاتِ *de Missis* seu *Nunciis*; ubi replicatis juramentis, quasi ludens, sic loquitur:

وَٱلْمُرْسَلَاتِ عُرْفًا *Per demissos crines, seu nuncios probos,*

فَٱلْعَاصِفَاتِ عَصْفًا *Et procellosos ventos:*

وَٱلنَّاشِرَاتِ نَشْرًا *Per sparsas dissipationes,*

فَٱلْفَارِقَاتِ فَرْقًا *Et separatrices separationes.*

2°. species Carminis *Emissi* non constat ex una certa mensura, sed ex pluribus collectis, prout solent Itali in iis, quae vocant *Cantilene*, seu *Madrigali*; modo enim septem admittit syllabas, modo undecim, modo duodecim, etc. ut profecto vocari possit *ad voluntatem Emissum*; ut constat per totum fere Alcoranum, Mahumetem Carmina protulisse, prout in buccam caderent. Nam Sur. ٱلنَّجْمِ *de Stella*, sic ait:

وَٱلنَّجْمِ اذَا هَوَى *Per stellam, quando ceciderit.*

مَا ضَلَّ صَاحِبُكُمْ وَمَا غَوَى *Non errat doctor vester, neque decipit.*

وَمَا يَنْطِقُ عَنِ ٱلْهَوَى *Et non loquitur ad voluntatem.*

انْ هُوَ الَّا وَحْىٌ يُوحَى *Et quidem non est, nisi inspiratio.*

عَلَّمَهُ شَدِيدُ ٱلْقُوَى *Docuit eum fortis robore,*

ذُو مِرَّةٍ فَٱسْتَوَى *Sapiens, et didicit.*

Ad quam speciem Carminis pertineat, in hoc non conveniunt Auctores; quidam enim ad nullum ex quinque generibus referunt, cum fere ad omnes asserant pertinere, nec illi peculiarem mensuram assignent. Alii volunt pertinere ad Circulum Attractum, seu Contractum, qui continet eas species Carminum, quae ex duodecim syllabis constant; et hujus Carminis, quod Emissum dicitur, peculiarem esse mensuram مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ: Emissum vero in alia acceptione dictum, esse aequivocationem nominis, dum sumitur pro Carmine constante ex diversis generibus. Hi quoque Auctores, hac de causa, Carmen *Velox* constans septem syllabis ad hunc Circulum non referunt, sed ad *Varium* constans ex quatuordecim syllabis. Alii vero qui ad hunc Circulum referunt, asserunt esse duodecim syllabarum, mensurae vel proximae dictae, vel secundum alios مُسْتَفْعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ; sicque determinate non conveniunt Poetae.

3ª. species Carminis *Levis* constat secundum aliquos ex octo syllabis, cujus mensuram faciunt مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ: sicque sunt Carmina Alcorani سُورَةُ ٱلْمُرْسَلَاتِ Sur. *de Nunciis*, sub initio

فَاذَا ٱلنُّجُومُ طُمِسَتْ *Quando obscurabuntur Stellae;*

وَاذَا ٱلسَّمَآءُ فُرِجَتْ *Et quando Coelum scindetur;*

وَاذَا ٱلْجِبَالُ نُسِفَتْ *Et quando Montes complanabuntur;*

وَاذَا ٱلرُّسُلُ أُقِّتَتْ *Et quando Nunciis praefinietur tempus;*

لِأَيِّ يَوْمٍ أُجِّلَتْ *Quo die constitutum est.*

Ita Levi Auctor Libri Chamus. Alii vero volunt hujusmodi species constare ex duodecim syllabis; ejusque mensuram esse فَاعِلَاتُنْ مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ. Alius habet فَاعِلَاتُنْ ter pro mensura. Sed diversitas haec est quaestio de nomine; sufficit Tyroni, utrinsque speciei Carmina reperiri, octo nimirum, et duodecim syllabarum.

4ª. species, quae dicitur *Similis*, est etiam duodecim syllabarum, ejusque mensura مَفَاعِيلُنْ فَاعِلَاتُنْ مَفَاعِيلُنْ.

5ª. species est Carminis *Concisi*, cujus mensura formatur hoc modo مُسْتَفْعِلُنْ فَاعِلَاتُنْ فَاعِلَاتُنْ, constat duodecim syllabis, quarum novem productae, tres vero correptae sunt. Ita Chamus.

6ª. tandem species Carminis *Convulsi*, cujus mensura est مَفَاعِيلُنْ مَفَاعِيلُنْ مَفَاعِيلُنْ, in qua duodecim syllabae, novem longae, tres breves continentur.

QUINTUM genus Carminum vocatur اَلدَّائِرَةُ ٱلْمُتَّفِقُ *Circulus Conveniens*, qui continet duas species Carminum, quae unico nomine ٱلْمُتَقَارِبُ *Conjunctum*, exprimuntur; prioris mensura est فَعُولُنْ quater pro unico Versu, octies pro integro Disticho repetitum; posterioris vero فَعُولُنْ فَعُولُنْ

فَعَلْ. Carmina primae speciei constant ex duodecim syllabis; secundae vero, novem aut octo. Utraque haec species denominatur Carmen *Conjunctum*, quia pedes Paxillos frequentiores habet, quam Chordas.

Exemplum prioris Carminis refert Chamus in Particula وا, sic

وَا بِأَبِى أَنْتَ وَفُوكَ ٱلْأَشْنَبْ

كَأَنَّمَا ذُرَّ عَلَيْهِ ٱلزَّرْنَبْ

Vah, pater meus es tu, et os tuum albis respersum pustulis,
Sicut margaritae aspersae odoratis unguentis.

Hujus speciei sunt Carmina in Libello Centum Regentium allata, dum de Particulis assimilatis Verbo, ibi agitur.

كَأَنَّكَ بَقْلَةٌ فِى أَرْضٍ هَشٍّ

فَجَآءهَا وَابِلٌ فَتَرَكَهَا قَشٍّ

Quasi tu portulaca in terra molli,
Et supervenit violentus imber, et reliquit eam inanem.

Hujus loci quoque sunt Carmina Alcorani سُورَةُ ٱلنَّبَاء Sur. *de Nuncio.*

ذَلِكَ ٱلْيَوْمُ ٱلْحَقُّ فَمَنْ شَاء

اتَّخَذَ الَى رَبِّهِ مَـآبًا

إِنَّا أَنْذَرْنَاكُمْ عَذَابًا قَرِيبًا

Ille dies est verus: et qui voluerit,
Assumet sibi ad dominum suum confugium:
Enim vero nos comminati sumus vobis tormentum proximum.

Huc revocantur omnia Carmina ex undecim syllabis constantia, dummodo penultima sit longa, et quamvis videatur crescere, aut deficere aliqua syllaba tam hic, quam in superioribus Circulis; hoc est ex licentia, de qua infra sermo erit. Quare ad hunc locum referuntur quaedam Carmina undecim, et etiam decem syllabarum, quae in Alcorano re-

periuntur, praesertim in سُورَةُ ٱلْإِنْسَانِ Sur. *de Homine*, ubi, fere in medio, sic legitur:

وَيُسْقَوْنَ فِيهَا كَأْسًا *Et bibent in ea poculum,*

كَانَ مِزَاجُهَا زَنْجَبِيلًا *Cujus mixtio est Zinziber:*

عَيْنًا فِيهَا تُسَمَّى سَلْسَبِيلًا *Fons est in ea, vocatur Salsabil.*

Et initio Sur. ٱلنَّبَإِ habentur Versus septem, et novem syllabarum, huc pertinentes, hoc modo initio capitis dispositi:

عَمَّ يَتَسَاءَلُونَ	*Pro quo interrogabunt*
عَنِ ٱلنَّبَإِ ٱلْعَظِيمِ	*De fama, seu nuncio magno,*
ٱلَّذِي هُمْ فِيهِ مُخْتَلِفُونَ	*De quo ipsi inter se dissident.*
كَلَّا سَيَعْلَمُونَ	*Nequaquam ipsi noscent:*
ثُمَّ كَلَّا سَيَعْلَمُونَ	*Iterum dico, nequaquam ipsi noscent.*

Nota Versus intermixtos septem syllabarum pertinere ad praedictam eorumdem mensuram; Versus vero novem syllabarum spectare ad secundam speciem hujus quinti Circuli, cujus penultima regulariter brevis est; ex licentia tamen produci potest, nt in mox adducto exemplo videre est.

Carmina Alcorani Sur. *de Nunciis* superius allata pro mensura octo syllabarum, aliqui Poëtae ad secundam speciem quinti Circuli hic referunt, et bene: nam fere omnia ibi constant novem syllabis. Ut igitur hic, et inibi pro exemplo inserviant, notandum est, syllabam secundam liquescere posse sic وَإِذْ, quod ad libitum fit, vel proferri hoc modo وَإِذَا, ut sint tres syllabae: si primo modo fiat, pertinet ad Carmen octo syllabarum, quod est Carmen perti-

nens proprie ad speciem septenarii, cui additur una syllaba, si penultima sit brevis, quia tunc brevitas penultimae facit, ut cum ultima quasi una censeatur. Ita etiam dicendum de Carminibus duodecim syllabarum, quae eandem reddunt consonantiam Versuum undecim syllabarum: ratio est, quia morula a syllaba longa requisita, est duplum ejus quod syllaba brevis exigit. Haecque est methodus propria circa Carminis mensuram. Si tamen secundo modo exprimatur, vere pertinet ad secundam speciem Carminis *Conjuncti*, cum penultima brevi: quamvis plerique velint ع mensurae فعل hic quiescere, et Carmen esse octo syllabarum.

Quinque igitur Circuli, seu genera Carminum ad mentem Chazregiaci habentur.

1. Circulus *Varius*, cujus species sunt Carmina *Longum*, *Extensum*, et *Expansum*, quae non differunt respectu quantitatis syllabarum, cum omnia quatuordecim constent; sed respectu dispositionis earum, prout indicant mensurae.

2. Circulus *Compositus* continens duas species Carminum, nimirum Carmen *Perfectum*, et *Exuberans* seu *Copiosum*, ex quindecim syllabis utrumque compositum. Sed Abu'l Ola Moarrensis habet Carmen metri Copiosi constans ex duodecim syllabis.

3. Circulus *Similis* continet tres species anomalas, scilicet *Cantilenas*, *Improvisa*, et *Brevia*, quae a quibusdam inter Carmina non recensentur; alii ajunt, Circulum *Similem* non esse praecipuum, sed reduci ad quartum, qui primus est omnium specierum ex duodecim syllabis constantium; dicitur autem Similis, quia est instar sequentis, qui dicitur

4. Circulus *Contractus*, estque praecipuus omnium specierum; constat ex duodecim syllabis, quamvis aliqui diversi generis Carmina, nimirum septem et octo syllabarum, intermisceant.

5. Circulus *Conveniens*, sive *Consentiens* continet Carmina non solum duodecim, sed etiam novem et undecim syllabarum; ita ut quindecim Species, et quinque Genera Circulorum evadant.

Sed doctrina Chazregiaci non sufficit ad perfectam Carminum structuram; ideoque circa eandem materiam subjunguntur Carmina Auctoris conspicui, qui propter suam eruditionem, Poetarum Princeps apud Arabes nominatur, nomine Bader Aladinus Damamianus.

Doctrina Bader Aladini Damamiani Regis Poetarum.

Docet Auctor iste, licentiam sumi posse poeticam in Carminum structura, et syllabis, necnon partibus Carminum derogari, modo adsit prudentia, quae discrete licentiam sumat, praesertim cum ratione argutae, gravis, aut elegantis sententiae opus fuerit. Insuper addit, in Versibus circa septimam, et nonam syllabam bene cadere pausam, vel circa ipsorum medietatem, intelligitque de illa pausa, quam exigit Versus, antequam finiatur, a Latinis vocata Caesura, prout est quies in his Carminibus: *Arma, virumque cano;* deinde post pausam subditur, *Trojae, qui primus ab oris.* Et: *Infandum Regina jubes*, deinde post quietem, *renovare dolorem.* Sic etiam in Italicis: *Canto l' armi pietose*, deinde post pausam subinfertur, *e' l Capitano.* Nec non: *Le donne, i cavalier*, deinde post pausam, *l' armi, e gli amori.* Haec igitur pausa taliter disponi debet, ne debita tollatur concatenatio, et potius derogandum est syllabis, quam Versuum compagini. Nec Regulae sufficiunt ad Carminis elegantiam, nisi adhibeatur prudentia, sic أَصَابَتْ بِسَهْمَيْهَا (ecce pausam), deinde sequitur جَوَارِحُنَا فَذَا: Necnon رُكُونِى بِهِمَّةٍ (hic pausatur), deinde additur كَوَقْعَيْهِمَا سَوَا etc.

De Licentia Poetica

Pro intelligentia hujus Licentiae revocandae sunt in mentem mensurae Carminum superius traditae, hisce formulis

figuratae فَاعِلَاتُنْ مُفَاعَلَتُنْ فَعُولُـنْ مُتَفَاعِلُـنْ فَعْلُ مُفَاعِـيلُـنْ فَعِلْ فَاعِلُنْ مُسْتَفْعِلُنْ quibus significantur quae literae quiescere, et quae moveri debeant, et quot. Cum ergo dicetur, dari licentiam privandi secundam literam vocali, intelligendum est cum relatione ad integram mensuram Versus.

Prima igitur licentia vocatur أَلْإِضْمَارُ, qua licet privare vocali secundam literam, alias motam, sic مُتَفَاعِلُنْ ter repetitum est mensura Carminis *Perfecti;* licet, inquam, loco primae formulae ponere مُتْفَاعِلُنْ, ita ut evadat in مُسْتَفْعِلُنْ. Hocque fit respectu cujuscunque generis Carminum, illis solum exceptis, quae habent in principio فَاعِلَاتُنْ vel مُفَاعَلَتُنْ ubi ا ex se sine licentia quiescit in prima, tertia vero radicalis, quae esset movenda, non movetur in secunda formula, idcirco in his licentia non admittitur.

2ª. licentia est أَلْخَبْنُ *Sinuatio*, seu أَلْوَقْصُ *Diminutio*, quae consistit in rejectione secundae literae tam motae, quam quiescentis, in Carmine; hoc modo فَاعِلُنْ quod reducitur ad فَعِلُنْ, et مُسْتَفْعِلُنْ ad مُتَفْعِلُنْ, nec non مُتَفَاعِلُنْ ad مُفَـاعِلُنْ. Rejectio literae ا in formula فَـاعِلُنْ vocatur أَلصَّدْرُ.

3ª. est أَلطَّـيُّ *Implicatio*, seu *Involutio*, idest licet rejicere quartam literam, si quiescens fuerit, ut ex فَعِلَاتُنْ fit فَعِلَتُنْ: si vero non quiescat, nihil mutatur.

4ª. licentia vocatur أَلْـعَـصْـبُ *Quies*, qua privatur vocali ل, idest quinta litera mensurae مُفَاعَلَتُنْ in Carmine Copioso, et aliis similibus, ita ut ad مُفَاعِيلُنْ reduca-

tur. Potest quoque rejici quinta litera, quando juxta mensuram, quinto loco quiescens exigeretur, ut مُفَاعِلُنْ sit pro مُفَاعِيلُنْ : Haecque licentia vocatur اَلْعَقْلُ *Colligatio*. Animadvertendum tamen est quod si quinta fuerit mota, non licet rejici, sed tantum vocali privari.

5°. licentia dicitur اَلْكَفُّ *Cessatio*, estque neglectio seu rejectio literae septimae, cum fuerit quiescens, prout est ن mensurarum فَاعِلَاتُنْ et مُفَاعِيلُنْ, ita ut evadant مُفَاعِيلُ et فَاعِلَاتُ.

6°. est quaedam generalis licentia, quae vocatur اَلزِّحَافُ *Prolapsus*, estque neglectio seu rejectio literae ex mensura, cum tali dexteritate, ut ejus neglectio de elegantia Carminis nihil detrahat; ut

وَتَغْيِيرُ ثَانِي حَرْفَيِ ٱلسَّبَبِ ٱدْعُهُ

زِحَافًا فَأَوْجُ ٱلْجُزْءِ مِنْ ذَلِكَ أَمْ حَتْمِي

Et alterationem secundae ex duabus Chordae literis, nomina illam زِحَافًا *i. prolapsum; ac proinde ut* أَوْجُ *pars erit, velut* حَتْمِي.

Duas licentias continet hoc Carmen, privationem scilicet vocalis in أَوْجُ, et rejectionem literae ا in حَتْمِي pro اِحْتَمِي.

7°. licentia, ab aliquibus adhibetur, sed non passim sumenda, nisi in Carmine *Exuberanti*; vocaturque اَلْخَرْمُ *Promontorium*, et est rejectio literae ف a mensura فَعُولُنْ, et literae م a مُفَاعَلَتُنْ; sic عُولُنْ, et فَاعَلَتُنْ. Carmen vero, in quo haec sumpta est licentia dicitur مَخْرُومٌ *machrumon*. Extra Carmen Exuberans licentia ista est potius defectus, at

in eo facile adhiberi potest, ratione multitudinis syllabarum, eumque ejus mensura sint syllabae quindecim, per hanc licentiam fit Versus quatuordecim syllabarum. Quare respectu Carminis Exuberantis haec licentia alio nomine vocatur اَلْعَضَبُ *Sejunctio*.

8ª. licentia, quae itidem adhibetur in Carmine Exuberanti, dicitur اَلْعَقَصُ *Implicatio*; estque rejectio primae literae formulae مُفَاعَلَتُنْ in Carmine Exuberanti, post alteram consimilem rejectionem; et exinde provenit hujusmodi Carmen

تَدَارَكَنِي بِرَحْمَتِهِ هَلَكْتُ	لَوْلَا مَلِكٌ رَؤُفٌ رَحِيمٌ
subvenisset mihi misericordia sua, periissem.	*Nisi rex clemens et misericors*

Exemplum cadit supra secundum, prior enim Versus est undecim syllabarum.

9ª. licentia est, qua non solum licet, ut dictum est, auferre et diminuere, sed etiam augere, ut est additio illa in fine Carminis *Perfecti*, quam licentiam vocant اَلتَّرْفِيلُ *Amplificationem*, et est additio non solum unius literae, sed duarum, idest Chordae levis, ita ut مُتَفَاعِلُنْ evadat مُتَفَاعِلَاتُنْ: et in fine Carminis *Expansi* formula فَاعِلُنْ vertitur in فَاعِلَاتُنْ. Haec autem additio dicitur اَلذَّيْلُ *fimbria*, quia se habet, respectu Carminis, tanquam ornamentum extremitatis ejus, sicut fimbria ad vestem; praecipue evenit, cum in fine sententia, aliqua vel epiphonema, vel aliquid grave, aut argutum exclamatione dignum profertur; vel cum gravitas materiae majorem exigit sententiae amplitudinem, ita ut ab ordinario recedatur.

Tres aliae ab Aladino recensentur licentiae, quarum Prima est permissio duarum Chordarum immediate, non so-

lum in priori Versu Distichi, qui dictus est صَدْر *Initium*, sed etiam in posteriori, qui dicitur عَجُز *Postremum*. Vocatur haec licentia أَلْمُعَاقَبَة *Successio*, quia una Chorda alteri succedit.

Secunda est prohibitio dictae successionis, et vocatur أَلْمُرَاقَبَة *Respectus*, sive *mutua respicientia*; quia exinde provenit in Carminibus hujusmodi respectus, ut scilicet singulae Chordae habeant immediate Palum, quem respiciant, et cui innitantur; vel quia ex hac licentia frequenter accidit in Carminibus, ut pars modo sit trunca, modo integra; exempli gratia مَفَاعِيلُنْ est pars, in qua conveniunt duae Chordae immediate, constat enim ex Paxilio conjuncto, et duabus Chordis levibus; idcirco si sit prohibenda hujusmodi successio, rejicietur ن, ac remanebit مَفَاعِيلُ. Quare inquit Auctor Chamus: Almorachabato in Carmine, quod dicitur Simile, et in Carmine quod vocatur Concisum, si pars una semel ponatur juxta مَفَاعِيلُ, altera vice apponatur juxta mensuram مَفَاعِيلُنْ. Ita est igitur Respectus, qui hic intenditur.

Tertia licentia vocatur أَلْمُكَانَفَة *Supplementum*, seu *Salvatio*, estque cum suppletur per aliud, quod aliter detractum est; ut si ex una parte truncetur litera, addatur alteri in eodem Carmine. Et haec est licentia amplissima, sed non sine prudentia usurpanda.

Carminum Defectus.

Hactenus recensitae Carminum licentiae decorem, et venustatem ipsis tribuunt, omnesque licent. Nunc Defectus, qui in Constructione Ligata vitandi sunt, recensentur, juxta Auctoris Chamus, et Poëtae Aladini doctrinam.

Primus igitur defectus dicitur أَلْخَبْن *Truncatio manus*,

et est, quando cum rejectione secundae rejicitur quoque tertia litera, ac tunc Carmen videtur quasi truncum; ut cum ex مُسْتَفْعِلُنْ formula Carminis *Expansi*, *Improvisi*, et *Brevis*, abjicitur س cum ت, ut evadat مُفْعَلُنْ.

Secundus defectus nominatur اَلْخَزْلُ *Fractura dorsi*, qui accidit, cum simul privatur vocali secunda litera mota, et rejicitur quarta quiescens; ut si مُتَفَاعِلُنْ vertatur in مُتْفَعِلُنْ.

Tertius vocatur شَكْلٌ *Figuratio*, estque cum rejicitur simul litera secunda, et septima, quamvis quiescentes, ut ex فَاعِلَاتُنْ remaneat فَعِلَاتُ.

Quartus nominatur ab Aladino nomine generali اَلنَّقْصُ *Defectus*; estque usurpatio duplicis licentiae, nimirum, privatio quintae literae a vocali, et rejectio septimae, quamvis quiescentis; ut مُتَفَاعِلْ pro مُتَفَاعِلُنْ.

Quintus اَلْحَذْفُ *Rejectio*, nimirum Chordae levis in fine.

Sextus اَلْقَطْفُ *Laceratio*, idest cum aliquid abjicitur, et aliquid retinetur; ut in Versu

فَفِي حَاسَبُوكَ ٱلْحَذْفُ لِلْحَقِّ وَٱقْطِفَا

hoc est: *Itaque in parte* حَاسَبُوكَ *est rejectio Chordae levis, item et laceratio.* Pro cujus intelligentia notandum est partes omnes esse trium, vel quinque, vel septem literarum, ut supra patet in formulis; τὸ autem حَاسَبُوكَ constat sex literis, cui si addatur in fine septima quiescens, completur pars instar mensurae فَاعِلَاتُنْ constantis ex tribus pedibus, videlicet Paxillo conjuncto in medio, et duabus Chordis levibus, una in principio, altera in fine: at حَاسَبُوكَ continet Chordam levem in principio, Paxillum conjunctum in medio, sed deest

Chorda levis in fine; iste igitur est prior defectus, qui vocatur *Rejectio*, seu *Deficientia Chordae levis in fine*. Quia vero tantum pars Chordae levis, nempe كَ reperitur, idcirco eodem in exemplo demonstratur alter defectus, nomine *Laceratio*.

Septimus defectus vocatur أَلْقَصْرُ *Decurtatio*, seu *truncatio literae quiescentis finalis*, idest formulae, eo quod pars, seu formula careat literis requisitis, ut

وَحَسْبُكَ فِيهَا ٱلْقَصْرُ حَذْفُكَ سَاكِنًا
وَتَسْكِينُ حَرْفٍ قَبْلَهُ حُكِيَ اِذْ ٱلْعَصَا

Est Carmen intentum simul explicans, nimirum: *Et in* حَسْبُكَ *est decurtatio, rejectio nempe tua quiescentis;* est enim pars quatuor literarum, quae deficit a perfectione mensurae فَاعِلُنْ, quae literam quiescentem exigit in fine. *Et privare vocali literam ante alteram quiescentem, quando est Paxillus; ut cum dicitur* عَصَّا vel عَصْ pro عَصَا.

Octavus dicitur أَلْقَطْعُ *Concisio*, *Truncatio*, qui cum praecedenti coincidit, nempe cum litera ante quiescentem privatur vocali, et quiescens rejicitur; ut si pro عَصَا dicatur عَصْ, quod non accidit Chordae, seu Paxillo.

Nonus nominatur أَلْحَذُّ *Fovea*, accidit Carmini *Perfecto*, cujus mensura est مُتَفَاعِلُنْ ter replicata; estque pes constans ex duabus Chordis (priori gravi, posteriori levi) et Paxillo conjuncto: si ergo iste Paxillus truncetur, Carmen Perfectum remanebit Imperfectum, et in *fovea*.

Decimus vocatur صَلْم *Mutilatio*; tunc accidit, quando in fine Carminis ponitur Paxillus disjunctus; idque maxime repugnat Carmini *Veloci*, cujus penultima syllaba perpetuo corripitur. Palus autem disjunctus illam producit.

Undecimus est وَقْفٌ *Firmatio.* Duodecimus كَشْفٌ *Discooperitio*, seu *opprobrium.* Hujusmodi defectus accidunt, cum septima litera alias quiescens habet vocalem, quae si fuerit *tanuin*, vocatur *discooperitio*, seu *opprobrium*; si vero non fuerit *tanuin*, denominatur *firmatio.* Utrique defectui occurritur, vel per rejectionem vocalis literae septimae, ut exinde quiescat; vel per abjectionem ipsius septimae literae, si commode fieri potest, alioquin rejicitur aliqua ex praecedentibus literis, quam licentia Poëtica rejicere potest. Sed observandum, ة affixum tertiae personae mascul. saepe non computari, uti nec ا unionis.

Decimus tertius defectus duplex est, scilicet أَلْقَطْعُ *Concisio*, *truncatio*, et أَلْحَذْفُ *Rejectio,* prout peculiarem defectum significant; uterque hoc exemplo demonstratur وَقَطْعُكَ لِلْمَحْذُوفِ بِتُرْبٍ سَبْسَبِ *Et truncatio tua in rejecto in terra molli.* Ubi in تُرْبٍ apparet primus defectus, nempe rejectio ا quiescentis, et abjectio vocalis a litera ر, ita ut destructus sit Paxillus, et ex تُرَابٍ factum sit تُرْبٍ. Alter defectus *rejectionis* significatur in سَبْسَبِ, nempe in replicatione duarum literarum سَبْ, et figurato modo consistit in rejectione duarum literarum immediate, nimirum Chordae levis.

Decimus quartus duplici nomine explicatur, scilicet أَلثَّلْمُ, et أَلثَّرْمُ *Ruina,* estque circa mensuram فَعُولُنْ, ac duos defectus continet, nempe أَلْخَرْمُ Charmi, *rejectionis primae literae*, et أَلْقَبْضُ Chabdzhi, *rejectionis ultimae,* ita ut ex فَعُولُنْ rejectis ف et ن remaneat عُولُ.

Decimo quinto loco pouuntur duo defectus accidentes circa

mensuram مُفَاعِيلُنْ, et vocantur primus أَلْخَرْمُ Charmus, *primae* scilicet *literae abjectio*, et أَلشَّتْرُ Asciatro, quem dicit Chamus esse defectum continentem pariter أَلْخَرْمُ et أَلْقَبْضُ hoc est rejectionem primae, et rejectionem ultimae literae: quem defectum hic nominat Aladinus أَلشَّتْرُ respectu مُفَاعِيلُنْ, sicut prius nominaverat ثَلْمٌ, et ثَرْمٌ respectu mensurae فَعُولُنْ.

Decimo sexto tandem loco ponitur أَلْعَضْبُ *Truncatio* primae literae partis مُفَاعَلَتُنْ, circa quam accidit, ita ut evadat in مُفْتَعِلُنْ, quae est formula *Charmata* in Carmine Exuberanti post alteram priorem *charmationem*.

Omnes isti defectus juxta Aladini, et Chamus doctrinam vitandi sunt.

Circa dictionem Imperativi سَلْ *pete*, quae dicitur pro اِسْأَلْ notandum est, quod si ponatur سَلْ loco Paxilli, erit Paxillus Charmatus, idest, cujus prima est rejecta, idque propter necessitatem in initio ejus, ubi est ا unionis, quod excidit; imo nec dici potest cum ا sic, اسَلْ, sed dicendum اِسْأَلْ.

Item Verbi كَانَ Imperativus originaliter est كُونْ, scilicet Paxillus, ordinarie tamen est dissolutus sic كُنْ Chorda levis; si ergo in Carmine, loco Paxilli, uterque Imperativus et similes veniant cum duabus literis tantum, erunt Paxilli Charmati, quos adhiberi non licet, nisi cum aliquid in Carmine corrigi debet, idest, ne accidat moveri indebitam literam, rejicitur aliqua ex praecedentibus, quae praesertim ex Paxillo Charmato esse poterit.

Interdum post primam literam partis addi potest أوي molle, tamen homogeneum. Et haec quoad Carminum structuram in principio, et medio. Nunc de Consonantia in fine Carminum.

De Rhythmo, seu Consonantia in fine Carminum.

Rhythmus, sive Consonantia consistit in simili illa desinentia, quae in ultima Carminum syllaba evenit, incipiendo a litera praecedenti mota, etiamsi intercedant una, vel duae ex literis quiescentibus, quod accidere potest, cum litera quiescens est ex mollibus, et alia virtute *tescdid* immittitur; ut in hoc patet exemplo, اضْرِبْنَانّ *percutite vos omnino* foem. Hic sunt immediate duae quiescentes ان ante ultimam literam motam, et ambae cum ipsa, una cum motione praecedenti, ad cousonantiam Rhythmi concurrunt; quare ex duabus syllabis نَانّ omnia concurrunt ad constituendam ultimam syllabam, (excepta prima litera ن) nimirum *fathham* literae ن, ا, et ن quiescens, nec non ن cum *kesra*; idcirco respectu اضْرِبْنَانّ optima erit consonantia, non solum أُنْصُرْنَانّ, sed etiam ضَانّ, رَانّ, قَانّ, دَانّ, et sic de ceteris. Quod si intercedat unica tantum quiescens, illa solummodo cum praecedenti motione, et ultima litera, ejusque vocali faciet Rhythmum, ut قَرْدٌ, فَرْدٌ, طَرْدٌ, in his consonantia est *ardo*, ut patet. Si autem nulla intercedat quiescens, ita ut penultima sit brevis, tunc duae syllabae sufficiunt, ut نَصَرَ et قَصَرَ, sed melius esset, si motio quoque antepenultimae concordaret, ut قَصَرَ et نَصَرَ; tunc maxime, cum ipsa antepenultima syllaba longa est; ut نَاصِرُ et قَاصِرُ.

Porro literae, quae ad finalem consonantiam constituendam sibi correspondere possunt, sunt non solum duae ejusdem generis, ut ل cum ل, ب cum بْ, ر cum ر, prono-

men ء cum alio ء, et اوى cum اوى, etc.; sed etiam duae similis consonantiae, ut ط ad ت, ص ad س, et ض ad ظ, etc.

Aliquae dictiones dupliciter legi possunt, illae praecipue, quae habere queunt ا breve, et ا productum cum *hamza* in fine; ut sunt nomina مَلَكِيًّا , زَخَرِيًّا , حَانَنِيًّا , إِرْمِيًّا , quae legi possunt etiam cum *madda*, et *hamza* مَلَكِيَآءُ , زَخَرِيَآءُ , حَانَنِيَآءُ , إِرْمِيَآءُ : si in his, et similibus concordatio omnimoda fiet, perfectius erit Carmen.

Sed minoris admodum perfectionis est, cum Oblationi دَاوُدُ pro consonantia redditur جَلُوطُ. Item minoris perfectionis est Rhythmus, qui fit non per similem desinentem, sed per similiter cadentem, ut sunt consonantiae Alcorani سُورَة آلذَّارِيَات Sur. *De ventilantibus, seu ad ventum spargentibus.*

وَآلذَّارِيَاتِ ذَرْوًا	*Per ventilatrices ventilationes.*
فَآلْحَامِلَاتِ وِقْرًا	*Et per gestantes onus.*
فَآلْجَارِيَاتِ يُسْرًا	*Et currentes faciliter.*
فَآلْمُلْقِيَاتِ أَمْرًا	*Et assequentes negotium.*

Quamvis similis desinentia elegantior sit, non reprobat, imo approbat similem horum Carminum cadentiam Auctor Aladinus, qui docet, Rhythmum consistere praecipue in ultima litera mota. Postea tradit doctrinam de antepenultima, seu de illa, quae est secunda ab ipsa Rhythmi litera, quam vocat تَأْسِيسًا *basim*, *fundamentum*, *initium*, vultque hujusmodi antepenultimam, quiescentem scilicet, dum est aliqua ex his quatuor هاوى, concurrere ad Rhythmum; quod etiam sequenti exemplo demonstrat:

كُلِّيتِى بِهَمٍ يَا أُمَيَّةَ بِنَاصِبِ
وَلَيْلٌ أُقَاسِيَّةٌ بَطِيّ كَوَاكِبِ

Renes mei cum dolore, o Omia, jam lassati sunt,
Et nox est dura cum obscuratione Stellarum.

In his duobus Versibus illud ا ante ص, et ك, est initiale, et basis, de qua loquitur Aladinus; idem dicendum, si esset ى و ء. Et vocalis literae praecedentis *basim*, ex se producta est, sed et vocalis literae intermediae computatur quoque inter vocales productas, quae proinde varianda non est; si secus fiat, error committitur, ut si quis diceret نَاصِب cum كَوَاكِب, vel نَاصَب cum كَوَاكِب. Ratio erroris est, quia duae ا sunt initiales, ص et ك intermediae, quarum utraque dicitur الدَّخِيل *intromissa*, quia scilicet videtur veluti disjungere duas praecipuas partes constitutivas Rhythmi: vocalis autem ص et ك censetur longa, quamvis brevis videatur; quia ultima, licet mota, plerumque censetur tanquam quiescens; quare si quis vocales correspondentes dissimiles apponeret, Rhythmi concinnitatem amitteret, et errorem committeret, ut si Propositio seu Oblatio esset أَرْتَدِع, et Pulsatio دَعْ vel دُعْ, non bene corresponderet; ideoque vitandus est error.

His praenotatis admonet Aladinus sex esse servanda, ut omnes Carminis partes bene disponantur. Primum est Absentia سِنَادْ, idest *diversitas penultimarum in Carminibus*; nam vocales, et literae sibi correspondere debent in utroque Versu.

Secundum est أَلْبَاءُ, aliqui explicant pro litera ب, et bene; cum enim sit particula Giarri, elegantiorem plerumque reddit sermonem; nam melius dicitur مَا كُنْتُ بِعَالِمٍ, quam مَا

كُنْتُ عَالِمًا *non sum doctus*; tum quia hac mediante Particula, diversitas desinentiae de *an* in *in* obtineri potest. Alii autem melius intelligunt أَلْبَاءُ non pro litera ب, sed pro أَلْفَخْرُ *excellentia*, *selectione*, nimirum ut partes non sint communes et rudiores, sed elegantes, et veluti elaboratae, et studiose concinnatae.

Tertium est أَلنَّصْبُ, idest ut sint dictiones constituentes Rhythmum perpolite, sine confusione, aut barbarie.

Quartum est, ut يُؤْمَنُ وَيُخْتَشَى *audeatur*, *et timeatur*: optimum quidem documentum, si enim Auctor non confidat, et audeat, mediocria non excedet; nec in altum erigetur volatus, nisi confidentiae adsint pennae. Sed adesse debet et timor, ne Icari pennae sumantur, ac potius ruina succedat, quam volatus.

Quintum est مُطْلَقًا بِٱللِّينِ, ut partes cum quadam facilitate excurrant, ne in earum prolatione praepediatur lingua, quasi per spinosa, et clivosa incedens. Hocque ajunt aliqui fieri per literas molles ا و ى.

Sextum est ه Pronomen Personale, et ا و ى quiescentia, bene disposita et colligata, quemadmodum in نَاصِبْ et كَوْكَبْ supra dictum est. Consonantia harum literarum vocatur أَلْمُقَيَّدَةُ *colligata*, *compedita*, a literis ص vel ك, etc. quae tanquam dimidiantes Rhythmum implicant consonantiam.

Tria alia docet Aladinus: Primo, ut Rhythmi consonantia sit pura, simplex, et clara, nempe si litera Oblationis Rhythmi sit cum *kesra*, v. g. اِثْنَانِ, etiam cum *kesra* reddatur Pulsatio, ut نَاصِرَانِ, non vero cum *dzhamma*, vel *fathha*; ut si Oblationi رُمَّانِ reddatur Pulsatio سِنَانِ, non bene

consonat ; ideo prohibet hoc Poëta Aladinus ; quamvis in praxi multi non observent, in rigore tamen defectus est, nec spernendus.

Secundo monet penultimam quiescentem ex literis mollibus satis augere Rhythmi elegantiam, ut facit ا in his رُمَّانْ , سِنَانْ quia hujusmodi literae molles claram reddunt vocalem sibi praemissam, ut patet ex dictis in Grammatica.

Tertio docet elegantem etiam reddi Rhythmum, si fundetur, idest si fiat desinentia per هاوى quiescentes, prout supra in dictionibus نَاصِبْ et كَوَاكِبْ dictum est ; nam ا illud dicitur *basis*, et *fundamentum* Rhythmi, quemadmodum et vocalis praecedens, ejus *initium*.

Interdum dari possunt duae quiescentes immediate ante literam Rhythmi, ut supra dictum est in dictionibus اضْرِبْنَانْ, et أَنْصُرْنَانْ, nunquam tamen quinque literae ad Rhythmum constituendum concurrunt.

Tandem docet Aladinus, consonautiam posse tripliciter fieri. Prima, in qua sit litera mota inter duas quiescentes, ut مُفَاعِيلُنْ. Secunda, in qua sint duae literae motae inter duas quiescentes, ut مُتَفَاعِلُنْ. Tertia, annectendo quatuor literas immediate unam post aliam, ut كَضَرَبَ quae constat duabus Chordis gravibus; et sensus, qui in primo Versu perfici nequit, in altero perficiatur. Si dictio eadem materialiter in Oblatione, et Pulsatione replicanda est, tunc in diversam significationem proferatur. Defectus, qui accidit circa perfectionem Oblationis Rhythmi, vocatur أَلْاقْعَادُ *Claudicatio*; defectus vero accidens in Pulsatione appellatur أَلتَّحْرِيدُ *Distortio*.

Haec omnia Chazregiacus, et Aladinus Poëtae eruditissimi tradunt. Reliquum nunc est, ut praxis horum Carminum ex selectis Poëtarum libris afferatur, qua, tanquam manu, Tyrones ad eorum usum ducantur. Libuit ergo primo loco ponere Carmina septem, et octo syllabarum *Ali fil' Abi Taleb* (de Invocationibus), qui quamvis Mahhumeti sectator, hoc de Deo protulit Carmen, in quo ordine alphabetico omnium literarum rhythmicam consonantiam docet.

يَا دَائِمَ ٱلْبَقَآءِ
وَيَا وَاسِعَ ٱلْعَطَآءِ
يَا عَالِمَ ٱلْغُيُوبِ
وَيَا غَافِرَ ٱلذُّنُوبِ
يَا فَائِقَ ٱلصِّفَاتِ
وَيَا مُخْرِجَ ٱلنَّبَاتِ
يَا مُنْزِلَ ٱلْغِيَاتِ
مِنَ ٱلدُّلَجِ ٱلْعِثَاتِ
يَا خَالِقَ ٱلْبُرُوجِ
سَمَآءً بِلَا فُرُوجِ
يَا فَالِقَ ٱلصَّبَاحِ
وَيَا مُرْسِلَ ٱلرِّيَاحِ
يَا مُرْسِيَ ٱلرَّوَاسِخِ
أَوْتَادَهَا ٱلشَّوَامِخِ

يَا هَادِيَ ٱلرَّشَادِ
وَيَا مُلْهِمَ ٱلسَّدَادِ
يَا مَنْ بِهِ أَعُوذُ
وَيَا مَنْ بِهِ أَلُوذُ
يَا مُطْلِقَ ٱلْأَسِيرِ
وَيَا جَابِرَ ٱلْكَسِيرِ
يَا مَنْ بِهِ ٱعْتِزَازِي
وَيَا مَنْ بِهِ ٱعْتِرَازِي
مِنْ جِنَّةٍ وَإِنْسٍ
لِذِكْرِ ٱلْمَعَادِ مُنْسِي
يَا مُنْزِلَ ٱلْمَعَاشِ
عَلَى ٱلنَّاسِ وَٱلْمَوَاشِي
يَا مَلِكَ ٱلنَّوَاصِي
مِنْ طَائِعٍ وَعَاصِ

يَا خَيْرَ لِمُنْفَاضٍ — وَلَا رَبَّ لِي سِوَاكَ
لِمَحْضِ ٱلْيَقِينِ رَاضٍ — يَا مَعْدَنَ ٱلْجَلَالِ
يَا مَنْ بِيَا مُحِيطْ — وَذُو ٱلْعِزِّ وَٱلْكَمَالِ
وَعَنَّا ٱلْأَذَى مُمِيطْ — أَجِرْنِي مِنَ ٱلْجَحِيمِ
يَا رَائِي ٱلْلُحُوظِ — وَمِنْ هَوْلِهَا ٱلْعَظِيمِ
وَيَا سَامِعَ ٱللُّفُوظِ — وَأَصْبِحْنِي ٱلرَّحْمَانَ
يَا مَنْ هُوَ ٱلسَّمِيعُ — وَأَسْكِنِّي ٱلْجِنَانَ
وَمَنْ عَرْشُهُ ٱلرَّفِيعُ — إِلَى نِعْمَةٍ وَلَهْوٍ
يَا مَنْ حَبَا فَأَسْبَعَ — بِغَيْرِ ٱسْتِمَاعِ لَغْوٍ
مَنْ قَدْ جَنَى فَسَوَّغَ — إِلَى ٱلْمَنْظَرِ ٱلتَّرِيهِ
يَا مَلْجَا ٱلضَّعِيفِ — أَلَّذِي لَا لُغُوبَ فِيهِ
وَيَا مَفْزَعُ ٱللَّهِيفِ — إِلَى مَنْزِلٍ تَعَالَا
يَا مَنْ قَضَى بِحَقٍّ — بِٱلْحَقِّ قَدْ تَوَالَا
عَلَى نَفْسٍ كُلِّ خَلْقٍ — إِلَى ٱلْمَفْرَشِ ٱلْوَطِي
تَرَانِي وَلَا أَرَاكَ — إِلَى ٱلْمَطْلَعِ ٱلْبَهِي

ا *O perennis exist:ntia.*
O largus munificentia.
ب *O scrutator occultorum.*
Et o demissor peccatorum.
ت *O excellens gloriarum.*
Et o productor plantarum.
ث *O demissor pluviarum*
Ex aquario impulsarum.
ج *O creator syderum.*
Coelum semper clausum.
ح *O disruptor Aurorae.*
O excitator ventorum.
خ *O stabilitor montium.*
O summitatum eorum coelestium.

د *O director dirigentis.*
O inditor convenientis.
ذ *O is, ad quem confugio.*
O is, quem corde excipio.
ر *O dimissor advincti.*
O colligator confracti.
ز *O, in quo mea altitudo.*
Et o, in quo mea fortitudo
س *A daemonibus, et hominibus;*
Recordatione reditus obliviosi.
ش *O largitor ciborum*
Hominibus et bestiis,
ص *O Rex Magnatum, et Principum,*
Obedientium, et superborum.
ض *O bonum exuberans,*
Qui simplici veritate delectaris.
ط *O qui nos est circumdans,*
Et a nobis mala propellens.
ظ *O inspector intuituum,*
Et o auscultator prolationum.
ع *O qui est auditor.*
Cujus thalamus sublimis.

غ *O qui attingit, et perficit;*
Qui advenit, et delectat.
ف *O refugium infirmorum,*
Et o sors oppressorum.
ق *O qui judicas veritatem,*
Super animam omnis creaturae.
ك *Vides me, et non te conspicio,*
Et Dominum praeter te non aspicio.
ل *O fons nobilitatis,*
Perfectionis, et majestatis.
م *Libera me a gehenna,*
Et timore ejus vehementi.
ن *Et mane praeveni me, tu pius;*
Et accipe me in Paradiso tuo;
ه *Ad voluptatem, et ludum;*
Sine verbositatis strepitu.
و *Ad amplas conspiciendas plateas,*
In quibus non est jocus:
لا *Ad habitaculum Dei viventis,*
In veritate regnantis.
ي *Ad apparatum thalamum.*
Ad speculam fulgentem.

In praemisso Carmine habentur Rhythmi per ordinem omnium literarum Alphabeti; idcirco unusquisque exempla doctrinae jam praemissae in istis Versibus cernere poterit; nam in Rhythmo ا invenitur exuberantia illa perfectionis, quia legitur cum ء. Additio literarum mollium habetur in Rhythmo ز et لا. Item ا initiale cum *fathha* praecedenti, et litera intromissa cernitur in خ. In Rhythmo ه reperitur licentia, quam vocant أَلْفَصْلُ *separationem*, per quam licet ultimam Carminis dictionem separare, et ab ipsa aliquid detrahere, sicut Aladinus dixit جا pro جَاءَ, et Ali in ه adhibuit أَلنَّرِيهْ pro أَلنَّزَارِيهْ, quod in fine, non vero in medio licet.

Inter Poëtarum sententias reperiuntur quoque Carmina integra 23. syllabarum, hoc modo:

إِنَّمَا نِعْمَةُ دُنْيَا مُتْعَةٌ وَحَيَاةُ ٱلْمَرْءِ ثَوْبٌ مُسْتَعَارُ
وَصُرُوفُ ٱلدَّهْرِ فِى إِطْبَاقِهِ حَلْقَةٌ فِيهَا ٱرْتِفَاعٌ وَٱنْحِدَارُ
بَيْنَمَا ٱلنَّاسُ فِى عَلْيَائِهَا إِذْ هَوَوْا فِى هُوَّةٍ مِنْهَا فَغَارُوا

Bona mundana duntaxat quidam usus fructus sunt, vitaque hominis, mutuata vestis.

Et vicissitudines fortunae congruunt orbi, in quo ascensus quidam, et descensus.

Dum homines in ejus sunt fastigio, in imum ecce decidunt, atque merguntur.

Aliae Poetarum sententiae, quae integrae constant ex decem, et octo, nec non decem, et septem syllabis, dimidiatae vero ex novem; nt

أَصْبِرْ عَلَى كَيْدِ ٱلْحَسُودِ فَإِنَّ صَبْرَكَ قَاتِلُهْ
فَٱلنَّارُ تَأْكُلُ بَعْضَهَا إِذْ لَمْ تَجِدْ مَا تَأْكُلُهْ

Patientem gere te contra insidias invidi: namque eum necabit patientia tua.

Sicut seipsum excedit ignis, ubi non invenit, quod exedat.

Hic litera ultima ه ex licentia quiescit, licet Pronomen sit Personale perpetuo mobile; et interdum non computatur. Sequentia Carmina dimidiata decem sunt syllabarum, integra vero viginti

بَيْتٌ وَثَوْبٌ وَقُوتُ يَوْمٍ   يَكْفِى لِمَنْ فِى غَدٍ يَمُوتُ
وَرُبَّمَا مَاتَ نِصْفَ يَوْمٍ   وَٱلنِّصْفُ مِنْ قُوتِهِ يَفُوتُ

Vestis, domus, et alimentum diei unius sufficit illi, qui cras sit moriturus.

Et quando moritur medio die, et dimidium alimenti ejus excidit, (vel *redundat.*)

Quae sequuntur Carmina tredecim, undecim, et quatuordecim sunt syllabarum, cum Rhythmo alterno; sic

كَمْ مِنْ مَرِيضٍ قَدْ عَاشَ مِنْ بَعْدِ يَأْسٍ
بَعْدَ مَوْتِ ٱلطَّبِيبِ وَٱلْعُوَّادِ
قَدْ تُصَادُ ٱلْقَطَاةُ فَتَنْجُو سَلِيمًا
وَيُحُلُّ ٱلْقَضَاءُ بِٱلصَّيَّادِ

Quot aegroti vivunt post desperatam salutem , post mortem Medici , et visitatoris amici ?
Saepe venatu petitus pardalus evadit salvus ; et fatum occupat ipsum venatorem.

Alia reperiuntur Carmina dimidiata ex quatuordecim , et Alterna, integra vero ex viginti octo syllabis constantia , et Rhythmica ; ut

وَإِنَّ ٱلْعَنَآءَ أَنْ تُفَهِّمَ جَاهِلًا فَيَحْسَبُ جَهْلًا أَنَّهُ مِنْكَ أَفْهَمُ
مَتَى يَبْلُغُ ٱلْبُنْيَانُ يَوْمًا تَمَامَهُ إِذَا كُنْتَ تَبْنِيهِ وَغَيْرُكَ يَهْدِمُ

Equidem labor est, ut intelligentem reddas, qui sit insipiens, et prae insipientia putat , quod te sit ipse intelligentior.
Quando ad perfectionem suam pertingat tandem aedificium , quod cum tu extruis , alius a te destruat.

Carmina , seu Versus trium , quatuor , et quinque syllabarum non ex se puri , sed aliis intermixti adhiberi solent ; ut in Alcorano سُورَةُ ٱلْمُدَّثِّرِ Sur. *De Cooperto* , Versus trium, quinque , septem , et octo syllabarum reperiuntur ;

يَا أَيُّهَا ٱلْمُدَّثِّرُ ❊ قُمْ فَأَنْذِرْ ❊ وَرَبَّكَ فَكَبِّرْ ❊ وَثِيَابَكَ فَطَهِّرْ ❊
وَٱلرُّجْزَ فَٱهْجُرْ ❊ وَلَا تَمْنُنْ تَسْتَكْثِرْ ❊ وَلِرَبِّكَ فَٱصْبِرْ ❊

O tu , qui es opertus , surge , et fac votum ; et Dominum tuum magnifica ; et lava tuas vestes ; et indignationem elonga ; et ne verearis te multiplicandum ; et Dominum tuum sustine.

In سُورَةُ ٱلطُّورِ Sur. *Per montem*, reperiuntur sequentes Versus trium, sex, et septem syllabarum; hoc modo

وَٱلطُّورِ ❊ وَكِتَابٍ مَسْطُورٍ ❊ فِى رَقٍّ مَنْشُورٍ ❊

وَٱلْبَيْتِ ٱلْمَعْمُورِ ❊ وَٱلسَّقْفِ ٱلْمَرْفُوعِ ❊ وَٱلْبَحْرِ ٱلْمَسْجُورِ

Per montem. Per scripturam delineatam. In pagina expansa. Per domum habitatam. Et per tectum elatum. Et per mare fervens.

Et in سُورَةُ ٱلرَّحْمَانِ Sur. *De Misericorde* habentur Versus quatuor, sex, septem, undecim, et quindecim syllabarum intermixti; sic

ٱلرَّحْمَانُ	*Misericors.*
خَلَقَ ٱلْإِنْسَانَ	*Creavit hominem.*
عَلَّمَهُ ٱلْبَيَانَ	*Docuit eum discretionem.*
وَٱلسَّمَآءَ رَفَعَهَا وَوَضَعَ ٱلْمِيزَانَ	*Et Coelum extulit illud, libramque adaequavit.*
وَٱلنَّجْمُ وَٱلشَّجَرُ يَسْجُدَانِ	*Et Stella, et Arbor adorantes.*
ٱلشَّمْسُ وَٱلْقَمَرُ بِحُسْبَانٍ	*Sole, et Luna contestibus.*

Alcorani Carmina, licet numerosa, insipida tamen sunt, et nihil vividum, seu argutum continent. Elegantiora satis sunt Carmina *Alì fil' Abi Taleb*, ex quibus aliqua expedit hic recensere; et primo illa, quae ex decem, et undecim syllabis constant.

هٰذَا زَمَانٌ لَيْسَ إِخْوَانُهُ	*In hoc tempore non est fraternitas.*
يَا أَيُّهَا ٱلْمَرْءُ بِإِخْوَانٍ	*O vir in fratribus.*
إِخْوَانُهُ كُلُّهُمْ ظَالِمٌ	*Amici hujus temporis omnes iniqui sunt.*

لَهُمْ لِسَانَانِ وَوَجْهَانِ *Ipsi sunt bilingues, et bifrontes.*
يَلْقَاكَ بِالْبِشْرِ وَفِى قَلْبِهِ *Occurrit tibi laetus, at in corde*
دَآءٌ يُوَارِيهِ بِكِتْمَانِ *Malum dolose caelat;*
حَتَّى إِذَا مَا غِبْتَ عَنْ عَيْنِهِ *Ut cum recesserit, et retro fuerit,*
رَمَاكَ بِالزُّورِ وَبُهْتَانِ *Imponat tibi falsa paradoxica.*
هَذَا زَمَانٌ هَكَذَا كُلُّهُ *Hoc tempus omne tale.*
بِالْوُدِّ لَا يَصْدُقُكَ ٱثْنَانِ *Fideles nec duos invenies;*
يَا أَيُّهَا ٱلْمَرْءُ فَكُنْ مُفْرَدًا *O vir, esto tu ergo solitarius.*
دَهْرُكَ لَا تَأْنَسْ بِإِنْسَانِ *Saeculum hoc, humanum non est saeculum.*

Idem *Ali* Carmina duodecim syllabarum cecinit; sic

إِذَا ٱلْمَرْءُ لَمْ يَرْضَ مَا أَمْكَنَهُ *Cum vir non est contentus eo quod potest;*
وَلَمْ يَأْتِ مِنْ أَمْرِهِ أَزْيَنَهُ *Et non operatur quod est optimum;*
وَأَعْجَبَ بِالْعُجْبِ فَٱقْتَادَهُ *Et delectatur sequi extravagantia;*
وَتَاهَ بِهِ ٱلتِّيهُ فَٱسْتَحْسَنَهُ *Et obstinatus malum censet bonum;*
فَدَعْهُ فَقَدْ سَاءَ تَدْبِيرُهُ *Recede ab eo, malum jam carpit iter.*
سَيَضْحَكُ يَوْمًا وَيَبْكِى سَنَةً *Ipse diem ridebit, tum lacrymabitur aevum.*

Hisce Carminibus finem ponat Gabriel filius Chelai Maronita, qui de Sanctissima Trinitate sic cecinit:

أَبْدَأُ بِٱسْمِ ٱللهِ ٱلْعَظِيمِ *Incipiam in Nomine Summi Dei,*

آلآبِ وَآلابنِ آلرَّحِيمِ *Patris, et Filii misericordis,*

وروحِ قُدْسِهِ يَا فَهِيمُ *Et Spiritus Sancti ejus, o intelligens,*

ثَالُوثٍ لَيْسَ نَعْبُدُ سَوَاهُ *Trinitatis, non colimus praeter eam.*

سُبْحَانَهُ رَبٌّ قَدِيرٌ عَالِي *Ipsi laus, qui est Dominus Potens, Excelsus,*

سَمِيعٌ نَاظِرٌ بَصِيرٌ *Auditor, videns, Inspector:*

مَا لَهُ شَبِيهٌ وَلَا نَظِيرٌ *Cui non est similis, nec aequalis.*

قَدْ آحْتَجَبَ فِى نُورِ ضِيَآءِ *Qui est absconditus in luce splendoris sui.*

رَبٌّ مُثَلَّثٌ بِآلصِّفَاتِ *Dominus Trinus in Personis.*

جَوْهَرٌ وَاحِدٌ بِذَاتِ *Substantia una quoad Essentiam.*

خَالِقُ جَمِيعِ آلكَائِنَاتِ *Creator omnium existentium.*

هُوَ يَرَى وَلَا يُرَى *Ipse videt, et non videtur* etc.

Ex hactenus dictis habetur methodus, sive exemplar generale practicum conficiendi cujuscunque generis Carmina, nimirum quindecim, quatuordecim, tredecim, duodecim, undecim, decem, novem, septem, et usque ad trium syllabarum Versus, qui omnes per se subsistere possunt, tanquam dimidium Distichi, exceptis illis, qui ex tribus, et quinque syllabis constant; hi enim ob eorum tenuitatem seorsim minime exprimi solent. Constructurus igitur Arabico idiomate Carmina, diligenter inspiciat singulorum generum, eorumque specierum mensuram, et secundum ejusdem syllabas, et literas applicet suas dictiones, eo modo, quo ostendit Chazregiacus supra pag. 292.

Optimus ergo, et prae omnibus elegantior modus construendi Carmina est, cum scilicet uterque Distichi Versus totidem habet syllabas, et similiter desinit, vel saltem ad mi-

nimum Alterna est Rhythmi cadentia. Carmina vero, ex quatuordecim, nndecim, et duodecim syllabis constantia, frequentissima sunt apnd Arabnm Poetas, qui ratione dispositionis pedum, et syllabarum valde inter se discrepare, nec adamussim doctrinam a Chazregiaco, et Aladino superius traditam servare videntnr. Primus euim Distichi Versus apud nonnnllos, interdum habet quatuordecim syllabas, secundus vero tredecim, vel duodecim, aut quindecim, ita nt ad voluntatem emissnm dici possit; sed non sine artis industria, nec sine licentia poetica, quae satis ampla conceditur, id evenit. Desinentia vero Rhythmica, nisi continua, quae omnium optima est, saltem alterna, quae in secunda Distichi parte consistit, ab omnibus aeque observatur. Tandem observandum est, literam ه Pronominis هو non solum a Poetis, sed etiam ab Oratoribus interdum giezmari, idque praecipue fit, cum ipsi praeponitur و, ut وهو *et ipse est*, pro وهو. Atque haec pro acqnirenda Constructionis ligatae, nec non solutae, perfecta scientia, in idiomate Arabico grammaticali sive scripturali, abunde sufficiunt.

EXERCITATIO GRAMMATICALIS

IN CAPUT SEPTIMUM

E X O D I

QUA TANQUAM MANU TYRONES AD PRAXIM OMNIUM
REGULARUM GRAMMATICALIUM DUCUNTUR.

اَلْفَصْلُ ٱلسَّابِعُ

. SEPTIMUM CAPUT

قَالَ ٱللّٰهُ لِمُوسَى أُنْظُرْ قَدْ جَعَلْتُكَ أُسْتَاذًا فِى أَمْرِ
negotio in dominum constitui-te jam , Vide : Musam ad Deus Dixit (1

فِرْعَوْنَ * وَهَرُونُ أَخُوكَ يَكُونُ تُرْجُمَانَكَ ☼ أَنْتَ تُكَلِّمُ
loqueris Tu (2 .interpres tuus erit frater-tuus Haron et : Pharaonis

هَرُونَ أَخَــاكَ بِجَمِيعِ مَا آمُرُكَ بِهِ وَهُوَ يُكَلِّمُ
loquetur ipse et , praecipiam-tibi quae omnia , fratrem-tuum Haron ad

فِرْعَوْنَ لِيُطْلِــقَ بَنِي إِسْرَائِيلَ مِنْ بَلَدِهِ ☼ وَأَنَــا
ego Et (3 .regione-sua de Israel filios ut-dimittat , Pharaoni

أُصَعِّــبُ قَلْبَ فِرْعَــوْنَ وَأُكَثِّــرُ آيَاتِــــى
, miracula-mea multiplicabo et , Pharaonis cor difficile-reddam

وَبَرَاهِينِــى فِى بَلَــدِ مِصْرَ ☼ وَلَا يَقْبَــلُ مِنْكُمْ
a-Vobis auscultabit non Et (4 .Aegypti regione in prodigia-mea et

فِرْعَوْنُ حَتَّى أُحِــلَّ آفَتِــــى بِٱلْمِصْرِيِّينَ وَأُخْــرِجَ
educam et , in-Aegyptios plagam-meam immittam donec , Pharaon

جُيُوشِــــى قَوْمِــــى بَنِي إِسْرَائِيلَ مِنْ بَلَــدِ مِصْــرَ
,Aegypti regione de Israel filios populum-meum exercitus-meos

بِأَحْكَامٍ عَظِيمَةٍ ※ وَيَعْلَمُ ٱلْمِصْرِيُّونَ أَنِّي أَنَا ٱللّٰهُ إِذَا

cum ,Deum me-esse Aegyptii scient Et (5 .magnis cum-judiciis

مَدَدْتُ قُدْرَتِي عَلَى ٱلْمِصْرِيِّينَ وَأَخْرَجْتُ بَنِي

filios eduxero et , Aegyptios adversus potentiam-meam extendero

إِسْرَائِيلَ مِنْ بَيْنِهِمْ ※ فَصَنَعَ مُوسَى وَهَرُونُ كَمَا

sicut Haron et ,Musa Fecerunt-itaque (6 .medio-eorum de Israel

أَمَرَهُمَا ٱللّٰهُ ※ وَكَانَ مُوسَى ٱبْنَ ثَمَانِينَ سَنَةً

,annorum octoginta filius Musa erat Et (7 .Deus praecepit-illis

وَهَرُونُ ٱبْنَ ثَلَثٍ وَثَمَانِينَ سَنَةً حِينَ كَلَّمَا

locuti-sunt quando ,annorum octoginta et trium filius Haron et

فِرْعَوْنَ ※ ثُمَّ قَالَ ٱللّٰهُ لِمُوسَى وَهَرُونَ قَوْلًا ※

:sermonem Haroni et ,Musae Deus dixit Deinde (8 .cum-Pharaone

إِذْ كَلَّمَكُمَا فِرْعَوْنُ وَقَالَ أَعْطِيَانِي بُرْهَانًا

,prodigium Date-mihi :dicet et ,Pharaon alloquetur-vos Quando (9

فَقُلْ لِهَرُونَ خُذْ عَصَاكَ وَٱطْرَحْهَا بَيْنَ يَدَيْ

(l.*ante*) manus inter projice-illum et ,baculum-tuum accipe :Haron ad dicito

فِرْعَوْنَ تَصِيرُ تِنِّينًا ※ فَدَخَلَ مُوسَى وَهَرُونُ إِلَى

ad Haron et , Musa Ingressi-sunt-ergo (10 .Draco fietque ,Pharaonem

فِرْعَوْنَ وَصَنَعَا كَذَلِكَ كَمَا قَالَ ٱللّٰهُ تَعَالَى

.excelsus Deus dixerat quemadmodum , sic fecerunt et ;Pharaonem

وَطَرَحَ هَرُونُ عَصَاهُ بَيْنَ يَدَيْ فِرْعَوْنَ وَقُوَّادِهِ

,duces-ejus et , Pharaonem ante baculum-suum Haron projecit Et

فَصَارَتْ تِنِّينًا ※ ثُمَّ دَعَا فِرْعَوْنُ بِٱلْحُكَمَاءِ وَٱلسَّحَرَةِ

,Magos et , Sapientes Pharaon vocavit Tum (11 .Draco factus-est et

فَصَنَعَ كَذَلِكَ أَيْضًا سَحَرَةُ مِصْرَ بِخَفِيهِمْ ※ فَطَرَحَ

Projecitque (12 .per-arcana-sua Aegypti Magi etiam sic fecerunt et

كُلُّ رَجُلٍ عَصَاهُ فَصَارَتْ كَثَنَانِينَ

; veluti-Dracones facti-sunt et , baculum-suum vir quilibet

فَٱبْتَلَعَتْ عَصَا هٰرُونَ عِصِيَّهُمْ ※ فَٱشْتَدَّ قَلْبُ

cor Et-induratum-est (13 .baculos-eorum Haron baculus deglutivitque

فِرْعَوْنَ وَلَمْ يَقْبَلْ مِنْهُمَا كَمَا قَالَ ٱللّٰهُ ※ ثُمَّ

Rursus (14 .Deus dixerat sicut ,ex-eis auscultavit non et ,Pharaonis

قَالَ ٱللّٰهُ لِمُوسَى قَدْ تَثَقَّلَ قَلْبُ فِرْعَوْنَ وَأَبَى

renuit et ,Pharaonis cor ingravatum-est jam :Musae Deus dixit

أَنْ يُطْلِقَ ٱلْقَوْمَ ※ آمْضِ إِلَى فِرْعَوْنَ بِٱلْغَدَاةِ هُوَ ذَا

ecce :cras Pharaonem ad Vade (15 .Populum dimittere

هُوَ خَارِجٌ إِلَى ٱلْمَاءِ * فَقِفْ تِلْقَاءَهُ عَلَى شَاطِئِ ٱلنِّيلِ

; Nili litus ad coram-eo Sta .aquam ad exiturus-est ipse

وَٱلْعَصَا ٱلَّتِي ٱنْقَلَبَتْ حَيَّةً خُذْهَا بِيَدِكَ ※

.in-manu-tua sume-eum serpentem conversus-est-in qui baculum et

وَقُلْ لَهُ ٱللّٰهُ إِلٰهُ ٱلْعِبْرَانِيِّينَ بَعَثَنِي إِلَيْكَ قَائِلًا

;dicens ,ad-te me misit Hebraeorum Deus ,Deus ,ei dicito Et (16

أَطْلِقْ قَوْمِي يَعْبُدُونِي فِي ٱلْبَرِّ وَهُوَذَا أَنْتَ

tu ecce et , deserto in (*ut*) adorent-me populum-meum Dimitte

لَمْ تَقْبَلْ إِلَى ٱلْآنَ ※ كَذَا قَالَ ٱللّٰهُ بِهٰذِهِ ٱلْخَلَّةِ

modo Hoc : Deus dixit Sic (17 .nunc usque audisti non

تَعْلَمُ أَنِّي ٱللّٰهُ * هَا أَنَا ضَارِبٌ بِٱلْعَصَا

baculo percussurus-sum ego Ecce : Deus (*sum*) quod-ego scies

ٱلَّتِي بِيَدِي ٱلْمَاءَ ٱلَّذِي فِي ٱلنِّيلِ

.Nilo in (*est*) quae , aquam in-manu-mea (*habeo*) quem

فَيَنْقَلِبُ دَمًا ※ وَٱلسَّمَكُ ٱلَّذِي فِي ٱلنِّيلِ

Nilo in (*sunt*) qui pisces Et (18 .sanguinem convertetur-in et

يموت * فينتن النيل ويعجز المصريون عن أن يشربوا

bibere Aegyptii nequibunt et , Nilus foetebit et ; morientur

ماء من النيل * ثم قال الله لموسى قل لهرون

; Haron ad dicito ,Musae Deus dixit Rursus (19 .Nilo de aquam

خذ عصاك ومد يدك على مياة

aquam adversus manum-tuam extende et , baculum-tuum Accipe

المصريين وأنهارهم وخلجانهم وآجامهم

stagna-eorum et , rivos-eorum et , flumina-eorum et , Aegyptiorum

وسائر مجمع مياههم فتصير دما * ويكون

erit et ; sanguis fient et , aquarum-eorum congregationem universam et

دم في جميع بلد مصر وفي الخشب وفي الحجارة *

.lapidibus in et , lignis in et , Aegypti regione universa in sanguis

فصنع كذلك موسى وهرون كما قال الله ورفع

elevavit et :Deus dixerat uti Haron et , Musa sic Egitque (20

العصا وضرب الماء الذي في النيل بحضرة

in-praesentia Nilo in (*est*) quae , aquam percussit-et , baculum

فرعون وجميع قواده * فانقلب جميع الماء الذي

(*erat*) quae ,aqua tota et-conversa-est ; ducum-ejus omnium et , Pharaonis

في النيل دما * والسمك الذي في النيل

Nilo in (*erant*) qui pisces Et (21 .in-sanguinem Nilo in

مات وانتن النيل فعجز المصريون عن أن

Aegyptii nequierunt et , Nilus foetuit et ,mortui-sunt

يشربوا ماء من النيل * وصار الدم في جميع

universa in sanguis factus-est Et : Nilo de aquam bibere

بلد مصر * فصنع كذلك السحرة بخفيهم *

per-arcana-sua Magi sic Feceruntque (22 .Aegypti regione

فَٱشْتَدَّ قَلْبُ فِرْعَوْنَ وَلَمْ يَقْبَلْ مِنْهُمَا كَمَا

sicut , ex eis auscultavit non et ,Pharaonis cor induratum-est et

قَالَ ٱللّٰهُ ❊ ثُمَّ وَلَّى وَدَخَلَ مَنْزِلَهُ

,domum-suam ingressus-est et , avertit-se Deinde (23 .Deus dixerat

وَلَمْ يَرُدَّ بَالَهُ إِلَى هٰذِهِ أَيْضًا ❊ وَحَفَرَ

foderunt Et (24 .etiam haec ad animum-suum convertit non et

جَمِيعُ ٱلْمِصْرِيِّينَ حَوَالَى ٱلنِّيلِ آبَارًا لِيَشْرَبُوا مِنْهَا

ex-eis ut-biberent puteos Nilum circa Aegyptii omnes

مَآءً إِذْ لَمْ يُطِيقُوا أَنْ يَشْرَبُوا مِنْ مَآءِ ٱلنِّيلِ ❊

.Nili aqua ex bibere possent non cum , aquam

وَلَمَّا كَمَلَتْ سَبْعَةُ أَيَّامٍ بَعْدَمَا ضَرَبَ

percusserat postquam dies septem completi-essent cum Et (25

ٱللّٰهُ ٱلنِّيلَ بِذٰلِكَ آمِينَ ❊

.Amen ;modo eo Nilum Deus.

ANNOTATIONES

IN CAPUT SEPTIMUM EXODI

QUIBUS OBSCURIORA QUAEQUE LOCA ILLUSTRANTUR, ET OMNIUM VOCUM RATIO GRAMMATICALIS EXPONITUR.

Prior numerus paginam Libri, posterior lineam designat.

ٱلْفَصْلُ) *caput*, est Infinitivus Verbi فَصَلَ *dissecuit, disjunxit, distinxit;* habet Articulum, quo ex indeterminato determinatum redditur 156, 17.; *alef* hic movetur, quia initio orationis ponitur 22, 12.; vocalis ultima abjecit *tanuin* propter Articulum 185, 21.

السَّابِعُ) *septimum*, Numerus Ordinalis masculini generis 198, 16.; concordat cum Antecedente Substantivo in omnibus 237, 4.; *alef* initiale est unionis, et quidem Articulare 22, 6., et vocalem suam abjecit, quia alia dictio praecessit 11, 23. Constituit cum sequente *lam* Articulum; sed *lam* quoque hoc non legitur, verum sequens eum litera, ejus loco, euphoniae causa duplicatur, quia Solaris est 11, 15.; et duplicitatis ejus notam habet *tescdid* 18, 1.; ultima vocalis *nun* abjecit, quia praecessit Articulus 185, 21.

قَالَ ٱللّٰهُ) *dixit Deus*, قَالَ est Verbum, et quidem ipsa radix cum suo Agente postposito 224, 8.; ejus Modzhar. est يَقُولُ Concavum ع 101, 6.; vocalis secundae radicalis rejicitur ad primam 107, 7.; ٱللّٰهُ est Agens Verbi, et quidem Rafeus seu Nominativus, propter *dzhammam* finalem 184, 27.; estque nomen proprium veri *Dei*, compositum ex إِلٰهٌ *Deus*, et Articulo أَلْ, unde et *alef* ejus unionis habet 22, 7.; *Deus* appellative cum Articulo effertur ٱلْإِلٰهُ, radix est أَلَهَ *coluit*, *adoravit*. Verbum, et Nomen concordant in genere, numero, et persona 234, 13.

لِمُوسَى) *Moysi*, est Nomen Substantivum Proprium ex se restrictum 156, 25.; initio habet لِ notam Dativi, regitque Giarrum 208, 28.; ى finale nequit moveri quia praecedit *fathha* 34, 7.

أُنْظُرْ) *vide*, est Imperativus primae formae simplicis 47, 2.; *alef* habet *hamzam*, quae motum ejus actualem indicat 20, 2; movetur per *dzhammam*, quia illam in secunda quoque radicali Modzharei habet 54, 18.; prima et ultima radicalis giezmantur 57, 20.; radix ejus est نَظَرَ o. *vidit*, *aspexit*.

قَدْ) *jam*, Particula temporis 210, 18.; praemittitur Praeterito ad denotandam propinquitatem, vel in confirmationem, ut hic accipitur 286, 20.; et cum لَ, لَقَدْ, ante Praeteritum interdum vacat, interdum pro latino *itaque* venit, interdum significat *nunc*, *jam nunc*, quae significatio hujus videtur esse loci.

جَعَلْتُكَ) *constitui te*, Prima Praeteriti persona singul. cujus priores duae motiones constanter manent 47, 19.; ل radicale giezmatur 48, 5.; تُ est Pronomen egrediens denotans primam personam 49, 10.; geritque vicem Agentis Verbi 224, 31.; كَ in fine, Affixum est secundae personae singul. masc. refertque Casum Patientem 204, 6. et 10.; radix est جَعَلَ *posuit*, *effecit*, *constituit*.

أُسْتَاذًا) *Dominus*, *Princeps*, أُسْتَاذًا est Patiens clarum Verbi praecedentis 251, 14.; quemadmodum et sequens est Patiens non clarum, quia media Particula utitur, ibid.; ponitur *alef* post ultimam radicalem propter *tanuin fathham* 16, 3.; est nomen Verbale a radice سَادَ o. *Dominus*, *Princeps fuit*, *praefuit*.

فِي) *in*, Praepositio invariabilis, ي ejus quiescens non obstat unioni 23, 12.; estque Particula quoque Giarri 215, 14.

أَمْرٍ) *negotium*, *res*, Infinitivus Verbi Hamzati أَمَرَ o. *jussit*, *praecepit*; ponitur in Giarro ob praecedentem Particulam 271, 6.; sine *tanuin*, quia est Nomen Annexum 158, 3. et 185, 21.

فِرْعَوْنَ) Nomen proprium *Pharaonis* Regis Aegypti; ن finale habet *fathham*, licet sit in Casu Genitivo, quia est Nomen Invariabile 185, 10. Sic et وَهٰرُونَ) *et Haron*, وَ est Conjunctio copulativa *et* 209, 24.; ه habet *fathham* perpendicularem in signum absentiae literae *alef*, quamvis aliud ا

non praecesserit 31, 18.; estque in Casu Nominativo propter *dzhammam* literae ن 185, 12.

أَخُوكَ) *frater tuus*, ab أَخٌ, و signum Casus Rafei 194, 28., redit propter Affixum 186, 16.; كَ est Affixum secundae personae singularis masculinae perpetuo *fathhatum* 204, 10.

يَكُونُ) *erit*, Modzhareum singul. masc. Verbi Concavi و كَانَ *fuit*, *extitit*, *factus fuit*, juxta primam formam 101, 6. Hic venit pro Futuro 41, 2.; Agens praecedens non vocatur Agens Verbi, sed Mobtadaum, sive Incoeptum 224, 10.; duo Patientia habet post se 252, 6.

تَرْجُمَانَكَ) Nomen Verbale ortum a quadrilitero تَرْجَمَ *interpretatus fuit*; litera ة nominis pronunciatur etiam cum *fathha* vel *kesra*; كَ Affixum est, ut supra. Ponitur in Accusativo, quia exprimit Praedicatum 252, 14.; ejus plurale est تَرَاجِمُ formae فَعَالِلُ quadriliteri 178, 17.; ultima litera hujus pluralis, apud Golium, movetur per *tanuin*, extra regulas ibidem traditas, quod et alibi interdum eveniet.

2 أَنْتَ) *tu*, Pronomen Personale secundae personae singul. masc.; ت finale scribitur cum *fathha* 201, 14., qua differt a foeminino, quod habet *kesram*, ibid.; concordat in omnibus cum Verbo sequente, quia ipsum praecedit 234, 18.

تُكَلِّمُ) *loqueris*, Modzhareum Conjugationis secundae فَعَّلَ 72, 3., a themate كَلَّمَ *locutus fuit*; ة assumit *dzhammam* 69, 19.; concordat in genere, numero, et persona cum suo Pronomine, licet praecedente 234, 13.; exigit post se Nasbum, sive Accusativum 249, 3., qui est

هرُونَ أَخَاكَ) *Haron fratrem tuum*; de hoc jam supra dictum est. أَخَاكَ primum ا solam motionem habet sine *hamza* 20, 17.; secundum ا signum est Casus Nasbi 195, 7.

بِجَمِيعِ) *omnia*, ﺑ cum *kesra* 207, 21., hic accipitur pleonastice, nisi dicas constructioni Verbi inservire 208, 12.; estque Particula giarrans 215, 15.; idcirco ع in fine *kesram* exigit; جَمِيع regit Giarrum post se, instar كُلّ 256, 10.; radix ejus est جَمَعَ a. *collegit*, *congregavit*, *conjunxit*.

مَا) *quidquid*, vide 203, 21.; est quoque Particula negativa 211, 18.

آمُرُكَ بِهِ) *praecipiam tibi*, Singulare commune, hic est masculinum primae personae Modzharei, a radice أَمَرَ o. *jussit*, *praecepit*, Verbum Hamzatum ق 134, 19.; *alef* radicale, hic quiescens, post *alef* fathbatum excidit, adscripta *madda* 31, 17.; كَ Affixum est secundae personae masc. in Casu Nasbo, quia Verbum istud construitur cum Nasbo personae, et ب rei, ideo subditur بِهِ, seu ب cum affixo ه, inserviens potius constructioni Verbi, quam ad significandum aliquid 208, 12.

وَهُوَ) *et ipse*, و est Conjunctio, et هُوَ est pro هُوَ 325, 15.

يُكَلِّمُ فِرْعَوْنَ) *loquetur Pharaoni*, vide supra.

لِيُطْلِقَ) Singulare mascul. tertiae personae Modzharei Nasbati 51, 11., quartae Conjugationis أَفْعَلَ 72, 5.; a themate أَطْلَقَ *libere dimisit*, et hoc a radice طَلَقَ o. *dimissa fuit res*, Verbum simplex primae formae 43, 21.; ل hic est Imperativum, et Particula Nasbans, significatque *ut* 218, 6. et 276, 12.; ideo ultima radicalis babet *fathham* 51, 19.

بَنِينَ) Plurale Sanum masculinum in Casu Nasbo 189, 8.; excidit ultima litera ن propter Annexionem 189, 6.; caret Articulo, et *tanuino* 229, 4.

(اِسْرَائِيلَ) Nomen cui Annexum est in Casu Giarro ex Invariabilibus 190, 22.

(مِنْ) *a*, *ab*, est Particula Giarrans 215, 14., significat incoeptionem motus, sive motum de loco 216, 5.; مَنْ cum *fathha* est quoque Relativum interrogans 203, 20.

(بَلَدِهِ) بَلَدٌ *regio*, *provincia*, *urbs*, *oppidum*, cujus Plurale بِلَادٌ et بُلْدَانٌ juxta 5^{am} et 18^{am} formam 169, 8. et 21.; estque nomen restrictum regimine Genitivi conjuncti 157, 7., in Casu Giarro propter praecedentem particulam 215, 12.; abjicit *tanuin* ob sequens Affixum 185, 23.; quod Affixum accipit *kesram*, quia immediate *kesra* praecedit 204, 15.

3 (وَأَنَا) و est Conjunctio, أَنَا Pronomen primae personae commun. 201, 15.

(أَصْعَبَ) a themate صَعَّبَ *difficile reddidit*, compositum formae فَعَّلَ 72, 3.; hocque a radice صَعُبَ *difficilis fuit res*. Verbum hoc loco, solo Agente, et Patiente contentum est 249, 8.

(قَلْبَ) *cor, nucleus, medulla*, est Infinit. Verbi قَلَبَ *vertit*, *versavit*, *avertit*, et *laesit in corde*; ejus Modzhareum يَقْلِبُ secundae formae in prima Conjugatione 43, 24.; caret Articulo, et *tanuino*, quia est nomen Annexum 229, 4.; estque in Casu Nasbo, quia est Patiens unicum praecedentis Verbi 249, 5.; ejus Plurale est قُلُوبٌ formae sextae 169, 9.

(فِرْعَوْنَ) Nomen cui Annexum est, in Casu Giarro, ex Invariabilibus 190, 22.

(أُكْثِرُ) Prima persona singul. comm. Modzharei Verbi

Compositi quartae Conjugationis أَفْعَلَ 72, 5.; significat hic, quemadmodum et in secunda, *multiplicare*; radix est كَثُرَ *multus fuit*, sextae formae simplicis 44, 3.

أَيَاتِي) est plurale أَيَاتٌ pro أَأْيَاتٌ juxta Canon. V. *alef* 31,17.; a singulari آيَةٌ pro أَايَةٌ et hoc pro أَوْيَةٌ *signum*, *miraculum*. *Alef* habet *hamzam* indicantem motum ejus actualem 20, 2.; et *fathha* perpendicularis indicat aliud *alef* latere 31, 17.; interdum tamen productionem syllabae designat, ut in Biblia Polyglotta. Ultima litera loco *fathhae* habet *kesram*, quia sequitur Affixum ى primae personae, 204, 13.

وَبَرَاهِينِي) Conjunctio copulativa وَ *et*, similes Casus conjungit 279,14.; بَرَاهِينِ est plurale quadriliterum a singulari بُرْهَانٌ *probatio evidens, demonstratio peremptoria*. *Alef* mutatur in ى quia praecedit *kesra* 178, 21.; ى finale Affixum est primae personae, ut supra. Minus bene scribitur بَرَاهِيْنِيْ cum *giezma* super ى et ي, quia utrumque quiescit quiete secunda 17,5.

فِي بَلَدِ مِصْرَ) فِي est Particula *in*, ut supra; بَلَدِ in Giarro propter praecedentem Particulam 271, 6.; caret Articulo, quia est nomen Annexum¹, et restrictum regimine Genitivi 157, 5.; مِصْرَ e Nomen proprium regionis *Aegypti* 192, 21.; ponitur in Giarro, quia est Substantivum post aliud Substantivum 256, 7., estque generis foeminini ex significatione 163, 1., et invariabile 192, 21.

4. وَلَا) لَا est Particula negativa Futuri 281, 7.; hic non giezmat, quia non accipitur in sensu prohibitivo 281, 14.

يَقْبَلُ) *excepit*, *accepit*, est Modzhareum Verbi Triliteri Perfecti, Conjugationis primae, formae quartae 43, 32.; a radice قَبِلَ *accepit ut gratum*, et *auscultavit*, in secunda

Conjugatione significat *osculari*; prima radicalis hic giezmatur 50, 1.; ء ex literis أتين habet *fathham*, ibid.

مِنْكُم) Particula مِن 215, 14., simul cum Affixo secundae personae plural. mascul. 204, 10., ن Particulae giezmatur, quia non sequitur *alef* unionis 215, 19.

حَتّى) Particula Nasbans, quia significat *donec* 276, 16. ـّ scribitur quoque sine *tesdid* apud Golium; est etiam Particula Subjunctivi 66, 8.

أُحِلَّ) Prima persona singul. Modzharei Verbi Surdi, Conjugationis quartae, a themate أَحَلَّ *descendere curavit*, *immisit* 91, 3., a radice حَلَّ *descendit*, Verbum Surdum, in quo contractio est necessaria 86, 11., estque in Nasbo propter praecedentem Particulam 276, 16. Hoc Verbum praeter Agens Occultum 50, 12., duo Paticntia habet, unum Clarum, aliud cum Particula 251, 16.

آفتي) potius scribendum أفتي ab أفْتٌ *portentum*, *plaga*, *calamitas*, et *res mira*; singulare Triliterum, quia caret signis dualis, et plural. 166, 17., Hamzatum ن 162, 15.; ى finale est Affixum, ut supra.

بِالْمِصْرِيِّين) ب significat *in* 207, 22.; *alef*, unionis est, et quidem Articulare 21, 24.; *vassl* superscriptum est unionis indicium, ibid. lin. 21.; ل Articuli legitur ut consonans, quia sequitur Lunaris 11, 27.; et quiescit quiete prima 17, 8.; مِصْرِيِّين plurale Sanum 167, 18. et 189, 4.; simul et Possessivum 181, 15.

وَأُخْرِج) Modzharcum primae personae sing. a themate أَخْرَج *eduxit*, *eruit*, quartae Conjugationis 72, 5., a radi-

ce خَرَجَ *exivit*; duo Patientia Clara habet post se 249, 21., quae sunt duo sequentia

جُيُوشِي) جُيُوش *exercitus*, plurale formae sextae 169, 9., a singulari جَيْش ; ى est Affixum, ut supra.

قَوْمِ) est Infinitivus Verbi قَامَ *stetit*, generis comm.; Nomen Collectivum, sive Unitivum 183, 15.; designat *populum*, *coetum virorum*, et *mulierum*; م loco *fathhae* **habet** *kesram*, propter ى Affixum sequens 204.

بَنِي اسْرَائِيل) *filios Israel*, de hoc jam dictum est supra, vers. 2., uti et de مِنْ بَلَدِ مِصْر) مِنْ hic significat motum de loco 254, 4.; بَلَد vocatur Contractum per Particulam 228, 18.; non potest praemitti Particulae 229, 21.

بِأَحْكَام) بِ significat *cum* 207, 24., et constructioni Verbi praecedentis inservit 208, 12.; أَحْكَام est plurale Fractum formae tertiae decimae 169, 16.; a singulari حُكْم *judicium*, *arbitrium*, *imperium*; Infinitivus Verbi حَكَمَ o. *judicavit*; est in casu Giarro, ob praemissum بِ, censetur generis foeminini 236, 10.

عَظِيم) Adjectivum Verbale 180, 20., assumit ة in fine notam generis foem. 165, 24.; concordat in omnibus cum praecedenti Substantivo, quia eandem cum illo Orationis partem constituit 237, 2.; et quia praecedens Substantivum plurale censetur tanquam singulare foem.

5. وَيَعْلَمُ) وَ est Conjunctio 209, 24.; يَعْلَمُ Modzhareum est primae Conjugationis, formae quartae, a radice عَلِمَ *scire* 43, 33.; hic *je* tertiam singul. mascul. personam format 54, 22.; ultima radicalis habet *dzhammam*, quia non ad-

venit يونا 50,4.; Verbum istud in secunda Conjugatione significat *docere*, in quinta autem *discere*.

ٱلْمِصْرِيُّونَ) In Casu Recto; hoc habes supra in Obliquo.

أَنِّي) Compositum ex أَنْ *quod* 213, 8., et ى Affixo primae personae, quod assumit *fathham*, quia sequitur *alef* unionis 23, 16.; hic, supple *esse*, vel *sim*; Ellipsis Verbi Substantivi hic et alibi est frequentissima.

ٱللّٰه) habes in principio.

إذا *cum*, Particula temporis 210, 22

مَدَدْتُ) Prima Praeteriti persona singul. commun. a radice مَدَّ *extendit*, Verbum Surdum 86, 28.; contractio literarum similium hic est impossibilis 85, 27.; ت Pronomen est Egrediens 48, 21.; habet *tescdid* euphonicum Deltale 18, 11.; Praeteritum hic habet significationem aliorum Temporum, et Modorum propter praemissum إذا 49, 16.

قُدْرَتِي) قُدْرَةٌ *potentia*, *virtus*, est Infinitivus Verbi قَدَرَ i. *potuit*, *valuit*; significat etiam *Olla*, ut Cap. 16. Exod. vers. 3.; ة vertitur in ت, quia sequitur Affixum; est in Casu Nasbo ob Verbum praecedens 249, 8.; sed *fathha* vertitur in *kesram* propter Affixum ى, de quo jam aliquoties.

عَلَى ٱلْمِصْرِيِّينَ) عَلَى est Particula Giarrans 215, 15., quam postulat Infinitivus praecedens, qui Casum sui Verbi regit 257, 12.; ى ejus quiescens non obstat unioni 23,12.; Nomen sequens jam habes supra.

أَخْرَجْتُ) Prima persona Praeteriti quartae Conjugationis; vide supra.

مِنْ بَيْنِهِمْ) مِنْ Particula Giarri, ut supra; بَيْنِهِمْ com-

positum ex بَيْنَ *inter* 214, 9., et هُمْ *ipsi* 204, 10.; *Nun* mutat *fathham* in *kesram*, ob praecedentem Particulam Giarri 272, 21.; ـهِ Pronomiuis mutat *dzhammam* in *kesram*, quia praecedit immediate *kesra* 204, 15.

6. فَصَنَعَ) فَ est Particula conjuncta significans *igitur, itaque* 208, 22.; صَنَعَ *fecit*, Verbum primae Conjugationis, formae tertiae propter ع, et quidem ipsa radix 43, 27. Verbum istud singulare habet significatum pluralis, ob Agentia quae sequuntur 234, 24.

مُوسَى وَهَرُونَ) scribuntur etiam مُوسَى وَهَرُونَ cum *fathha* perpendiculari, in signum quod ibi latet *alef*; suntque Agentia Verbi praecedentis.

كَمَا) compositum ex كَ *sicut* 208, 25., et مَا pleonastico.

أَمَرَهُمَا) أَمَرَ Verbum est Hamzatum فَ 136, 5., et quidem ipsa radix. هُمَا Pronomen est duale repraesentans Patiens Verbi, licet careat Particula إِيَّا 202, 3.

ٱللَّهُ) est Agens Verbi praecedentis 224, 8.

7. وَكَانَ مُوسَى) كَانَ hic venit pro Praeterito imperfecto *erat* 65, 7.

ٱبْنَ) *Alef* unionis est Nominale 21, 30.; estque in Casu Nasbo, seu Accusativo 252, 15.; vi Verbi Substantivi subintellecti.

ثَمَانِينَ) Numerus Cardinalis in Giarro 189, 15.; ob praecedens Substantivum 256, 7.

سَنَةً) Nasbus est singularis sine Articulo 265, 25.

هَرُونَ ٱبْنَ) هَرُونَ Nomen proprium in Rafeo 189, 2.; ٱبْنَ mox explicatum est.

ثَلْثٍ) Numerus Cardinalis, generis foeminini 196, 21.; est in Giarro ob praecedens Substantivum 256, 7.; *fathha* perpendicularis indicat latere *alef*; numerus minor hic praecedit 198, 2.

وَثَمَانِينَ) و est Conjunctio praecedens absque mutatione 198, 1.; similes Casus conjungit 279, 14.

سَنَةً) res numerata in Nasbo, seu Accusativo 265, 25.

حِينَ) Adverbium temporis *quando* 210, 23.; secus حِينٌ Nomen est, et quidem Infinitivus Verbi حَانَ i. *tempus extitit*. Ejus Plurale est formae decimae tertiae أَحْيَانٌ 169, 16.; et hinc Plurale Pluralis أَحَايِينُ *tempora* 177, 4.; hic autem exprimitur per Accusativum Nominis adverbialiter sumpti.

كَلَّمَا) Duale tertiae personae Verbi كَلَّمَ, de quo supra vers. 2. ut concordet cum duobus Agentibus *Musa*, et *Haron*; quando enim Nomen praeponitur Verbo, omnia regularia sunt 234, 18.; construitur cum Accusativo personae, quae est فِرْعَوْنَ ; ejus *tescdid* est Necessarium 18, 9.; *alef* finale est signum *Rafei* in duali hujus Verbi 195, 3.

8. ثُمَّ) Conjunctio Copulativa *tum*, *deinde* 213, 4.; hujus quoque *tescdid* Necessarium est.

قَالَ ٱللَّهُ لِمُوسَى وَهٰرُونَ) Haec omnia explicata sunt versu primo; nisi quod *Musa*, et *Haron* vocantur Contracta 228, 18.

قَوْلًا) قَوْلٌ Infinitivus Verbi قَالَ *dixit*, quod construitus cum لِ personae, et cum Accusativo rei, quae est قَوْلًا. Infinitivus hic non regit, sed regitur, additurque Verbo suo solum ad augendam significationem 257, 3.

9. إِذْ) Adverbium temporis, et quidem Praeteriti 210, 22.; vertit tamen hic Praeteritum in significationem Futuri 49, 16.

كَلَّمَكُمَا) كَلَّمَ thema est, saepe repetitum supra; كُمَا Affixum duale comm. 204, 11.; refert Casum Patientem, ibidem lin. 5.

فِرْعَوْنَ) Nominativus Verbi praecedentis, et sequentis قَالَ.

أَعْطِيَانِي) Secunda persona dualis Imperativi, a themate أَعْطَى 125, 13.; Affixum primae personae hic est نِي 204, 13.

بُرْهَانًا) Accusativus Verbi praecedentis, quod duo hic Patientia habet 249, 21.

فَقُلْ) فَ emphasin importat 208,22.; et per *igitur* quoque hic reddi potest ibid.; قُلْ Imperativus est Verbi قَالَ; non praemittitur *alef* Imperativ. ob Canonem Imperii 85, 21.

لِهَرُونَ) vide supra vers. 8.

خُذْ) Secunda persona Imperativi a radice أَخَذَ *accepit*, Verbum Hamzatum فَ 136, 5.

عَصَاكَ) عَصًا Infinitivus est Verbi عَصَا o. *percussit baculo*; in Nasbo ob praecedens Verbum 249, 22.; amisit *tanuin* ob Affixum sequens 185, 21.; ejus declinatio peculiaris est 187, 10.; كَ cum *fathha* Affixum est secundae personae singul. mascul. 204. 10.

وَٱطْرَحْهَا) Secunda Imperativi persona Verbi Perfecti طَرَحَ a. *projecit*; *alef* Imperativum unionis est 21, 26.; ultima radicalis giezmatur 54, 20.; هَا Affixum est tertiae personae singul. foem. 204, 12.; et concordat cum Antecedente عَصًا 240, 20., quod foemininum est ex usu 163, 18.

بين يدى) *inter manum*, phrasis est Arabica, significans *coram*, *in conspectu*; utrumque Nomen adverbialiter ponitur 214, 4.

تصير) Tertia persona singul. foem. a radice صار *factus fuit*, Verbum Concavum 99, 18.; hujus Verbi Agens est praecedens عصا cum quo concordat in genere, numero, et persona 234, 13.

تبيينا) Nasbus est singularis sine Articulo, quia Specificatio est 227, 27.

فدخل) ف praefixum significat *igitur*, habetque *fathham* 208, 18.; دخل est ipsa radix Verbi Triliteri perfecti 43, 4.; ponitur in singulari, licet Agentia موسى وهرون duo sint 234, 23.

الى) Particula Giarrans 215, 15.; significat terminationem motus localis 216, 16.

صنعا) Tertia persona dualis, a radice صنع a. *fecit*; *alef* in fine signum est dualis 195, 3.

كذاك) Compositum ex كه et ذاك, ideo scribendum potius كذاك vel كذاك cum *fathha* perpendiculari, instar هذا 203, 1.

كما قال الله) vide supra.

تعالى) Adjectivum concordans cum Antecedente الله; proprium enim est Arabibus et Turcis, cum de nomine Summi Dei mentionem faciant addere Adjectivum istud, hoc modo, الله تعالى *Deus Excelsus*; quemadmodum Itali dicunt *l'Altissimo Dio*; oritur a radice علا o. *altus fuit*.

وطرح) Verbum istud cum sequentibus quinque jam habes supra.

قواده) قود Plurale Pluralis septimae formae 169, 10. et 177, 4.; a singulari قايد *dux*, *praefectus*; et hoc a radice قاد o. *duxit*; د habet *kesram*, quia est in Giarro, propter Annexionem; Affixum habet quoque *kesram*, quia praecessit *kesra*, ut dictum est.

فصارت) Tertia singularis foemin. persona, a radice صار *factus fuit*, Verbum Concavum, et intransitivum 246, 22.; ت in fine hujusmodi generis signum est.

تنينا) In Nasbo singulari, quia est Specificatio 246, 30.; تنين *serpens ingens*, *draco*, cujus Plurale est تنانين assumpto *alef* quiescente post secundam literam 178, 15.

11 دعا) Ipsa radix Verbi Deficientis و vel etiam ى, quod significat *vocare*; multa tamen significat, et diversimode coustruitur 251, 20.

فرعون) Agens est Verbi praecedentis; quemadmodum بالحكماء Patiens est cum ب requisito a Verbo, a singulari حكيم *sapiens*, *doctus*; Participium formae فعيل 55, 22., hocque a حكم o. *scivit*; *hamza* finale habet ante se *alef* 20, 7.

والسحرة) Plurale est, in Giarro propter ب praecedentis dictionis, cum qua hoc in omnibus concordat, propter و conjunctionem 279, 14.; ب hic non replicatur; est plurale Fractum octavae formae 169, 11.; a singulari ساحر *fascinator*, *Magus*; ultima utriusque abjicit *tanuin* propter Articulum, ut supra; *tescdid* Euphonicum est, atque Lambdale 18,

20.; duo haec Nomina determinata sunt ratione universitatis 157, 13.

أَيْضًا) Infinitivus Verbi آضَ pro أَيَضَ *reversus est*, *iteravit*, dupliciter Imperfecti 142, 21.; hic tamen et alibi perpetuo adverbiascit, et inter Particulas Assertionis numerandus est 286, 6.

بِخَفِيِّهِمْ) بِ significat *per* 208, 4.; خَفِيّ *res occulta*, *arcanum*, a radice خَفَا i. et o. *occultavit*, Verbum Deficiens 114, 20.

هِمْ) Affixum Personale, cujus ه habet *kesram*, quia praecedit *kesra* 204, 15.

12 فَطَرَجَ) vide supra vers. 9. et 10.

كُلٌّ) Nomen est Substantivum 256, Rafeus Verbi praecedentis 249, 2.; caret Articulo, et *tanuino*, ob regimen, sive Annexionem 185, 21.

رَجُلٍ) Substantivum in Giarro ob praecedens Substantivum 256, 7.

عَصَاهُ) Patiens est Verbi praecedentis, cum Affixo mascul. tertiae personae.

فَصَارَتْ) Tertia singul. foemin. persona Praeteriti, cujus Agens est عَصَا subintellectum.

كَتَنَانِينَ vide supra vers. 10.

فَابْتَلَعَتْ) Praeteritum quoque ejusdem numeri, generis, et personae cum antecedenti, sed Conjugationis octavae, a Verbo Perfecto بَلَعَ a. *declutivit*, hinc اِبْتَلَعَ idem. Duo Verba sequentia habes in superioribus.

عِصِيَّهُمْ) Nasbus pluralis praecedentis Verbi, ab عَصًى

hocque ab عَصَا de quo supra; هُمْ Affixum est invariatum 204, 14.

13 فَاشْتَدَّ) ف significat *et*, اِشْتَدَّ thema est septimae Conjugationis Verbi Surdi 91, 7.; a radice شَدَّ o. *durius coepit; alef* unionis est, ac *tescdid* ultimae, Necessarium.

وَلَمْ يَقْبَلْ) لَمْ *non*, Particula negativa Modzharei, Giezmans 278, 6. et 282, 24.; يَقْبَلْ Modzhareum giezmatum a praecedente Particula 51, 19.; a radice قَبِلَ a. *accepit ut gratum, auscultavit*; utraque significatio hic venire potest.

14 ثُمَّ) Hic significat *denuo*, *rursus*. Quatuor verba sequentia jam habes supra.

ثَقُلَ) Verbi Perfecti radix sextae formae in prima Conjugatione 44, 3.; correspondet nostro Praeterito perfecto 40, 30.; est etiam formae primae ثَقُلَ o. *gravis*, et *surdaster fuit*.

وَأَبَى) *et renuit*, radix Verbi dupliciter Imperfecti 143, 11.; formae tertiae 43, 29.

أَنْ يُطْلِقَ) أَنْ Particula est Masdaralis 285, 14.; et quidem Giezmans 278, 11.; يُطْلِقَ Modzhareum giezmatum a praecedenti Particula, correspondens Infinitivo nostro 66, 12.

اَلْقَوْمَ) Nasbus praecedentis Verbi 249, 8.; abjicit *tanuin*, ob Articulum, et ل Articulare quiescit quiete prima 17, 9.

15 اِمْضِ) Imperativus secundae personae singul. masc. a radice مَضَى *perrexit*, Verbum Deficiens 114, 20.; *alef* Imperativum unionis est, et vocali privatur 22, 13.; *Vassl* superscriptum unionis est indicium 21, 22.

إِلَى) significat *ad*, motum ad locum 254, 5.; estque Particula Giarrans, ut supra.

بِٱلْغَدَاةِ) بِ est pleonasticum 208, 8.; غَدَاةٌ *tempus matutinum* praecipue *crastinum*, a radice غَدَا o. *mane venit.*

هُوَذَا) Adverbium demonstrandi, compositum ex هُوَ, et ذَا, hoc in margine collocatur 7, 28.

خَارِجٌ) Participium Agens mascul., formae فَاعِلٌ 56, 3.; cujus radix est خَرَجَ *exivit;* hic venit pro Participio in *rus,* 67, 4.

ٱلْمَآءِ) مَآءٌ est pro مَآءٌ 20, 8.; *hamza* finalis habet *kesram* ob praecedentem Particulam, caret *tanuino* propter Articulum.

فَقِفْ) فَ emphasin importat, et per *igitur* venire potest 208,22.; قِفْ Imperativus est Verbi Assimilati وَقَفَ i. *stetit;* excidit *alef* Imperativum ob Canonem Imperii 23, 24.

تِلْقَاءَهُ) Infinitivus adverbiascens Verbi Defectivi لَقِيَ a. *pertigit*, *obvium habuit*, 214.; هُ Affixum tertiae personae singul. masc. 204, 10.

عَلَى) Particula Giarri 215, 15.; *je* finale quiescit 34, 7.

شَاطِئِ) Est Giarrus singularis, ob praecedentem Particulam, a شَاطِئٌ *latus*, *ripa fluminis*, cujus plur. est شَوَاطِئُ formae decim.quint. 169,18.; nec non شُطْآنٌ form.decim.octav. ibid., a radice شَطَأَ *incessit*, Verbum Hamzatum ل; *hamza* cum *kesra* signum est Casus Giarri, licet superponatur literae ى, cui etiam postponi potest 20, 7.; estque Nomen Substantivum Annexum, ideo caret Articulo 229, 4.

ٱلنِّيلِ) Nomen fluminis Aegypti *Nilus*, qui in Cap. II. Genes. vocatur *Phison*.

اَلَّتِى) scribitur etiam العَصَا quia latet *alef*; وَٱلْعَصَا ٱلَّتِى
Relativum foem. concordans in omnibus cum suo Antecedente 240, 2., quod foemin. est ex usu.

اَنْقَلَبَتْ) Tertia persona singul. foem. Praeteriti, a themate اِنْقَلَبَ septimae Conjugat. a radice قَلَبَ *vertit*, *convertit*; in septima habet significationem Passivam 79, 5.; *alef* characteristicum unionis est 21, 28.; concordat in genere, numero, et persona cum Agente praecedente 234,13.

حَيَّةً) Specificatio est in Nasbo sine Articulo 227, 27.

خُذْهَا) jam hoc habes supra vers. 9.; cum Affixo foemin.

بِيَدِكَ) ب hic significat instrumentum 207, 3.; د habet *kesram* ob praecedens ب; ك Affixum est secundae personae.

16 قُلْ) Imperativus Verbi Concavi قَالَ, de quo supra; construitur cum ل.

لَهُ) Patiens Verbi praecedentis, compositum ex ل nota Dativi, et ه affixo.

اَللّٰهُ اِلَهٌ) Nomen Dei, restrictum per Articulum, et non restrictum; vide vers. 1.; اِلَهٌ caret *tanuino*, propter *alef* sequens.

اَلْعِبْرَانِيِّينَ) Nomen Gentile Possessivum 181, 19.; in Genitivo ob praecedens Substantivum.

بَعَثَ بِي) Radix Verbi Perfecti Triliteri, quod construitur cum ب.

اِلَيْكَ) Compositum ex اِلَى et ك; *je* post *fathham* hic manet, et diphthongescit.

قَايِلًا) Participium Activum formae فَعِيلٌ; in Casu

Nasbo, quia est Dispositio 227, 2.; *tanuin fathha* accipit *alef* post se 16, 4.

أُطْلُقْ) Imperativus a themate أَطْلَقَ *dimisit*, ut supra; *alef* Imperativum habet *fathham*, quod hujus quartae Conjugationis peculiare est 73, 8.

قَوْمِي) قَوْمٌ *populus* est Nomen collectivum comm. gener.; hic est in Casu Nasbo, et Patiens Verbi praecedentis, sed propter Affixum ي tollitur *tanuin* 185, 21., et *fathha* mutatur in *kesram*, ab ipso *je* requisitam.

يَعْبُدُونِي) Tertia pluralis persona Modzharei masc. a radice عَبَدَ o. *adoravit; alef* post و excidit, quia sequitur Affixum ني 17, 21.; Agens Verbi hic subintelligitur, quod est هُمْ *ipsi*.

فِي ٱلْبَرِّ) فِي Particula Giarri significat locationem 216, 25., *lam* Articulare legitur, quia sequitur Lunaris 11, 27., *tescdid* est Necessarium, ut supra; quatuor verba sequentia explicata sunt superius vers. 15. et 13.

إِلَى ٱلْآنَ) *usque nunc*, إِلَى significat terminationem 216, 16.; ٱلْآنَ *nunc, hoc tempore*; primum *alef*, licet sit Particula, unionis est; quod particulare et extra regulam notatur.

17 كَذَا قَالَ ٱللَّهُ) haec jam habes supra vers. 11. et 13.

بِهٰذِهِ) بِ Particula est; هٰذِهِ Pronomen Demonstrativum foemin.

ٱلْخَلَّةِ) خَلَّةٌ *natura, mos, modus*, caret *tanuino* ob Articulum; est in Casu Giarro, ut cum praecedenti Pronomine concordet.

تَعَلَّمُ) vide supra vers. 5.,

أَنَّنِى) compositum ex أَنَّ Particula, et نِى Affixo, quia Particula desinit in ن 204,13.; ى accipit *fathham*, quia sequitur *alef* unionis 23,16.; ellipsis Verbi Substantivi hic est frequens.

أَللّهُ) Rafeus est Verbi subintellecti, licet sit Praedicatum Propositionis, quia Subjectum Clarum, et Verbum non exprimitur.

هَا أَنَا) Adverbium demonstrandi 211, 10.; et Pronomen primae Personae 201, 15.

ضَارِبٌ) Participium in *rus*, a radice ضَرَبَ *percussit*.

بِٱلْعَصَا) بِ significat instrumentum 207, 23.

آلْمَآءَ) Patiens rectum a praecedente Participio 258, 20.

أَلَّذِى) Relativum mascul., sed minus bene, quia Antecedens آلْمَآءَ foemininum est ex terminatione 163, 10.; nisi dicas quod usu masculinum est.

فَيَنْقَلِبُ) ف conjunctio est 279,17.; يَنْقَلِبُ tertia singul. mascul. persona, a themate اِنْقَلَبَ, vide supra vers. 15.

دَمًا) Patiens est Verbi praecedentis.

18 أَلسَّمَكُ أَلَّذِى) Relativum, et suum Antecedens in omnibus concordantia 240, 4.; quae Agentia sunt Verbi sequentis.

يَمُوتُ) Modzhareum Verbi Concavi مَاتَ *mortuus est*; concordat cum praedictis Agentibus etiam in genere, quia Nomen praemittitur Verbo 235, 3. Haec periodus latine exponitur in plurali, licet Agentia et Verbum singularia sint, quia سَمَكٌ Nomen est Collectivum.

فَيَنْتَن) ف *et*; يَنْتَن Modzhareum Verbi نَتَن *foetuit*, *male oluit*.

آلنَّبِيلُ) Agens est Verbi praecedentis.

يُعْجِزُ) Modzhareum Verbi عَجَزَ *haud potuit*.

آلْمُضَرَّبُون) Rafeus praecedentis Verbi, cujus signum est و 194, 28.

عَنْ أَنْ) Particulae pleonasticae; أَنْ tamen Masdaralis est, tribuitque Modzhareo sequenti significationem Infinitivi nostri 285, 15.; item nasbat, quia per *ut* verti potest 275, 20.

يَشْرَبُوا) Modzhareum Nasbatum a praecedenti Particula 51, 11.; a radice شَرِبَ a. *bibit*, ponitur enim pro يَشْرَبُون.

مَسَاءً) Patiens est praecedentis Verbi in Casu Nasbo; pro *alef* finali est *hamza*, quia praecedit una literarum أوى 20, 7.

مِنَ) *e*, *ex*, *de*, Particula Giarri, quae ponitur pro مِنْ, quia sequitur *alef* unionis 23, 9.

آلنَّبِيلِ) Nomen in Casu Giarro ob praecedentem Particulam, ideo ultima litera habet *kesram*, non vero *tanuin*, propter Articulum 185, 21.; *tescdid* est Euphonicum *lamdale* 18, 20.

19 ثُمَّ, etc.) Octo priores hujus versus dictiones superius explicatae sunt.

مُدَّ) Imperativus est Verbi Surdi مَدَّ vide supra vers. 5. Iste Imperativus interdum regulariter formari potest 88, 21.; Duae sequentes dictiones, superius habentur. Idcirco dictiones semel aut bis explicatae, absque nota, imposterum omittentur.

مِيَاهٌ) Plurale multitudinis 178, 10.; a singul. مَآءٌ pro مَوَهٌ *aqua*.

أَنْهَارِهِمْ) أَنْهَارٌ Plurale est a singul. نَهْرٌ *flumen*, ponitur in Giarro simul cum quinque sequentibus dictionibus, virtute praecedentis Particulae عَلَى *adversus* 215, 15.; caret Articulo ob Affixum sequens هُمْ ; *dzhamma* vertitur in *kesram*, quia praecessit *kesra*.

خُلْجَانِهِمْ) Plurale simul cum Affixo, a singulari خَلِيجٌ *rivus*.

أَجَامِهِمْ) est pro أَجَامِهُمْ a singulari جَامٌ *vas*, *stagnum*.

وَسَايِرِ) سَايِرٌ *tota*, *omnisque res*, Nomen Agens Verbi سَارَ i. *ambulavit*, *fecit totum*, *aut reliquum ejus*. Animadvertendum tamen est plura Adjectiva uni Substantivo sine Copulativa Conjunctione non raro apponi ; at plura Substantiva si conjungantur singulis (non ultimo tantum, ut apud Latinos), copula, ut hic, praefigi solet.

مُجْتَمِعِ) Nomen in Casu Giarro concordans cum praecedentibus ; مُجْتَمَعٌ est *congregatio*, *confluxus*, a radice جَمَعَ a. *congregavit*.

مِيَاهِهِمْ) Nomen plurale in Giarro cum Affixo. Versus vigesimus, vigesimus primus, et vigesimus secundus, quia dictiones superius explicatas repetunt, ideo omittuntur.

23. وَلَّى) Praeteritum Verbi dupliciter Imperfecti, idest Involuti Separati, Conjugationis secundae, significans *tergum vertit*, *recessit*, *declinavit*, a radice وَلِيَ, Modzhareum يَلِي *convertit*, *avertit*.

رَدَّخَلَ) Vide supra vers. 10.; construitur cum Accusativo, vel cum إِلَى ; hic autem primo modo.

مَنْزِلَهُ) est Nomen in Casu Accusativo, ob Verbum praecedens, cujus signum est *fathha* literae ل ; ه finale Affixum est tertiae personae singul. mascul.; in Rafeo est مَنْزِلٌ *mansio*, *domus*, cujus plurale fractum est مَنَازِلُ formae 15.; ultima radicalis apud Golium, 2353, 5., habet *tanuin*, sic مَنَازِلٌ, quod ut supra monui, alibi quoque evenire potest.

لَمْ) Particula negativa giezmans Modzhareum, eique significationem Praeteriti tribuens 282, 24.

يَرُدَّ) Modzhareum Giezmatum, a radice رَدَّ o. *reddidit*, *reduxit*, *restituit*, Verbum Surdum primae formae; hic contractio est ad libitum, potest etiam scribi يَرْدُدْ, nec non يَرُدِّ, vel يَرُدُّ, sicque fieri potest in omnibus personis Modzharei singularis, et prima pluralis, si secundam foemininam singularis solum excipias, ex qua ن tantum excidit, ut ex يَرُدِّينَ fit يَرُدِّى, Haec vellem transferri ad pag. 85,33.

بَالَهُ) بَالٌ *cor*, *animus*; est in Nasbo, ob Verbum praecedens; ه Affixum est, ut supra.

24 حَفَرَ) *fodit puteum*, est ipsa radix Verbi Perfecti, 42, 26.

جَمِيعَ) *omnis*, *cunctus*; caret *tanuino*, quia est Nomen Substantivum Annexum, et quia sequens dictio habet Articulum 185, 22.

حَوَالَىْ) est Praepositio, *circum*, a radice Verbi Concavi حَالَ *ivit de loco in locum*.

أَبَارًا) Nasbus est Verbi praecedentis حَفَرَ .

لِيَشْرَبُوا) لِ cum *kesra* nasbat Verbum, quia significat *ut* يَشْرَبُوا est pro يَشْرَبُونَ vide supra vers. 18.

مِنْهَا) Particula مِنْ *ex*, cum Affixo foeminino هَا *ipsa*, ut concordet cum أَبَارًا plurale irrationale.

مَآءً) Nasbus est praecedentis Verbi; *hamza* habet *tanuin* quia Nomen Indeterminatum est.

يُطِيقُوا) Modzhareum a radice طَاقَ *potuit*, habens significationem Praeteriti imperfecti Conjunctivi, ob praemissam Particulam إِذْ, estque Giezmatum a praecedente لَمْ.

وَلَمَّا) *et cum* Particula Conjunctivi, idest vertit significatum Praeteriti Modi Indicativi, in significationem Praeteriti plusquam perfecti Conjunctivi, quod accidit Verbo sequenti.

كَمَلَتْ) Tertia singularis mascul. persona Verbi كَمَلَ *perfectus*, *et absolutus fuit*.

سَبْعَةُ) سَبْعَةُ Numerus est Cardinalis mascul. generis, significans *septem*, Rafeus seu Nominativus praecedentis Verbi; regit numeratum in Genitivo 266, 2.

أَيَّامٍ) Genitivus pluralis rectus a numero praecedenti; أَيَّامٌ est pro أَيْوَامٌ 36, 4., a singulari يَوْمٌ *dies*.

بَعْدَ مَا) بَعْدَ est Nomen a radice بَعُدَ et بَعِدَ *destitit*, *longius abfuit*; hic tamen adverbiascit 214, 3. et 14., et Particula est, cum مَا pleonastico.

ضَرَبَ) est ipsa radix Verbi Triliteri Perfecti.

اَللّٰهُ) Rafeus est Verbi praecedentis concordans in omnibus.

آلنَّيلَ) Patiens Verbi in Nasbo.

بذَلكَ) ب non solum Nominativo, sed etiam aliis Casibus, et Particulis quoque praefigitur pleonastice, ut hic; *fathha* perpendicularis indicat latere *alef*, scribitur autem pro ذَالِكَ componitur ex ذا *hic*, et كَ Affixo secundae personae, quod pro generis, et numeri diversitate variatur, diciturque ad foeminam ذَاكِ et ذَلِكِ; ad duos vel duas ذَاكُمَا et ذَلِكُمَا; ad multos ذَاكُمْ et ذَلِكُمْ; ad multas ذَاكُنَّ et ذَلِكُنَّ. Eadem est ratio foeminini تَا *haec*, et dualium utriusque; sed Plurale أُولَئِكَ, كَ perpetuo invariatum retinet, quod indirecte habetur.

آمِينَ) *Amen*; scribitur et آمِينَا cum ا, quod minus placet.

RUDIMENTA

LINGUAE ARABICAE

JUXTA VERNACULI IDIOMATIS USUM.

PROŒMIUM.

Hactenus de Grammaticali, seu Scripturali Idiomate: nunc de Vulgari disserendum; quatenus ex illius perfecta cognitione, hujus quoque scientiam quis facile acquirere potest, si quae paucula nunc observanda traduntur, menti firmiter mandentur. Et primo sciendum, Arabicae Linguae Idioma triplex esse; Vulgare, Scripturale sine motionibus (itidem Vulgare), et Scripturale cum motionibus seu vocalibus, quod *Grammaticale* imposterum vocabitur, ut a secundo discernatur, quod sub nomine *Scripturalis* ubique veniet. Porro Vulgare Arabicum non cuidam rudi et agresti Idiomati, sine ordine aliquo, assimilatur, ut multi id ignorantes blaterant, sed Linguae Latinae elegantis similitudinem habet; atque de isto in posterioribus agendum est. Scripturale sine motionibus componitur ex vocabulis a Vulgo partim cognitis, partim ignoratis, ut sunt Libri Sacrorum Bibliorum Romae editi, quatuor Evangelia, Doctrina Christiana, Ars Medicinae, et Philosophia Avicennae, Euclidis, Historia Dynastiarum, etc. Hoc Idioma Scripturale non differt a Vulgari, nisi in in illis dictionibus, quibus Vulgus non utitur. Grammaticale vero est, cujus quaelibet litera fere ubique habet motionem aliquam vel signum, quorum ratione differt a praecedentibus in eo, quod eadem dictio a Vulgo quoque usitata, iisdem literis existentibus, sonum auribus exhibeat diversum. Differt quoque peculiari modo a Scripturali, quia hoc omnes dictionum literas propter carentiam motionum exigit; Grammaticale autem aliquando literas propter motiones rejicit. Ad hujus

tertii Idiomatis usum veniunt Biblia Sacra Londini, et Parisiis excussa, Psalterium Romae impressum, Alcoranus, etc.

Haec igitur Grammatica usque modo tradidit regulas Grammaticalis Idiomatis, seu Scripturalis tertio modo sumpti. Demptis vero ubique motionibus ultimae literae dictionum, docuit quoque praecepta Idiomatis secundi generis; necnon quamplurimas tradidit regulas, quae ad Idiomatis Vulgaria cognitionem (dempta primi Libri Appendice, quae Linguae Vernaculae, et Scripturali nihil confert) maxime conducere possunt; nimirum regulas de formatione, et divisione Verborum, nec non alia quamplurima, ex quorum perfecta cognitione, quis facili labore, ac brevi temporis spatio, ad Vulgaris Linguae notitiam non parvam pervenire poterit, si utriusque differentiam, quae in sequentibus traditur, diligenter observabit.

CAPUT PRIMUM

DE ORTHOGRAPHIA VULGARI.

Cognitio literarum Alphabeti, ejusque valoris, nexus, et ceterorum, quae in principio Grammaticae posita sunt, hic praesupponitur.

Motiones, seu vocales, apud Vulgares sic sonant: *Dzhamma* sonat *o*, ut كُل *kol, comede;* praeterquam in ultima dictionis litera, ubi valet *o* declinans ad *u*, ut بَيتُه *baeits, domus ejus. Fathha* sonat *a*, ut قَلْب *qalb, cor;* dum vero ad literam *fathhatam* sequitur immediate ي, valet *e*, ut بَيت *baeit, domus;* in quibusdam tamen regionibus fere semper sonat *a. Kesrae* sonus est *e*, ut كِتَاب *ketab, liber,* quoties non fuerit sub ultima dictionis litera, vel sub ipsamet ي, aut sub litera immediate praecedente ي, quia tunc so-

nus ejus est *i*, ut عظيم *aadzhim*, *magnus*, نصرت *nassarti*, *adjuvisti* foem.

Ex quinque signis, in primo Libro numeratis, aliqua interdum apparent in quibusdam Scripturalium libris, raro tamen cernuntur. Ceterum ubi signa subintelligantur, cum Scripturale ipsis careat simul et motionibus, a Grammatica et praxi discendum. Oporteret enim, ad rectam Vulgaris lectionem, libros habere motiones et signa, juxta usum et prolationem Vulgi, eo modo, quo Vocabularium Arabico-latinum in hoc Seminario Patavino impressum demonstrat; sed cum nullibi usque modo reperiantur libri sic impressi, ideo ad Grammaticam, et praxim recurrendum est.

Notandum est, Arabicum idioma Vulgare, quemadmodum etiam Italicum diversimode efferri. Etrusci enim, et Romani optime, at Bergomenses, et Bononienses non adeo recte Italice loquuntur; sic quoque Arabes Aegyptii, et Damasceni elegantiori modo verba proferunt, quam illi e Monte Libano, idcirco harum Nationum idioma certis regulis coarctari nequit: quapropter de nobiliori Idiomate, quod ab omnibus intelligitur, vel intelligi potest, hic agitur.

CAPUT SECUNDUM

OBSERVATIO GENERALIS LITERARUM, ET MOTIONUM.

Cum Arabum libri sine motionibus, et signis, ut plurimum scribi soleant, pro horum lectione a Patre nostro Dominico Germano in sua *Fabrica Magna*, tyronibus aurea datur regula, ab ipsis Arabum fontibus habita, quae difficultates lectionis Arabicae aliquantulum tollit. Ait enim, certum et manifestum fore, literas graves, quae sunt ا ض و ء ق غ ع ظ ط ض ص ش ر ذ خ ح magis declinare ad *fathham a*, minus vero ad *kesram e*; et e contra ز ج ت ب ی ن م ل ك ف س, quae tenues, seu lenes vocantur, dulcius efferri cum sono *kesrae e*, quam *dzhammae o*; hocque

intelligitur, ubi regula determinata motionum non adest; secus haec regula non valet in Verbis, in quibus prima, et secunda litera radicalis Praeteriti, quaecunque sint, perpetuo *fathham* possident; in Modzhareo autem subintelliguntur motiones, quas habet Verbum ad quod, tanquam ad mensuram, alia similia reducuntur. Similiter ا Imperativum in prima forma exigit *dzhammam*, in reliquis *kesram*; sicque discurrendum per omnia membra Verborum, in quibus certa motionum, seu vocalium regula datur. Sed, ut res clarior evadat, et exemplis patefiat, nonnullae dictiones subjiciuntur, in quibus literae graves cum sono *a*, et lenes cum sono *e* pronunciantur; e. gr. in hac dictione سَلَامَة *salamaeh, pax*, et plurimis aliis in ة foem. desinentibus, si penultima, (quae naturaliter exigit *fathham*) fuerit ex gravibus, melius cum sono vocalis *a* profertur; ut شَجَرَة *sciagiaera, arbor*. Si vero penultima fuerit ex lenibus, cum sono vocalis *e* pronunciari solet; ut رَحْمَة *rahhmaeh, misericordia*; بَرَكَة *barakae, benedictio*. Item حرّ *calor* dicitur *hhar* non *hher*, quia ح est litera gravis; قلب *cor* pronunciatur *qalb* non *qelb*, quia ق est itidem gravis. Sed كلب *canis*, نبيذ *vinum*, مدينة *civitas*, ex eo quod harum dictionum prima litera sit ex lenibus, pronunciatur ubique cum sono *e*; sic *kelb*, *nebid*, *medine*, non autem *kalb*, *nabid*, *madine*. Si vero ad literam lenem sequatur immediate ح vel ع, vel ا, tunc eadem lenis cum his in unam syllabam coalescit, habetque sonum vocalis *a*; ut تاكل *takol*, *comedis* foem., لحم *lahhm*, *caro*, تعرف *taaref*, *cognoscis* foem. etc. Ita quoque docet Pater noster Antonius ab Aquila in sua Grammatica, in qua literae ش ر ت inter lenes ab ipso numerantur. Sed admod. Rev. Pater Daniel ab Aretio Arabici idiomatis in Collegio S. Petri in Monte Aureo de Urbe Lector celeberrimus, ac olim Magister mens dilectissimus, qui decem annorum spatio Mis-

sionarii, et Praefecti munere laudabiliter functus est in Aegypto, ac per consequens in Arabici idiomatis praxi plurimum versatus, jam docuit me, quemadmodum et experientia didici, regulas de literis gravibus, et levibus ut plurimum verificari, non tamen ita necessario, quin etiam contrarium interdum fieri non oporteat; praxi igitur et usu discendum est.

Observatio particularis quarundam literarum.

1. Literae ى و ا coalescunt in unam syllabam cum antecedente consonante; ut نَار *nar, ignis*; نُور *nur, lux*; نِير *nir, jugum*; بَاس *bas, osculatus est*, يبوس *jaebàs, osculatur*; et syllabam producunt: si vero intelligatur ى و ا habere motionem, haec quoque pronunciatur, sed non producunt syllabam; ut نَوَّر *nauuar illuminavit.*

2. Litera ا in fine dictionis post و, in Verbis, non legitur: in fine aliarum dictionum saepe producit syllabam; ut سَمَا *samà, caelum*; لَنَا *lenà, nobis.*

3. Dictiones quatuor, aut pluribus constantes literis, (praecipue si fuerint numeri ordinales, aut Participia Activa), dum ا est secunda litera, quaelibet consonans immediate sequens frequentius *kesram* exigit; ut كَاتِب *kateb, scriptor*; صَاحِب *ssàhheb, amicus, dominus*; وَاحِد *wàhhed, unus*; وَاحِدَة *vàhhedaeh, una*; رَابِع *ràbee, quartus*; سَابِع *sàbee, septimus.*

4. ى initio dictionis cujuslibet Verbi signum est tertiae personae singul. aut plur. masculinae, et a Vulgo pronunciatur nunc *je*, ut يَفْعَل *jefual, faciet*; nunc *i*, ut يِرُوح *iruhh, vadit*; nunc *ja*, praecipue cum ipsi sequitur una ex

literis ا ح ع ut يَأخُذ *jachod, accepit;* يَحْسِب *jahhseb*, *existimat;* يَعرِف *jaaref, cognoscit.* Sicque apud Vulgum evenit. Ceterum literae Modzhareae اتين Triliterorum, et Compositorum secundae, et tertiae classis *fathham*, quadriliterorum vero, et compositorum primae classis ***dzhammam*** apud Grammaticos perpetuo exigunt.

5. Litera ة in fine dictionis, si careat punctis, est Pronomen Personale tertiae personae singul. masculinae; si non caret duobus punctis, indicat genus foemininum: apud Grammaticos valet semper ت, quod Vulgus, et Scripturales minime observant, nisi ad Nomen terminatum ة sequatur Substantivum in Casu Genitivo, tunc etiam ab istis effertur ut ت; exempli gratia سَلَامَة *salamaeh, pax*, addito Substantivo أَللّٰه *Dei*, pronunciatur سَلَامَة أَللّٰه *salàmaet allàh, pax Dei.* Si loco Substantivi nectatur dictioni desinenti in ة Affixum aliquod, non solum pronunciatur, sed etiam scribitur ت, ut سَلَامَتِي *sàlamaeti, pax mea;* سَلَامَتَك *salàmaetak, pax tua* etc.

CAPUT TERTIUM

REGULAE PRONUNCIANDI SYLLABAS, ET DICTIONES ARABICAS JUXTA VULGI USUM.

Quicunque significatum dictionis, ejusque naturam, et qualitatem, nimirum an sit Nomen, vel Particula, aut Verbum, et qualis Verbi persona, minime praecognoverit, nunquam lectionem Arabicam sine motionibus existentem, bene et scientifice exprimere poterit, nisi Arabs sit; quia omnes Arabum literae consonantes sunt, et indifferentes ad sonum quinque vocalium Latinorum recipiendum; ideo nisi Vulgarem lectionem ab ore Magistri discere quis velit, hic traduntur aliqua, ex quorum observatione a Grammaticali etiam in Vulgaris lectionis cognitionem veniet.

Dictum est in Prooemio, unamquamque dictionum Grammaticalium literam habere ubique signum aliquod, vel motio-

nem, nisi regula *giezmae*, aut literarum اوى id prohibeat. Vulgus vero et Scripturales ultimam dictionis vocalem perpetuo abjiciunt, etiamsi cum motionibus scriberent; nam ex Grammaticali dictione كَتَبَ fit كَتَبْ *scripsit*; ex دَحْرَجَ, دَحْرَجْ *revolvit*; a مَدَّ, مَدْ *extendit*; a وَعَدَ, وَعَدْ *promisit*; a كَانَ, كَانْ *fuit*; a رَضِيَ, رَضِي *contentus fuit*: sicque fit in omnibus Verborum personis, tam Praeteriti et Modzharei, quam Imperativi, Participii Activi, et Passivi, etiam adveniente Affixo; ut ex ضَرَبَنِي Grammaticali, fit Vulgare ضَرَبْنِي *verberavit me*.

Idem Nominibus evenit, ut a بُطْرُسُ fit بُطْرُسْ *Petrus*; a رَجُلٌ, رَجُلْ *vir*; ex كِتَابٌ, كِتَابْ *liber*; ab هُوَ, هُوْ *ipse*; ex هِيَ, هِي *ipsa*; ex أَنْتَ, أَنْتْ *tu* masc.; ex سَنَةٌ *annus*, سَنَة.

Eodem modo vocalis Particularum ultima demitur; ut إِنْ *si*, pro إِنَّ; لَكِنْ *sed*, pro لَكِنَّ; ثُمْ *deinde*, pro ثُمَّ; رُبْ *vix*, pro رُبَّ; بَعْدْ *post*, pro بَعْدَ. Quaedam tamen Particulae a Grammaticis, et Vulgaribus eodem modo pronunciantur; ut إِلَى *ad*, عَلَى *super*, مِنْ *ex*, عَنْ *ab*, حَتَّى *ad*, *donec*, *ut*, etc.

In Pronominibus Observatio.

Pronomina Personalia Arabum, quae repraesentant *meus*, *tuus*, *suus*, *noster*, *vester* Latinorum, Affixa vocantur, eo quod Verbo, Nomini, et Particulae, uti a Grammaticis, ita a Vulgaribus in fine dictionis affigantur, cum hac tamen differentia, quod ه Affixum tertiae personae singul.

masc., كُ secundae masc., كَ vel كِي secundae foem. diversum auribus praebeant sonum: ه enim a Vulgo fere semper cum *dzhamma* effertur, et in unam syllabam cum litera praecedenti coalescit, ut بَيْتُه *beitu*, *domus ejus*: Scripturales autem, quemadmodum et Grammatici interdum cum *kesra* eum efferunt, ut بِهِ *bihi*, *cum eo*; sicque perpetuo punctis caret, ac ultimam acuit syllabam.

Affixum secundae personae singul. mascul. in Grammatica habet super se *fathham*, quam Vulgares, et Scripturales ad immediate praecedentem literam transferunt, ita ut sonet *ak*; ut عَبْدَك *aabdak*, *servus tuus*; ضَرَبَك *dzharabak*, *verberavit te*; عَنْدَك *aandak*, *apud te*. Foemininum vero secundae personae praeexigit *kesram*, et sonat *ek*; ut عَبْدِك *aabdek*, *servus tuus* (o mulier), عَنْدِك *aandek*, *apud te* foem., vel additur quoque ى, hoc modo, عَبْدِكِي *aabdeki*, et عَنْدِكِي *aandeki*. Si autem praecedat و vel ى, pronunciatur *uk* et *ik*, ut أَبُوك *abuk*, *pater tuus*; إِلَيْك *elaeik*, *ad te*.

Ultima Nominis litera, cui aliquod ex Pronominibus in Grammatica p. 204. recensitis affigitur, nisi sit أوى, ubique giezmatur, si Affixum primae et secundae personae singul. tam masculinae, quam foemininae excipias, ut in his patet exemplis سَلَامْتِي *pax mea*, سَلَامْتَك *pax tua*, سَلَامْتُه *pax ejus*, سَلَامْتْهَا *pax ejus* f., سَلَامْتْنَا *pax nostra*, سَلَامْتْكُم *pax vestra*, سَلَامْتْهُم *pax illorum*; sicque Vulgare, et Scripturalè differt ab idiomate Grammaticali, quod ubique in ultima Nominis litera motionem aliquam exigit.

CAPUT QUARTUM

DE PARTIBUS ORATIONIS, ET PRIMO DE VERBO.

Partes Orationis tot a Scripturalibus et Vulgaribus, quot a Grammaticis, ennmerantur, scilicet Verbnm, Nomen, et Particula. Ex his Verbum tantummodo flectitur a Vulgaribus, differtque in multis a Scripturali, et Grammaticali conjugatione. Et 1. differt ratione motionum: Grammatici enim prae aliis etiam ultimam dictionis literam fere semper movent, quod a Vnlgaribns non fit; 2. differt in numero, et persona, Vulgus enim in Praeterito, Modzhareo, et Imperativo caret dnali, nec totidem in iisdem temporibus, sive modis, habet personas, quas referunt Grammatici; sed octo in Praeterito, et Modzhareo, et tres tantnm in Imperativo, ut infra demonstrabitnr. Conjugatio Scripturalis eadem est cum Grammaticali in Rafeo, idest utraqne easdem habet literas; differunt vero propter regulas Nasbi, Giczmae, et Motionum. Ut ergo Conjugationis Vulgaris differentiam a Grammaticali quisque percipiat, hic subjiciuntur omninm Verborum Conjugationes, quibus utitur Vulgus, per exempla modo continuata, modo variata, ut simul una opera omnia discantur.

Conjugatio Verbi triliteri Perfecti per exempla continuata.

Modzhareum.		Praeteritum.	
تَفْعَل	يَفْعَل	هِى فَعِلَت	هُو فَعَل
facit f.	*facit* m.	*ipsa fecit.*	*ipse fecit.*
تَفْعَلِى	تَفْعَل	انْتِى فَعَلْتِى	انْتَ فَعَلْت
facis f.	*facis* m.	*tu fecisti* f.	*tu fecisti* m.
facio c.	أَفْعَل	*ego feci* c.	أَنَا فَعَلْت
faciunt c.	يَفْعَلُوا	*ipsi fecerunt.*	هُمْ فَعَلُوا
facitis c.	تَفْعَلُوا	*vos fecistis* c.	انْتُوا فَعَلْتُوا
facimus c.	نَفْعَل	*nos fecimus* c.	نَحْن فَعَلْنَا

Imperativus.

اِفْعَلْ *facite* c. اِفْعَلِي *fac* f. اِفْعَلُوا *fac* m.

Partic. Patiens.		Partic. Agens	
مَفْعُول	*factus.*	فَاعِل	*faciens* m.
مَفْعُولَة	*facta.*	فَاعِلَة	*faciens* f.
مَفْعُولَيْن	*facti* duo.	فَاعِلَيْن	*facientes* duo.
مَفْعُولَتَيْن	*factae* duae.	فَاعِلَتَيْن	*facientes* duae.
مَفْعُولِين	*facti* pl.	فَاعِلِين	*facientes* pl. m.
مَفْعُولَات	*factae* pl.	فَاعِلَات	*facientes* pl. f.

Nota ل, et ا in dictionibus فَاعِلَة et اِنْتُوا اِنْتِي اِنْت فَعَلْت scribi cum *kesra*, loco *fathhae*, quia hae voces a Vulgaribus (in omnium Verbis) cum sono *e* pronunciari solent.

Vulgus caret Modzhareo Rafeato, et Nasbato, atque hujus conjugationis personae constanter ubique manent. Literae formativae Praeteriti sunt يونا in fine tantum; Modzharei vero, et Imperativi اتين in principio, et يونا in fine, eo modo quo additae sunt Verbo فعل, ita reliquis omnibus triliteris Perfectis adduntur.

Significatio, Pronomina, Situs, et Ordo, quo praedictae conjugationis membra disponuntur, maxime observanda sunt, utpote omnium Verborum exemplar generale; cetera enim Verba, eodem ordine et situ imposterum disponentur.

Infinitivus, seu Masdar, necnon Nomina Loci, Temporis, et Instrumenti eadem sunt (dempta ultimae literae vocali) cum illa Grammaticorum.

Verbum Triliterum Perfectum apud Grammaticos sex habet Conjugationes, ex quibus tres tantum priores usitatae

sunt a Vulgo; reliquae respectu Verbi Sani, parum sunt in usu, ideo Verba quartae, quintae, et sextae formae, ad aliquam formam ex prioribus reducuntur. Supposita igitur doctrina Lib. II. Cap. III. tradita, libuit hic apponere more Vulgari conjugationem per exempla variata in omnibus Verbis perfectis.

Infinit.	Part. Pat.	Part. Ag.	Imper.	Modzh.	Praet.	Form.
كتب	مكتوب	كاتب	اكتب	يكتب	كتب	1
Scriptio.	*Scriptus.*	*Scribens.*	*Scribe.*	*Scribit.*	*Scripsit.*	
ملك	مملوك	مالك	املك	يملك	ملك	2
Regnatio.	*Dominatus.*	*Regnans.*	*Regna.*	*Regnat.*	*Regnavit.*	
فتح	مفتوح	فاتح	افتح	يفتح	فتح	3
Aperitio.	*Apertus.*	*Aperiens.*	*Aperi.*	*Aperit.*	*Aperuit.*	

Tria haec Verba omnium Verborum perfectorum sunt exemplar, et omnia (servata motionum proprietate) ut فعل conjugantur; eaedem enim literae serviles adduntur in omnibus personis, idcirco ne prolixitate regularum mens offendatur, observanda est adamussim non tantum conjugatio Verbi فعل, sed et literae cujusque personae, necnon motiones: كتب eo quod in secunda radicali Modzharei, et Imperativi habeat *dzhammam*, hanc exigit etiam in ا servili ejusdem Imperativi; dicitur propterea Verbum primae formae: si in eisdem locis *kesram* habuerit Verbum, erit secundae formae: si *fathham*, tertiae; quarum utraque *kesram* exigit in ا Imperativo. Infinitivus in his Verbis irregularis est, ideo usu discendum.

Conjugatio Verbi Quadriliteri per exempla variata.

Infinit.	Part. Pat.	Part. Ag.	Imper.	Modzh.	Praet.
دحراج	مدحرج	مدحرج	دحرج	يدحرج	دحرج
Revolutio.	*Revolutus.*	*Revolvens.*	*Revolve.*	*Revolvet.*	*Revolvit.*

Literae formativae Verbi quadriliteri, et cetera scitu necessaria habentur in Grammatica. Ceterum haec quoque conjugatio in sui revolutione Verbum فعل Vulgare sequitur.

De Verbis Infirmis.

Verborum Infirmorum conjugatio, natura, et dispositio habentur in Grammatica; regulae enim ibi traditae, exceptis excipiendis, hic quoque satisfacere possunt. In istorum conjugationibus per exempla variata, secunda quoque Praeteriti persona ponitur, ubi variatio a mensura generali Verbi فعل existit.

Conjugatio Verbi Surdi.

Infinit.	Part. Pat.	Part. Ag.	Imp.	Modzh.	2. p. Praet.	1. p. Praet.
ردة	مردود	راد	رد	يرد	رديت	رد
Restitutio.	*Restitutus.*	*Restituens.*	*Restitue.*	*Restituit.*	*Restituisti.*	*Restituit.*

Verbum Surdum duas alias habet formas, quarum prima in media radicali habet *kesram*, secunda habet *fathham*; ut

Part. Pat.	Par. Ag.	Imp.	Mod.	Praet.	
مفرور	فار	فر	يفر	فر	*Evanescere.*
معضوض	عاض	عض	يعض	عض	*Mordere.*

Verbi Assimilati Conjugatio, quae triplex est.

عدة	موعود	واعد	عد	يعد	(1) وعد	1
Promissio.	*Promissus.*	*Promittens.*	*Promitte.*	*Promittit.*	*Promisit.*	
وجل		واجل	ايجل	يوجل	وجل	2
Timor.		*Timens.*	*Time.*	*Timet.*	*Timuit.*	

---

(1) Tres istae conjugationes non variant in secunda Praeteriti persona a mensura فعل, ideo *Assimilata* dicuntur.

أَكْل	مَكُول	آكِل	كُل	يَاكُل	أَكَل	3
Comestio.	*Comestus.*	*Comedens.*	*Comede.*	*Comedit.*	*Comèdit.*	

Harum conjugationum differentia habetur ex eo, quod و Praeteriti primae excidat in Praesenti, et Imperativo; secundae, remanet in Praesenti, at mutatur in ى in Imperativo; tertiae vero ا radicale excidit solum in Imperativo, et Partic. Passivo, uti etiam in prima: sicque fit a Scripturalibus; at Vulgus, loco ى Imperativi secundae conjugationis, retinere solet و hoc modo, اوْجَل *time.*

Conjugatio Verbi Concavi triplex.

Infinit.	Part. Pat.	Part. Ag.	Imper.	Modzh.	2a. Praet.	1a. Praet.	
قِيَامَة	مَقُوم	قَايِم	قُم	يَقُوم	قُمْت	قَام	1
Surrectio.	*Resuscitatus.*	*Surgens.*	*Surge.*	*Surgit.*	*Surrexisti.*	*Surrexit.*	
سَيْر	مَسِير	سَايِر	سِر	يَسِير	سِرْت	سَار	2
Incessio.	*Incessus.*	*Incedens.*	*Incede.*	*Incedit.*	*Incessisti.*	*Incessit.*	
خَوْف	مَخُوف	خَايِف	خَف	يَخَاف	خِفْت	خَاف	3
Timor.	*Formidatus.*	*Timens.*	*Time.*	*Timet.*	*Timuisti.*	*Timuit.*	

Horum quoque Verborum formatio in Grammatica habetur; hic solum variatio personarum observanda, atque ut فعل conjuganda sunt Verba per exempla continuata.

Verba Concava in secunda Praeteriti persona abjiciunt infirmam, et prima radicalis accipit motionem secundae, nimirum secundae originalis radicis, ut pag. 106. dictum est; quae motio pronunciatur cum sono literae abjectae, non autem cum proprio, ut قُمْ, قُمْت, *qum, qumt*; et per hoc distinguitur Concavum a Surdo, cujus vocalis primae conjugationis, nempe *dzhamma* sonat *o* in Modzhareo et Imperativo, ut رُدّ, يَرُدّ *rodd, jaerodd.*

Litera infirma, quae in primitivis Concavorum vertitur

in ا, revertitur in derivativis formae فَعَّل ; ut قَوَّم a قَام, طَيَّب a طَاب etc.

Conjugatio Verbi Defectivi quadruplex.

Verba Defectiva peculiarem habent difficultatem in sui flexione, atque in multis variant a فعل ; idcirco quatuor hic conjugationes per exempla continuata subjiciuntur.

Prima Conjugatio.

Imperat.	Part. Pat.	Part. Ag.	Modzh.	Praet.
ارم	مرمى	رامى	يرمى	رمى *Projecit m.*
ارمى	مرمية	رامية	ترمى	رمت *Projecit f.*
ارموا	مرميين	راميين	ترمى	رميت *Projecisti m.*
Infinit.	مرميتين	راميتين	ترمى	رميتى *Projecisti f.*
رمى	مرميين	راميين	ارمى	رميت *Projeci.*
Nom. Loc. et Temp.	مرميات	راميات	يرموا	رموا *Projecerunt c.*
مرمى			ترموا	رميتا *Projecistis c.*
			نرمى	رمينا *Projecimus.*

Secunda Conjugatio.

Imperat.	Part. Ag.	Modzh.	Praet.
اكفى	كافى	يكفى	كفى *Suffecit m.*
اكفى	كافية	تكفى	كفت *Suffecit f.*
اكفوا	كافيين	تكفى	كفيت *Suffecisti m.*

Infinit.	Part. Ag.	Modzh.	Praet.
كَفَى	كَافِيَتَيْنِ	تَكْفَى	كَفِيتِى *Suffecisti f.*
vel	كَافِيِينَ	أَكْفَى	كَفَيْتُ *Suffeci c.*
كَفَايَةٌ	كَافِيَاتٌ	يَكْفَوْا	كَفُوا *Suffecerunt c.*
		تَكْفَوْا	كَفِيتُوا *Suffecistis c.*
		نَكْفَى	كَفِينَا *Suffecimus c.*

Tertia Conjugatio.

Imperat.	Part. Ag.	Modzh.	Praet.
ابْطِى	بَاطِى	يَبْطِى	بَطِى *Tardus fuit.*
ابْطِى	بَاطِيَةٌ	تَبْطِى	بَطِيَتْ *Tarda fuit.*
ابْطُوا	بَاطِيَيْنِ	تَبْطِى	بَطِيتَ *Tardus fuisti.*
Infinit.	بَاطِيَتَيْنِ	تَبْطِى	بَطِيتِى *Tarda fuisti.*
بَطُو	بَاطِيِينَ	أَبْطِى	بَطِيتُ *Tardus fui c.*
	بَاطِيَاتٌ	يَبْطُوا	بَطُوا *Tardi fuerunt c.*
		تَبْطُوا	بَطِيتُوا *Tardi fuistis c.*
		نَبْطِى	بَطِينَا *Tardi fuimus c.*

Quarta Conjugatio.

Imperat.	Part. Ag.	Modzh.	Praet.
ارْضَى	رَاضِى	يَرْضَى	رَضِى *Gratum habuit m.*
ارْضَى	رَاضِيَةٌ	تَرْضَى	رَضِيَتْ *Gr. habuit f.*

Imper.	Part. Ag.	Modzh.	Praet.
ارضوا	راضيين	ترضى	رضيت *Gr. habuisti m.*
Infinit.	راضيتين	ترضى	رضيتي *Gr. habuisti f.*
رضا	راضيين	أرضى	رضيت *Gr. habui.*
	راضيات	يرضوا	رضوا *Gr. habuerunt c.*
		ترضوا	رضيتوا *Gr. habuistis c.*
		نرضى	رضينا *Gr. habuimus.*

Hae Conjngationes, praeter significationem propriam, continent etiam mensuram omnium Verborum primitivorum. Memoriae igitur optime imprimi debent, ut ex cognitione mensurae, sciatur et mensuratnm.

Defectiva ل, loco ى, assumere possunt ا, idque maxime cum sequitur Affixum, quod non sit primae personae; ut برى et برا *sanavit, creavit*; براه *sanavit eum.*

Defectivorum ultima quiescens post *fathham* vocatur *alef breve*; quae si fuerit و quiescens, itidem ut رمى flectitur.

Hamzata ل in fine Participii Passivi habere possunt ultimam literam Modzharei, ut ex قرا يقرا *legere*, fit مقرو, et etiam مقرا *lectus.*

Verba Composita, seu Derivativa respectu formationis, et significationis habentur in Grammatica; sed octo solummodo formae apud Vulgares usu veniunt, nimirum

فعّل فاعل أفعل | تفعّل تفاعل انفعل افتعل | استفعل

reliquae Grammaticis relinquuntur.

Supplementum Verbi Arabici Vulgaris.

Praeteritum Imperfectum, et Plusquam perfectum quemadmodum a Grammaticis ita a Vulgaribus formatur, ut pag. 65. dictum est; ubi formatio Optativi, Subjunctivi, Infinitivi, etc. cernitur. Sed cum Vulgus pro formatione Optativi, et Subjunctivi, alias Particulas adhibeat, libuit hic illas afferre.

Particula Optativi apud Vulgares est انّ شا ألله *utinam*; ut انّ شا ألله كنا رحنا الى القدس *utinam profecti fuissemus Hierosolymam.*

Subjunctivi Particulae sunt وقت ألذى *cum*, *quando*, لمّا *cum*, بينما *dum*, بعدما *postquam*; nec non conditionales ان، ان كان، لو *si*, quae Temporibus Indicativi praemittuntur; ut ان كان تصوم كنت تغلب الشيطان *si jejunares*, *vinceres diabolum.* Sed لمّا, et بعدما solum Praeterito perfecto, et Plusquam perfecto praemittuntur; ceterae vero cuilibet Tempori communes sunt.

Particulae quoque Subjunctivi sunt ان كان ما، لولا، لوما *nisi*, *si non*; ut لوما أخطيت ما كان يقع عليك هذا الشر *si non peccavisses*, *non accideret tibi hoc malum.*

Exprimitur etiam Subjunctivus per copulam و, locando ipsum Subjunctivum post aliud Verbum; ut فرح قلبى وأنا كنت أصلى *laetatum est cor meum*, *cum orarem.*

Infinitivus correspondens nostro, fit collocando Verbum Modzhareum post aliud Verbum, interposita particula Masdarali, vel etiam sine ipsa, ut بدا يفعل *coepit facere.*

De Verbi Grammaticalis expositione juxta usum Vulgi.

Praeter enumeratas Verbi Vulgaris personas, Conjugatio Grammaticalis continet alias, quae a Vulgo ignorantur. Quicunque igitur Arabum libros Scripturales, et Grammaticales ad Vulgi intelligentiam transferre, ac explicare cœpit, ea, quae hic subjiciuntur, observare debet.

In Praeterito.

Exempla Gramm.	*Significatio Latina.*	*Expositio Vulgaris.*	*Exempla Gramm.*	*Significatio Latina.*	*Expositio Vulgaris.*
فَعَلَا	*Fecerunt duo.*		فَعَلْتُمَا	*Fecistis duo.*	
فَعَلَتَا	*Fecerunt duae.*	فَعَلُوا *Fecerunt*, com.	فَعَلْتُمْ	*Fecistis duae.*	فَعَلْتُوا *Fecistis*, com.
فَعَلْنَ	*Fecerunt illae.*		فَعَلْتُنَّ	*Fecistis* p.f.	

Verbum فَعَلُوا in Scripturis est plurale proprium tertiae personae masc., a Vulgaribus sine differentia generis et numeri, ut quid commune, usitatum; at فَعَلْتُوا secundae personae plur. proprium est Vulgi, a Grammaticis despectum. Reliquae personae, scilicet

فَعَلْنَا	فَعَلْتُ	فَعَلْتِي	فَعَلْتَ	فَعَلَتْ	فَعَلَ
Fecimus c.	*Feci* c.	*Fecisti* f.	*Fecisti* m.	*Fecit* f.	*Fecit* m.

omnibus communes sunt; et formantur non tantum respectu Praeteriti, sed etiam omnium Modorum, quemadmodum in Verbo Grammaticali dictum est.

Secunda radicalis Praeteriti dum regulariter exigit *kesram*, a Vulgaribus pronunciatur cum *e*, a secunda Praeteriti persona usque ad Praesens, ut *aareft, cognovisti*, etc. *katebt, scripsisti*, etc. nam ع et ر sunt literae lenes, juxta Patris Antonii ab Aquila doctrinam.

In Modzhareo quoque.

Exempla Gramm.	*Significatio Latina*	*Expositio Vulgaris.*	*Exempla Gramm.*	*Significatio Latina.*	*Expositio Vulgaris.*
يَفْعَلَانِ	*Faciunt duo.*		تَفْعَلَانِ	*Facitis* d. c.	
تَفْعَلَانِ	*Faciunt duae.*	يَفْعَلُوا *Faciunt*, com.	تَفْعَلُونَ	*Facitis* p. m.	تَفْعَلُوا *Facitis*, com.
يَفْعَلُونَ	*Faciunt illi.*		تَفْعَلْنَ	*Facitis* p. f.	

Sic تَفْعَلِينَ *facis* f. exponitur تَفْعَلِي.

Ceterae autem personae

نَفْعَل	أَفْعَل	تَفْعَلُوا	تَفْعَلِي	تَفْعَل	يَفْعَلُوا	تَفْعَل	يَفْعَل
facimus, c.	*facio*, c.	*facitis*, c.	*facis*, f.	*facis*, m.	*faciunt*, c.	*facit*, f.	*facit*, m.

tam Grammaticis, quam Vulgaribus communes sunt. In quibusdam regionibus a Vulgo omnibus personis Praesentis praefigitur litera ب in singulari, in plurali vero م; ut *bifaal facit*, *befaal facio*; *biaarf cognovit*, *baaref cognosco*, et *menaaref cognoscimus*.

In Imperativo similiter.

Exempla Gramm.	*Explicatio Latina.*	*Expositio Vulgaris.*	*Exemplum a Simili.*	
اِفْعَلَا	*Facite* d. c.		أُنْصُرَا *Juvate* d. c.	
اِفْعَلُوا	*Facite* p. m.	اِفْعَلُوا *Facite*, com.	أُنْصُرُوا *Juvate* p. m.	أُنْصُرُوا *Juvate*, com.
اِفْعَلْنَ	*Facite* p. f.		أُنْصُرْنَ *Juvate* p. f.	

Secunda dualis, et pluralis foem. Grammaticorum, exponitur a Vulgaribus per secundam pluralis personam masc., quae utrique communis est.

De Participio Activo, et Passivo.

Participium Vulgare totidem habet personas, ac Grammaticale, sicque conveniunt; differunt vero in eo, quod ubique Vulgus etiam pro Recto utitur Casu Obliquo Grammaticorum, sine vocali postrema.

Nomen Actionis, seu Infinitivus, Nomina temporis, loci, et instrumenti, vicis, speciei, dempta ultima dictionis vocali, sunt illa Grammaticorum, respectu Verbi tam primitivi, quam derivativi.

CAPUT QUINTUM

DE CONSTRUCTIONE PASSIVA VULGARI.

Constructio Passiva Grammaticorum differt a Vulgari in eo, quod Grammatici, mutatis Verbi Activi motionibus, Passivam constructionem in iisdem literis construunt, ut ex فَعَلَ يَفْعَلُ *facere*, mutatis vocalibus, fit فُعِلَ يُفْعَلُ *fieri*; at Vulgares hoc non agnoscunt, sed aliter faciunt quadrupliciter:

Primo, si Agens expresse ponatur, constructionem Passivam vertunt in Activam; ut pro *fur percussus est a Jacobo*, vertunt يَعْقُوب ضَرَب أَلْحَرَمِى *Jacobus percussit furem*. Iste loquendi modus prae omnibus aliis usitatior est.

Secundo, si Agens expresse minime appareat, assumunt Verbum habens significationem transitivam in numero plurali, ut pro *fur percussus est*, dicunt ضَرَبُوا أَلْحَرَمِى *percusserunt furem*. In hujusmodi locutionibus si Agens habet Pronomen personale e. g. tertiae personae, tunc collocatur Patiens in principio sermonis, deinde Verbum, postea Agens, ambo cum Affixo concordante cum Patiente; ut pro *in carcerem positus est Jacobus a patre ejus*, dicitur يَعْقُوب حَبَسَه أَبُوه *Jacobus incarceravit eum pater ejus* etc.

Tertio, utuntur quoque Participio Passivo, quo tamen in rigore exprimunt solum Actionem jam receptam esse a Patiente, et in ipso actualiter manere, ut بطرس محبوس *Petrus est incarceratus*, idest *manet in carcere*. Sicque fit dum Agens expresse non ponitur; quod si ponatur, dicendum est juxta praescriptum primum modum. Quandoque exprimitur quoque Agens cum Particula مِن; ut وُلِد مِن مَرْيَم العَذْرا *natus ex Maria Virgine*, sed hoc potius Grammaticale censetur.

Quarto, assumunt Verbum Compositum habens significationem intransitivam; ut بطرس انحبس *Petrus incarceratus est*, hoc tamen modo potius actio intransitiva, quam passiva manifestatur, idest, quod *Petrus ex se ergastulo inclusus sit*, non ab alio; nam Verba intransitiva sunt illa, quibus significatur Patiens pati ex se tantum, abstrahendo a quocunque alio: Passiva vero non solum significant actionem recipi a Patiente, sed etiam cum respectu ad Agens, a quo provenit actio; sive exprimatur Agens, sive non. Avicenna tamen in sua Philosophia, et Medicina, nec non alii Auctores hoc quarto modo pro significatione vere passiva utuntur; sicque juxta hos Auctores dici poterit انحبس يعقوب من الأمير *positus est Jacobus in carcerem a Principe*. Hujusmodi tamen passivae locutiones Latinorum clarius et melius explicantur sicut in primo modo dictum est, nimirum الأمير حبس بطرس *Princeps incarceravit Petrum*.

CAPUT SEXTUM

DE NOMINE, ET PARTICULA.

Plurima, quae de Nomine in Grammatica relata sunt, locum habent etiam apud Scripturales, et Vulgares; praeci-

pue dicta de Signis, Quantitate, Qualitate; de Motione, Genere, Numero, Specie; de Comparativo, Superlativo; de Nominibus Numeralibus; necnon de Pronomine Personali, Demonstrativo, et Relativo: non autem dicta de Casu, nisi quod Scripturales more Grammaticorum adhibent ا et و signa dualis, et pluralis Sani respective pro Casu Recto, et ى utrobique pro Obliquo. Ceterum Vulgares, sive in Recto sive in Obliquo sermo sit, respectu hujusmodi dualis et pluralis Sani eorumdem Obliquo perpetuo utuntur. Singularia vero, et Pluralia Fracta Grammaticorum, dempta ultimae literae motione, remanent ut plurimum Scripturalia, et Vulgaria quoque, dummodo usu veniant, ac ا Nasbi dematur.

Porro Vulgus habet Numerum singularem, dualem, et pluralem, nullibi tamen Casuum distinctionem agnoscit; Nomen enim in unoquoque Casu unica voce ubique terminatur: quemadmodum Itali in unoquoque Casu dicunt *libro*, ita Arabes كِتَاب. Aliqua tamen signa habent Arabes ad denotandos Latinorum Casus, nimirum, signum Nominativi est ipsum Nomen absolute positum, ut أَلْكِتَاب *liber*. Genitivi signum est Substantivum post aliud Substantivum, ut كِتَاب بُطْرُس *liber Petri*: est quoque litera ل, praecipue in sensu interrogationis et possessionis, ut لِمَنْ هٰذَا ٱلْكِتَاب لِيَعْقُوب *cujus est iste liber? Jacobi*. Aliqui vero pro *lemen* dicunt *elmen*. Signum Dativi proprium est litera ل, ut لِي *mihi*, لَكْ *tibi*, لِعَبْد *servo*. Accusativi signum est Substantivum locatum post Verbum, quod habet significationem transitivam; ut بُولُوس نَصَر صَاحِبْه *Paulus adjuvit amicum suum*. Signa quoque Accusativi sunt عِنْد *apud*, عَلَى *super*, إِلَى *ad*; ut عَلَى ٱلْبَيْت

super domum. Nota Vocativi est يا *o.* Vulgus etiam ait وَلَكْ *heus tu.* Signa Ablativi sunt مِن *ex*, فِي *in*, ب *cum*, مَع *cum.* Ex his certa signa sunt ل Dativi, praepositiones Accusativi, et Ablativi, necnon Particula Vocativi; reliqua vero ideo signa sunt, quatenus dictionum significatio praescitur; secus nihil prosunt.

Pronomina Personalia هُو *ipse*, هِي *ipsa*, أَنْت *tu*, أَنَا *ego*, et cetera, signa sunt Casus Nominativi; affixa vero nomini Substantivo, indicant Casum Genitivum; ut عَبدُهُ *servus ejus.*

Eadem Pronomina Personalia apud Vulgares quoque, loco Verbi Substantivi *sum*, *es*, *est*, veniunt, ut هُو طَيِّب *ipse* (est) *sanus*, هِي طَيِّب *ipsa* (est) *sana*, أَنْت طَيِّب *tu* (es) *sanus*, يَعْقُوب عَالِم *Jacobus* (est) *doctus*, etc. Sed Praedicatum carere debet Articulo; si secus fiat, non amplius Nomen se habet per modum Praedicati, sed potius Adjectivi, ut يَعْقُوب أَلْعَالِم *Jacobus doctus.* In propositione negativa collocatur ante Pronomen Particula مَا, ut مَا هُو طَيِّب *non est sanus*, يَعْقُوب مَا هُو طَيِّب *Jacobus non est sanus;* et sic de ceteris, excepta prima persona, pro qua sumitur نِي Affixum Verbi; ut أَنَا مَانِي طَيِّب *ego non sum sanus.*

In propositione interrogativa adhibetur هُو in qualibet persona singulari, ut مِنْ هُو أَنَا *quis sum ego?* مِنْ هُو أَنْت *quis es tu?* مِنْ هُو هَذَا *quis est hic?* أَيّ شَيّ هُو هَذَا *quid est hoc?* فَايْن هُو بُطْرُس *ubi est Petrus?* مَا هُو هَوْنِي *non est hic?*

Saepe etiam adhibetur Particula فِي in propositione tam

interrogativa, quam responsiva, ut أَفِي نَار فِي ٱلْبَيْت *est ne ignis in domo?* مَا فِي نَار *non est ignis;* مَا فِي شَيّ *non est aliquid;* فِي إِنْسَان فِي سُوق *est ne aliquis homo in foro?* مَا فِي أُحَد *non est aliquis.*

Pro Praeterito imperfecto, perfecto, et plusquam perfecto in hujusmodi propositionibus sumitur Praeteritum Verbi كَان; ut هُو كَان طَيِّب *ipse erat*, vel *fuit sanus,* هِي كَانِت طَيِّبَة *ipsa fuit sana.* In propositione negativa praeponitur Verbo dicta Particula مَا; ut هُومَا كَان طَيِّب *ipse non erat*, vel *non fuit, sanus.*

Nomina, quae a Grammaticis adverbialiter disponuntur in Casu Nasbo, a Vulgaribus sine ultima vocali, cum praefixione, aut praemissione Particularum مِنّ, عَلَى, بِ effeRuntur; ut ex بَاطِلاً fit بِٱلْبَاطِل *frustra:* pro قَصْدًا *ex industria, dedita opera*, dicitur بِٱلْقَصْد: pro ظَاهِرًا *aperte, palam,* بِٱلظَّاهِر: pro بَعِيدًا *procul, a longe,* مِنّ بَعِيد: sic قَرِيبًا, et مِنّ قَرِيب *prope:* بُكْرًا, et عَلَى بُكْرَى *mane* عَاجِلاً, et بِٱلْعَجِل, et فِي السَّاعَة *festinanter, celeriter, statim:* أَوَّلاً, et فِي الأَوَّل, vel بِٱلأَوَّل *primum, primo:* أَخِيرًا, et فِي الأُخِر, vel عَنْد الأُخِر *postremo, ultimo:* حَقًّا, et مِنّ حَقّة, vel بِٱلْحَقّ *vere, secure:* أَمَانًا, et بِٱلأَمَانَة *tuto, absque periculo:* غَضَبًا, et بِٱلْغَضَب *iracunde, irate:* بِٱلْعَبَادَة *devote, pie:* مُحَالًا et

بالْعَلانى , et بالْمَقْلُوب *contrarie*, *in oppositum*: عَلَى عَادة *juxta consuetudinem*.

Numerorum litera ة finalis, si immediate ei sequatur و non pronunciatur a Vulgaribus; ut أرْبَعة وعِشْرين *arbaa vaaschrin*, *viginti quatuor*. Si vero sequatur alia litera, pronunciatur ة; ut أرْبَعة عَشَر *arbaat aascer*, *quatuordecim*, مِيَة ألف *miaet alef*, *centum millia*.

Articulus أَلْ pronunciatur *al*, et *el* ob regionum diversitatem.

كَمْ *quantum*, interrogative, singulare cupit; ut كَمْ سَنَة عُمرَك *quot annos habes*? literaliter, *quot annus* (est) *aetas tua*? Enunciative autem numeratum plurale, vel singulare habere potest; ut أنَا عَرَفْت كَمْ كُتُب أوكِتَاب انت أخَذْت *ego scio*, *quot libros accepisti*. Accipit etiam بِ praefixum; ut بكَمْ هَذَا *quantum hoc*? subintelligitur *valet*: vel cum Verbo expresso, ut كَمْ يَسْوَى هَذَا , aut بكَمْ اشْتَرَيْت هَذَا *quanti emisti hoc*?

Dicta de Constructione Pronominis Personalis Affixi, quatenus habet significationem Verborum *habeo*, et *debeo* pag. 269. respectu regularum, exceptis excipiendis, hic quoque apud Vulgares locum habent.

Ceterum, cum Nomen apud Vulgares indeclinabile sit tam in singulari quam plurali numero, et Particula, quae est tertia pars Orationis, ubique invariabilis existat; nil superest addendum, nisi quod tyrones, praeter Verba, eorumque conjugationes, plurima Nominum, et Particularum vocabula discant, si ad expeditam Arabici Idiomatis Vulgaris locutionem pertingere cupiunt. Haecque de Vulgari, Scripturali, et Grammaticali Arabum Idiomate, tam in oratione soluta, quam ligata abunde sufficere possunt.

EXERCITATIO

PRO LECTIONE VULGARI.

Hic bene visum fuit, adjicere Exercitium quotidianum, nimirum *Signum Sanctae Crucis*, simul cum *Oratione Dominica*, *Salutatione Angelica*, *Symbolo fidei*, etc. sine motionibus, et signis; ut paulatim in hujusmodi lectione se exerceant tyrones.

اشارة الصليب المقدس

بسم الاب والابن والروح القدس الاله الواحد

Signum Sanctae Crucis.

In Nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti, Dei unius.

الصلاة الربانية

ابونا الذى فى السموات يتقدّس اسمك تاتى ملكوتك تكون مشيتك كما فى السما وعلى الارض * خبزنا كفافنا اعطينا فى اليوم واغفر لنا ذنوبنا كما نغفر لمن اخطى الينا ولا تدخلنا للتجارب لكن نجينا من الشرير امين ✲

Oratio Dominicalis.

Pater noster, qui es in Coelis. Sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in Coelo, et in Terra. Panem nostrum sufficientem da nobis hodie: et dimitte nobis culpas nostras, sicut dimittimus iis, qui peccaverunt in nos. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos a malo. Amen.

سلام الملاك لمريم العذرى

السلام لك يا مريم الممتلية من النعمة الرب معك مباركة انتى فى النسا ومباركة ثمرة بطنكى يسوع المسيح * يا قديسة مريم والدة الله دعى لنا نحن الخطاة الان وفى ساعة موتنا امين ✲

Salutatio Angeli ad Mariam Virginem.

Salve o Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui Jesus Christus. O Sancta Maria Mater Dei, ora pro nobis peccatoribus nunc, et in hora mortis nostrae. Amen.

ايمان الرسل

انا اومن بالله الاب ضابط الكل خالق السمآ والارض وبربنا يسوع المسيح الوحيد الذى حُبل من روح القدس وُلد من مريم العذرى الم فى عهد بلاطس البنطى وصُلب ومات وقُبر وهبط الى الجحيم وفى اليوم الثالث قام من بين الاموات وصعد الى السموات وجلس عن يمين الله الاب ضابط الكل وسيانى من هنالك ليدين الاحيآ والاموات ✱ اومن بروح القدس وبالبيعة الجامعة المقدسة وبشركة القديسين وبغفران الخطايا وبقيامة الاموات وبالحياة المويدة امين ✲

Fides Apostolorum.

Ego Credo in Deum, Patrem Omnipotentem, Creatorem Coeli, et Terrae. Et in Dominum nostrum Jesum Christum Filium ejus unicum. Qui Conceptus est de Spiritu Sancto, natus ex Maria Virgine, Passus in tempore Pilati Pontii, et crucifixus, et mortuus, et sepultus: et descendit ad Infernum; et in die tertia surrexit a mortuis: et ascendit ad Coelos, et sedet ad dexteram Dei Patris Omnipotentis, et venturus est ex inde ad judicandum vivos, ct mortuos. Credo in Spiritum Sanctum, et Ecclesiam Catholicam Sanctam: Et Communionem Sanctorum: Et remissionem peccatorum: Et resurrectionem mortuorum: Et vitam aeternam. Amen.

وصايا الله تعالى

انا هو الله الاهك لا يكون لك اله غيرى ✱ لا تحلف بسم الله بالباطل ✱ احفظ ايام الاعياد ✱ اكرم اباك وامك ✱ لا تقتل ✱

لا تزنى * لا تسرق * لا تشهد بالزور * لا تشتهى امرة قريبك.
لا تشتهى مقتنا قريبك ❊

Praecepta Dei Excelsi.

Ego sum Deus Deus tuus; non erit tibi Deus, praeter me. Ne jures per nomen Dei in vanum. Observa dies festorum. Honora patrem tuum, et matrem tuam. Non occides. Ne forniceris. Ne fureris. Ne testificeris mendaciter. Ne concupiscas mulierem proximi tui. Ne concupiscas bona proximi tui.

الشكر لله

نشكرك ايها الاله ضابط الكل على جميع الانعام التى انعمتها
علينا وانت الحى المالك الى ابد الابدين امين ❊

Gratiarum Actio Deo.

Agimus tibi gratias, o Deus Omnipotens, pro universis beneficiis tuis, quae fecisti super nos: Et tu qui vivis, regnas in saecula saeculorum. Amen.

ADNOTATIONES GRAMMATICALES IN PRAEDICTAS ORATIONES

Quomodo unaquaeque dictio sine motionibus exarata efferatur, ratio ab Orthographia Vulgari, et praxi petenda est. Hoc unicum pro tyronum Europae auxilio advertendum, quod Grammaticorum Verba primitiva primae, secundae, et tertiae formae, Verba derivativa, quibus Vulgus utitur, necnon Nomina, et Particulas cum suis quorumcumque motionibus, in eadem Orthographia traditis, etiam Vulgares adhibere solent, non quidem adamussim, sed cum aliqua saepe literarum elisione, idque inter confabulationes domesticas evenit. Porro adnotationes praecipuae in praedictas Orationes hic referuntur.

1. Dictio بسم *besm* in signo Sanctae Crucis componitur ex بِ, et اسم *esm*; sed *alef* unionis excidit in dictionibus

بسم الاب *besm elab, in nomine Patris*, et بسم الله *besm allah*, *in nomine Dei*, quod peculiare est; secus extra has sententias perpetuo manet, scribiturque باسم .

الاب *elab, Patris*, Nom. اب cum Articulo ال, qui pronunciatur *el*. Nomina Substantiva in casu Genitivo posita, nisi Propria sint, vel adsit Affixum, habere solent Articulum, ut reliquis dictionibus praedicti signi evenit.

In Oratione Dominicali duae dictiones تاتى *tati, adveniat*, et تكون *taekun*, *sit* vel *fiat*, ponuntur pro تَأتِ et تَكُنْ, vel pro لِتَاتِ et لِتَكُن, quia Vulgares ob motionum deficientiam scribere solent omnes literas radicales, et serviles; ideoque secundae personae singul. foemin. tam Praeteriti, et Modzharei, quam Imperativi, nec non Pronomini Personali ejusdem personae, addunt literam ى hoc modo, نصرتى *nassarti* et انتى *enti*, pro نَصَرْتِ et انْتِ; nec regulas Nasbi, et Giezmae, idest rejectionem literarum, agnoscunt.

Symbolum fidei scripturaliter compositum est, aliqua enim Verba passiva Scripturalium continet, nimirum حبل *hhobel, conceptus fuit*; ولد *voled, natus fuit*; صلب *ssoleb, crucifixus fuit*; قبر *qober, sepultus fuit*. Item سياتى ليدين *saejati lejaedin, venturus est ad judicandum*: س enim Particula est Futuri, et ل Gerundii in *dum*, quibus utuntur Grammatici, et Scripturales. Reliquae dictiones facillime legi possunt.

Haecque de Grammaticali, Scripturali, et Vulgari exercitatione dicta utcunque sufficiant. Quae omnia ad majorem Dei, Beatiss. V. M., Sanctique Patris Francisci gloriam, et honorem, necnon ad animarum infidelium salutem acquirendam exarata sunt.

FINIS FLORUM GRAMMATICALIUM.

QUATUOR PRIMA CAPITA

G E N E S E O S

CUM INTERPRETATIONE LITERALI.

GENESIS.

CAPUT PRIMUM.

1. أَوَّلُ مَا خَلَقَ ٱللّٰهُ ٱلسَّمَآءَ وَٱلْأَرْضَ .2 وَكَانَتِ ٱلْأَرْضُ غَامِرَةً
مُسْتَبْحِرَةً وَظَلَامٌ عَلَى وَجْهِ ٱلْغَمْرِ وَرِيَاحُ ٱللّٰهِ تَهُبُّ عَلَى وَجْهِ ٱلْمَآءِ
3. فَشَآءَ ٱللّٰهُ أَنْ يَكُونَ نُورٌ فَكَانَ نُورٌ .4 لَمَّا عَلِمَ ٱللّٰهُ أَنَّ
ٱلنُّورَ جَيِّدٌ فَصَلَ ٱللّٰهُ بَيْنَ ٱلنُّورِ وَٱلظَّلَامِ .5 وَسَمَّى ٱللّٰهُ أَوْقَاتَ ٱلنُّورِ
نَهَارًا وَأَوْقَاتَ ٱلظَّلَامِ لَيْلًا وَلَمَّا مَضَى ٱللَّيْلُ وَٱلنَّهَارُ يَوْمٌ وَاحِدٌ
6. شَآءَ ٱللّٰهُ أَنْ يَكُونَ جَلَدٌ فِي وَسَطِ ٱلْمَآءِ وَيَكُونَ فَاصِلًا بَيْنَ
ٱلْمَآءَيْنِ .7 فَصَنَعَ ٱللّٰهُ ٱلْجَلَدَ وَفَصَلَ بَيْنَ ٱلْمَآءِ ٱلَّذِى مِنْ دُونِهِ
وَٱلْمَآءِ ٱلَّذِى فَوْقَهُ فَكَانَ كَذٰلِكَ .8 وَسَمَّى ٱللّٰهُ ٱلْجَلَدَ سَمَآءً وَلَمَّا
مَضَى مِنَ ٱللَّيْلِ وَٱلنَّهَارِ يَوْمٌ ثَانٍ .9 شَآءَ ٱللّٰهُ أَنْ يَجْتَمِعَ ٱلْمَآءُ
مِنْ تَحْتِ ٱلسَّمَآءِ إِلَى مَوْضِعٍ وَاحِدٍ وَيَظْهَرَ ٱلْيَبَسُ فَكَانَ كَذٰلِكَ

1. Primum quod creavit Deus (fuit) Coelum et Terra: 2. Eratque terra abyssis cooperta, obruta mari: et tenebrae super faciem abyssi, et venti Dei flabant super faciem aquae. 3. Voluitque Deus ut esset lux, et fuit lux. 4. Cum cognovisset Deus lucem esse bonam, divisit Deus inter lucem et tenebras. 5. Et vocavit Deus tempora lucis, diem; et tempora tenebrarum, noctem. Cumque praeteriisset nox et dies, dies unus, 6. Voluit Deus ut esset firmamentum in medio aquae, et esset dividens inter ambas aquas. 7. Et fecit Deus firmamentum, divisitque inter aquam quae est infra illud, et aquam quae est super illud: et fuit ita. 8. Et vocavit Deus firmamentum, Coelum. Cumque praeteriisset ex nocte et die, dies secundus, 9. Voluit Deus ut congregaretur aqua de sub coelo in locum unum, et appareret ariditas:

.10 وَسَمَّى ٱللّٰهُ ٱلْيَبَسَ أَرْضًا وَمُجْتَمَعَ ٱلْمَآءِ بِحَارًا لَمَّا عَلِمَ أَنَّ
ذٰلِكَ جَيِّدٌ .11 وَشَآءَ ٱللّٰهُ أَنْ يُكَلِّيَ ٱلْأَرْضُ كَلَآءً عُشْبًا ذَا حَبٍّ
وَشَجَرًا ذَا ثَمَرٍ مُخْرِجَ ثَمَرٍ لِأَصْنَافِهِ مَا غَرْسُهُ مِنْهُ عَلَى ٱلْأَرْضِ فَكَانَ
كَذٰلِكَ .12 وَأَخْرَجَتِ ٱلْأَرْضُ كَلَآءً وَعُشْبًا ذَا حَبٍّ لِأَصْنَافِهِ
وَشَجَرًا مُخْرِجَ ثَمَرٍ مَا غَرْسُهُ مِنْهُ لِأَصْنَافِهِ لَمَّا عَلِمَ
ٱللّٰهُ أَنَّ ذٰلِكَ جَيِّدٌ .13 وَلَمَّا مَضَى مِنَ ٱللَّيْلِ وَٱلنَّهَارِ
يَوْمٌ ثَالِثٌ .14 شَآءَ ٱللّٰهُ أَنْ يَكُونَ أَنْوَارٌ فِى جَلَدِ ٱلسَّمَآءِ
تَفْرِزُ بَيْنَ ٱللَّيْلِ وَٱلنَّهَارِ فَتَكُونَ آيَاتٍ وَأَوْقَاتًا وَأَيَّامًا وَسِنِينَ
.15 وَتَكُونَ أَنْوَارًا فِي جَلَدِ ٱلسَّمَآءِ تُضِيءُ عَلَى ٱلْأَرْضِ فَكَانَ
كَذٰلِكَ .16 وَصَنَعَ ٱللّٰهُ ٱلنَّيِّرَيْنِ ٱلْعَظِيمَيْنِ ٱلنَّيِّرَ ٱلْأَكْبَرَ لِلْإِضَآءَةِ
فِى ٱلنَّهَارِ وَٱلنَّيِّرَ ٱلْأَصْغَرَ لِلْإِضَآءَةِ فِى ٱللَّيْلِ وَٱلْكَوَاكِبَ

fuitque ita. 10. Et vocavit Deus ariditatem, terram; et congeriem aquae, maria. Cum cognovisset illud esse bonum, 11. Etiam voluit Deus ut germinaret terra germen, herbam habentem semen, et arbores frugiferas producentes fructus in species suas, quarum planta esset ex semetipsis super terram : et fuit ita. 12. Et produxit terra germen et herbam habentem semen in species suas, et arbores producentes fructus, quarum planta est ex semetipsis in species suas. Cum cognovisset Deus id esse bonum, 13. Et cum praeteriisset ex nocte et die, dies tertius, 14. Voluit Deus ut essent luces in firmamento coeli, dividentes inter noctem et diem, essentque signa, et tempora, et dies, et anni. 15. Et essent luces in firmamento coeli lucentes super terram : et fuit ita. 16. Et fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus ad illuminandum in die, et luminare minus ad illuminandum in nocte, ac

17. وَجَعَلَهَا اللّٰهُ فِي جَلَدِ السَّمَاءِ لِتُضِيَّ عَلَى الْأَرْضِ 18. وَلِلْاضَاءَةِ
فِي النَّهَارِ وَفِي اللَّيْلِ وَلِتَفْرِزَ بَيْنَ النُّورِ وَالظَّلَامِ لَمَّا عَلِمَ اللّٰهُ أَنَّ
ذَلِكَ جَيِّدٌ، 19. وَلَمَّا مَضَى مِنَ اللَّيْلِ وَالنَّهَارِ يَوْمٌ رَابِعٌ
20. شَاءَ اللّٰهُ أَنْ يَسْعَى مِنَ الْمَاءِ سَاعٍ ذُو نُفُوسٍ حَيَّةٍ وَطَيْرٌ يَطِيرُ
عَلَى الْأَرْضِ قُبَالَةَ جَلَدِ السَّمَاءِ 21. فَخَلَقَ اللّٰهُ التَّنَانِينَ الْعِظَامَ
وَسَايِرَ النُّفُوسِ الْحَيَّةِ الدَّابَّةِ الَّتِي سَعَتْ مِنَ الْمَاءِ لِأَصْنَافِهَا وَكُلَّ
طَايِرٍ ذِي جَنَاحٍ لِأَصْنَافِهِ لَمَّا عَلِمَ اللّٰهُ أَنَّ ذَلِكَ جَيِّدٌ 22. وَبَارَكَ
اللّٰهُ فِيهِمْ وَقَالَ حَاكِمًا أَثْمِرُوا وَأَكْثِرُوا وَعُمُّوا الْمَاءَ الَّذِي فِي
الْبِحَارِ وَالطَّيْرُ يَكْثُرْ فِي الْأَرْضِ 23. وَلَمَّا مَضَى مِنَ اللَّيْلِ وَالنَّهَارِ
يَوْمٌ خَامِسٌ 24. شَاءَ اللّٰهُ أَنْ تُخْرِجَ الْأَرْضُ نُفُوسًا حَيَّةً لِأَصْنَافِهَا
بَهَايِمَ وَدَبِيبًا وَوَحْشَ الْأَرْضِ فَكَانَ كَذَلِكَ 25. فَصَنَعَ اللّٰهُ وَحْشَ
الْأَرْضِ لِأَصْنَافِهِ وَالْبَهَايِمَ لِأَصْنَافِهَا وَكُلَّ دَبِيبِ الْأَرْضِ لِأَجْنَاسِهِ لَمَّا

stellas. 17. Et posuit ea Deus in firmamento coeli, ut lucerent super terram. 18. Et ad illuminandum in die et in nocte, et ut dividerent inter lucem et tenebras. Cum cognovisset Deus illud esse bonum; 19. Et cum praeteriisset ex nocte ac die, dies quartus, 20. Voluit Deus ut ambularet ex aqua ambulans habens animas viventes, et volucre volans super terram e regione firmamenti coeli. 21. Creavitque Deus cetos magnos et reliquas animas viventes reptantes quae ambularunt ex aqua, in species suas; et omne volucre alatum in species suas. Cum cognovisset Deus illud esse bonum, 22. Benedixit etiam Deus illis, et dixit imperans: Fructificate et multiplicamini, et replete aquam quae est in maribus; et volucre multiplicetur in terra. 23. Et cum praeteriisset ex nocte et die, dies quintus, 24. Voluit Deus ut produceret terra animas vivas in species suas, jumenta, et reptile, et bestiam terrae: et fuit ita. 25. Et fecit Deus bestiam terrae in species suas, et omne reptile terrae in genera sua. Cum cogno-

عَلِمَ ٱللّٰهُ أَنَّ ذٰلِكَ جَيِّدٌ .26 وَقَالَ ٱللّٰهُ نَصْنَعُ إِنْسَانًا بِتَصْوِيرِنَا
وَتَشْكِيلِنَا إِيَّاهُ مُسَلَّطًا يَسْتَوْلِى عَلَى سَمَكِ ٱلْبَحْرِ وَطَيْرِ ٱلسَّمَآءِ
وَٱلْبَهَايِمِ وَجَمِيعِ ٱلْأَرْضِ وَسَايِرِ ٱلدَّبِيبِ ٱلدَّابِّ عَلَيْهَا .27 فَخَلَقَ
ٱللّٰهُ آدَمَ بِصُورَتِهِ بِصُورَةٍ شَرَّفَهَا ٱللّٰهُ مُسَلَّطًا خَلَقَهُ ذَكَرًا وَأُنْثَى
خَلَقَهُمَا .28 وَبَارَكَ فِيهِمَا ٱللّٰهُ وَقَالَ لَهُمَا أَثْمِرُوا وَٱكْثُرُوا وَٱمْلَأُوا
ٱلْأَرْضَ وَٱمْلِكُوهَا وَٱسْتَوْلُوا عَلَى سَمَكِ ٱلْبَحْرِ وَطَيْرِ ٱلسَّمَآءِ وَسَايِرِ
ٱلْحَيَوَانِ ٱلدَّابِّ عَلَى ٱلْأَرْضِ .29 وَقَالَ ٱللّٰهُ هَا قَدْ أَعْطَيْتُكُمْ كُلَّ
عُشْبٍ ذِى حَبٍّ عَلَى وَجْهِ جَمِيعِ ٱلْأَرْضِ وَكُلَّ شَجَرٍ فِيهِ ثَمَرٌ ذُو
حَبٍّ يَكُونُ لَكُمْ طَعَامًا وَلِجَمِيعِ وَحْشِ ٱلْأَرْضِ .30 وَجَمِيعِ طَيْرِ
ٱلسَّمَآءِ وَسَايِرِ مَا دَبَّ عَلَى ٱلْأَرْضِ ٱلَّذِى فِيهِ نَفْسٌ حَيَّةٌ ٱلْآنَ جَمِيعَ
خُضَرِ ٱلْعُشْبِ جَعَلْتُهُ مَأْكَلًا فَكَانَ كَذٰلِكَ .31 لَمَّا عَلِمَ

visset Deus illud esse bonum, 26. Tum dixit Deus, faciamus hominem formatione ac figuratione nostra, eumque dominantem, qui praesit piscibus maris, et volatili coeli, et jumentis, et toti terrae, et omni reptili reptanti super eam. 27. Et creavit Deus Adam in imagine sua; in imagine quam nobilitavit Deus, dominantem creavit illum: masculum et foeminam creavit ambos. 28. Benedixitque eis Deus, et dixit ambobus: fructificate, et multiplicamini, et replete terram, et possidete eam, et praeestote piscibus maris, et volatilibus coeli, et reliquo animanti reptanti super terram. 29. Et dixit Deus: ecce jam dedi vobis omnem herbam habentem semen super faciem universae terrae, et omnes arbores in quibus est fructus habens semen, ut sit vobis esca, et omni bestiae terrae, 30. Et omni volucri coeli, et omni quod reptat super terram, in quo est anima vivens. Denique omnia olera herbae constitui escam: et fuit ita. 31. Cum

آللّٰهُ أَنَّ جَمِيعَ مَا صَنَعَهُ جَيِّدٌ جِدًّا وَلَمَّا مَضَى مِنَ ٱللَّيْلِ
وَٱلنَّهَارِ يَوْمٌ سَادِسٌ *

CAPUT SECUNDUM.

1. كَمِلَتِ ٱلسَّمٰوَاتُ وَٱلْأَرْضُ وَجَمِيعُ جُيُوشِهِنَّ 2. وَأَكْمَلَ ٱللّٰهُ
فِى ٱلْيَوْمِ ٱلسَّابِعِ خَلْقَهُ ٱلَّذِى صَنَعَهُ وَعَطَلَ فِيهِ أَنْ يَخْلُقَ شَيْأً مِنْ
مِثْلِ خَلْقِهِ 3. وَبَارَكَ ٱللّٰهُ ٱلْيَوْمَ ٱلسَّابِعَ وَقَدَّسَهُ اذْ عَطَلَ فِيهِ أَنْ
يَخْلُقَ شَيْأً مِنْ مِثْلِ خَلْقِهِ ٱلَّذِى صَنَعَهُ 4. هٰذَا شَرْحُ تَوَاشِى
ٱلسَّمَآءِ وَٱلْأَرْضِ اذْ خُلِقَتَا فِى وَقْتِ صَنَعَ ٱللّٰهُ ٱلْأَرْضَ وَٱلسَّمَآءَ 5. وَإِنَّ
جَمِيعَ شَجَرِ ٱلصَّحْرَآءِ قَبْلَ أَنْ يَكُونَ فِى ٱلْأَرْضِ وَجَمِيعَ عُشْبِهَا
قَبْلَ أَنْ يَنْبُتَ لَمْ يُمْطِرِ ٱللّٰهُ عَلَيْهَا وَلَا إِنْسَانٌ كَانَ لِيَفْلَحَ ٱلْأَرْضَ
6. وَلَا بُخَارٌ كَانَ يَصْعَدُ مِنْهَا فَيَسْقِى جَمِيعَ وَجْهِهَا 7. وَإِنَّ ٱللّٰهُ
خَلَقَ آدَمَ تُرَابًا مِنَ ٱلْأَرْضِ وَنَفَخَ فِى أَنْفِهِ نَسَمَةَ ٱلْحَيَاةِ فَصَارَ آدَمُ

cognovisset Deus omne quod fecit, esse bonum valde; et cum praeteriisset ex nocte et die, dies sextus,

1. Perfecti sunt Coeli et Terra, et omnes exercitus eorum. 2. Et complevit Deus in die septimo creaturam suam quam fecit: et cessavit in illo creare rem similem creaturae suae. 3. Et benedixit Deus diei septimo, et sanctificavit eum, cum cessasset in illo creare rem similem creaturae suae quam fecerat. 4. Haec est narratio productionum coeli et terrae, quando creata sunt in tempore quo fecit Deus terram et coelum. 5. Ac vero super omnes arbores campi, antequam fuissent in terra, et super omnem herbam ejus, antequam germinasset, non pluerat Deus: nec homo erat, ut coleret terram; 6. Nec exhalatio ascendebat ex ea, ut irrigaret universam superficiem ejus. 7. Et vero Deus creavit Adam pulverem de terra, et insufflavit in nares ejus auram vitae, et factus est Adam anima ra-

نفسا ناطقا .8 وغرس الله جنانا في عدن شرقيا وصير هناك
آدم الذي خلقه .9 وانبت الله من الارض كل شجرة حسن
منظرها وطيب مأكلها وشجرة الحياة في وسط الجنان وشجرة
معرفة الخير والشر .10 وجعل نهرا يخرج من عدن ليسقي
الجنان ومن ثم يفترق فيصير اربعة اروس .11 اسم احدها
النيل وهو المحيط بجميع بلد زويلة الذي فيه الذهب
.12 وذهب ذلك البلد جيد ثم اللؤلؤ وحجارة البلور .13 واسم
النهر الثاني جيحان وهو المحيط بجميع بلد الحبشة .14 واسم
النهر الثالث دجلة وهو يسير في شرقي الموصل والنهر الرابع هو
الفرات .15 فاخذ الله آدم وانزله في جنان عدن ليفلحه
وليحفظه .16 وامر الله آدم قايلا من جميع شجر الجنان جايز

tionalis. 8. Et plantavit Deus hortum in Eden ad Orientem, et posuit ibi Adam quem creaverat. 9. Et germinare fecit Deus de terra omnem arborem pulchri aspectus, et suavis esus; et arborem vitae in medio horti, et arborem scientiae boni et mali. 10. Et statuit flumen quod egrediebatur ex Eden, ut irrigaret hortum. Et exinde dividitur, et fit quatuor capita: 11. Nomen unius ex eis, Nilus; et ipse est circumdans omnem regionem Zevila, in qua est aurum: 12. Et aurum ejus regionis est bonum; ibi uniones et lapides crystalli. 13. Et nomen fluminis secundi, Gihan; et ipsum est circumdans omnem regionem Aethiopiae. 14. Et nomen fluminis tertii, Degla; et ipsum fluit in partem orientalem Mesopotamiae. Et flumen quartum est Euphrates. 15. Sumpsitque Deus Adam, et collocavit eum in horto Eden, ut coleret illum, et custodiret eum. 16. Et praecepit Deus Adam, dicens: Ex omnibus arboribus horti licitum est tibi come-

لَكَ أَنْ تَأْكُلَ .17 وَمِنْ شَجَرَةِ مَعْرِفَةِ ٱلْخَيْرِ وَٱلشَّرِّ لَا تَأْكُلْ
فَانَّكَ فِي يَوْمِ أَكْلِكَ مِنْهَا تَسْتَحِقُّ أَنْ تَمُوتَ .18 وَقَالَ ٱللّٰهُ لَا
خَيْرَ فِي بَقَآءِ آدَمَ وَحْدَهُ أَصْنَعُ لَهُ عَوْنًا حِذَآءَهُ .19 فَحَشَرَ ٱللّٰهُ مِنَ
ٱلْأَرْضِ جَمِيعَ وَحْشِ ٱلصَّحْرَآءِ وَطَيْرِ ٱلسَّمَآءِ وَأَتَى بِهَا الَى آدَمَ لِيُرِيَهُ
مَا يُسَمِّيهَا فَكُلُّ مَا سَمَّى آدَمُ مِنْ نَفْسٍ حَيَّةٍ بِٱسْمٍ هُوَ ٱسْمُهُ الَى
ٱلْآنِ .20 فَأَسْمَى آدَمُ أَسْمَآءً لِجَمِيعِ ٱلْبَهَائِمِ وَطَيْرِ ٱلسَّمَآءِ وَجَمِيعِ
وَحْشِ ٱلصَّحْرَآءِ وَلَمْ يَجِدْ آدَمُ عَوْنًا حِذَآءَهُ .21 فَأَوْقَعَ ٱللّٰهُ سُبَاتًا
عَلَى آدَمَ لِيَلَّا يَحِسَّ فَنَامَ فَٱسْتَلَّ احْدَى أَضْلَاعِهِ وَسَدَّ مَكَانَهَا
بِلَحْمٍ .22 وَبَنَى ٱللّٰهُ ٱلضِّلْعَ ٱلَّتِي أَخَذَ ٱمْرَأَةً فَأَتَى بِهَا الَى آدَمَ
.23 وَقَالَ آدَمُ هٰذِهِ ٱلْمَرَّةَ شَاهَدْتُ عَظْمًا مِنْ عِظَامِي وَلَحْمًا مِنْ
لَحْمِي وَيَنْبَغِي أَنْ تُسَمَّى ٱمْرَأَةً لِأَنَّهَا مِنَ ٱمْرِيٍ أُخِذَتْ .24 وَلِذٰلِكَ

dere; 17. At ex arbore scientiae boni et mali ne comedas: nam in die comestionis tuae ex ea, mereberis mori. 18. Et dixit Deus: Non est bonum permanere Adam solum: faciam ei adjutorem e regione ipsius. 19. Collegit autem Deus de terra omnes belluas campi et volatilia coeli, et adduxit ea ad Adam, ut ostenderet ei quid vocaret ea. Et quicquid vocavit Adam ex anima vivente, nomine aliquo, ipsum est nomen ejus usque modo. 20. Vocavit ergo Adam nomina omnibus jumentis et volatilibus coeli, et omni bestiae campi. Nec inveniebat Adam auxilium e regione sui. 21. Itaque immisit Deus somnum in Adam, ne sentiret, dormivitque. Et extraxit unam costarum ejus, et obturavit locum ejus carne. 22. Et fabricavit Deus costam quam acceperat, in mulierem, et adduxit eam Adae. 23. Et dixit Adam: Haec mulier vidit os ex ossibus meis, et carnem de carne mea; decetque ut vocetur virago, quia de virilitate mea desumpta est. 24. Et propterea relinquet vir patrem suum et matrem suam, et adhae-

يترك الرجل اباه وامه ويلزم زوجته فيصيران كجسد واحد
.25 وكانا جميعا عريانين آدم وزوجته ولا يحتشمان من ذلك ※

CAPUT TERTIUM,

.1 والثعبان صار حكيما من جميع حيوان الصحراء الذى
خلقه الله فقال للمرأة أيقينا قال الله لا تأكلا من جميع
شجر الجنان .2 قالت المرأة للثعبان من ثمر شجر الجنان
نأكل .3 لكن من ثمر الشجرة التى فى وسطه قال الله لا
تأكلا منه ولا تدنوا به كيلا تموتا .4 قال لها لستما
تموتان .5 ان الله عالم أنكما فى يوم أكلكما منه تنفتح
عيونكما وتصيران كالملائكة عارفى الخير والشر بزيادة
.6 فلما رأت المرأة أن الشجرة طيبة المأكل شهية للمنظر منى
للعقل أخذت من ثمرها فأكلت وأعطت بعلها فأكل معها

rebit uxori suae, eruntque ambo quasi corpus unum. 25. Et erant ambo nudi, Adam et conjux ejus, nec erubescebant ob hoc.

1. Et serpens factus est sapientissimus prae omnibus animantibus campi, quae creaverat Deus; dixitque mulieri: Vere ne dixit Deus, Ne comedatis ex omnibus arboribus horti? 2. Ait mulier serpenti : Ex fructibus arborum horti comedimus; 3. Sed ex fructibus arboris quae est in medio ipsius, dixit Deus: Ne comedatis ex eis, et ne tangatis eos ut non moriamini. 4. Dixit ei: Nequaquam moriemini; 5. Verum Deus scit quod in die comestionis vestrae ex eis, aperientur oculi vestri, et fietis velut Angeli, abundantius scientes bonum et malum. 6. Cum ergo vidisset mulier quod arbor esset suavis ad escam, grata aspectu, optabiiis intellectui; accepit ex fructibus ejus, et comedit: deditque con-

7. فَٱنْفَتَحَتْ عُيُونُهُمَا فَعَلِمَا أَنَّهُمَا عُرْيَانَانِ فَخَيَّطَا مِنْ وَرَقِ
ٱلتِّينِ مَا صَنَعَا مِنْهُ مَآزِرَ 8. فَسَمِعَا صَوْتَ ٱللّٰهِ مَارًّا فِى ٱلْجِنَانِ
بِرِفْقٍ فِى حَرَكَةِ ٱلنَّهَارِ فَٱسْتَخْبَأَ آدَمُ وَزَوْجَتُهُ مِنْ قِبَلِ صَوْتِ
ٱللّٰهِ خِبَآءً فِيمَا بَيْنَ شَجَرِ ٱلْجِنَانِ 9. فَنَادَى ٱللّٰهُ آدَمَ وَقَالَ لَهُ
مُقَرِّرًا أَيْنَ أَنْتَ 10. قَالَ إِنِّي سَمِعْتُ صَوْتَكَ فِى ٱلْجِنَانِ
فَتَيَقَّنْتُ إِذْ أَنَا عُرْيَانٌ فَٱسْتَخْبَأْتُ 11. قَالَ مَنْ أَخْبَرَكَ أَنَّكَ
عُرْيَانٌ أَمِنَ ٱلشَّجَرَةِ ٱلَّتِى نَهَيْتُكَ عَنِ ٱلْأَكْلِ مِنْهَا أَكَلْتَ
12. قَالَ آدَمُ ٱلْمَرْأَةُ ٱلَّتِى جَعَلْتَهَا مَعِى هِىَ أَعْطَتْنِى مِنَ ٱلشَّجَرَةِ
فَأَكَلْتُ 13. قَالَ ٱللّٰهُ لِلْمَرْأَةِ مَاذَا صَنَعْتِ قَالَتِ ٱلثُّعْبَانُ
أَغْوَانِى فَأَكَلْتُ 14. قَالَ ٱللّٰهُ لِلثُّعْبَانِ إِذْ صَنَعْتَ هٰذَا بِعِلْمٍ
فَأَنْتَ مَلْعُونٌ مِنْ جَمِيعِ ٱلْبَهَائِمِ وَجَمِيعِ وَحْشِ ٱلصَّحْرَآءِ وَعَلَى

jugi suo, et comedit cum ipsa. 7. Et aperti sunt oculi amborum, cognoveruntque se esse nudos: consueruntque ex foliis fici quiddam ex quo composuerunt velamina. 8. Audierunt autem vocem Dei euntis in hortum placide in motu diei, abdideruntque se Adam et conjux ejus a conspectu vocis Dei abditione, inter arbores horti: 9. Vocavitque Deus Adam, et dixit ei interrogative: Ubi es? 10. Dixit: Quia audivi vocem tuam in horto, certusque factus sum me esse nudum, abscondi me. 11. Dixit: Quis indicavit tibi te esse nudum? Anne ex arbore, e qua prohibui te ne comederes ex ea, comedisti? 12. Ait Adam: Mulier quam statuisti mecum, ipsa dedit mihi ex arbore, et comedi. 13. Dixit Deus mulieri: Quid fecisti? Ait: Serpens seduxit me, et comedi. 14. Dixit Deus serpenti: Cum feceris hoc scienter, tu es maledictus prae omnibus jumentis, et prae omnibus belluis campi, et super pectus tuum ambulabis, et terram comedes longitudine dierum

صَدْرِكَ تَسْلُكُ وَتُرَابًا تَأْكُلُ طُولَ أَيَّامِ حَيَاتِكَ 15. وَأَجْعَلُ عَدَاوَةً
بَيْنَكَ وَبَيْنَ ٱلْمَرْأَةِ وَبَيْنَ نَسْلِكَ وَنَسْلِهَا وَهُوَ يَشْدَخُ مِنْكَ ٱلـــرَّأْسَ
وَأَنْتَ تَلْدَغُهُ فِى ٱلْعَقِـــبِ 16. وَقَالَ لِلْمَرْأَةِ لَأُكْثِرَنَّ مَشَقَّتَـــكِ
وَحَمْلَكِ وَبِمَشَقَّةٍ تَلِدِينَ ٱلْأَوْلَادَ وَإِلَى بَعْلِكِ يَكُونُ قِيَـادُكِ وَهُـــوَ
يَتَسَلَّطُ عَلَيْكِ 17. وَقَالَ لِآدَمَ إِذْ قَبِلْتَ قَوْلَ زَوْجَتِكَ فَأَكَلْـــتَ
مِنَ ٱلشَّجَرَةِ ٱلَّتِى نَهَيْتُكَ قَائِلًا لَا تَأْكُلْ مِنْهَا مَلْعُونَـــةٌ ٱلْأَرْضُ
بِسَبَبِكَ بِمَشَقَّةٍ تَأْكُلُ مِنْهَا طُولَ حَيَاتِكَ 18. وَشَوْكًـــا وَدَرْدَرًا
تُنْبِتُ لَـكَ وَتَأْكُلُ عُشْبَ ٱلصَّحْرَاءِ 19. بِعَرَقِ وَجْهِكَ تَأْكُــلُ
ٱلطَّعَامَ إِلَى حِينِ رُجُوعِكَ إِلَى ٱلْأَرْضِ ٱلَّتِى أُخِذْتَ مِنْهَا لِأَنَّكَ تُرَابٌ
وَإِلَى ٱلتُّرَابِ تَرْجِعُ 20. وَسَمَّى آدَمُ زَوْجَتَهُ حَوَّا لِأَنَّهَا كَانَــتْ أُمَّ
كُلِّ حَيٍّ نَاطِقٍ 21. وَصَنَعَ ٱللَّهُ لِآدَمَ وَزَوْجَتِهِ ثِيَـــابَ بَـــدَنٍ
وَأَلْبَسَهُمَا 22. ثُمَّ قَالَ ٱللَّهُ هُوَذَا آدَمُ قَدْ صَارَ كَوَاحِدٍ مِنَّـــا

vitae tuae. 15. Et ponam inimicitiam inter te et inter mulierem, et inter stirpem tuam et stirpem ejus: et haec findet ex te caput, et tu mordebis eam in calcaneo. 16. Et dixit mulieri: Sane multiplicabo afflictionem tuam, et conceptionem tuam, et cum difficultate parturies filios; et mariti tui erit gubernatio tua, et ipse dominabitur tibi. 17. Et dixit Adae: Cum acquieveris sermoni conjugis tuae, et comederis ex arbore quam interdixi tibi, dicens: Ne comedas ex ea; maledicta terra, causa tui; cum labore comedes ex ea longitudine vitae tuae. 18. Et spinas et tribulos pullulabit tibi, et comedes herbam campi: 19. Cum sudore vultus tui comedes cibum usque ad tempus reversionis tuae in terram, e qua desumptus es: quia tu terra es, et in terram reverteris. 20. Et nominavit Adam uxorem suam Evam; quia ipsa fuit mater omnis viventis rationalis. 21. Fecitque Deus Adae et uxori ejus indumenta corii, et vestivit ambos. 22. Tum

يَعْرِفُ مَعْرِفَةَ ٱلْخَيْرِ وَٱلشَّرِّ وَٱلْآنَ فَيَجِبُ أَنْ يُخْرَجَ مِنَ ٱلْجِنَانِ
لِئَلَّا يَمُدَّ يَدَهُ فَيَأْخُذَ مِنْ شَجَرَةِ ٱلْحَيَاةِ أَيْضًا وَيَأْكُلَ فَيَحْيَا
إِلَى ٱلدَّهْرِ .23 فَطَرَدَهُ ٱللّٰهُ مِنْ جِنَانِ عَدْنٍ لِيَفْلَحَ ٱلْأَرْضَ ٱلَّتِي
أُخِذَ مِنْهَا .24 وَلَمَّا طُرِدَ آدَمُ أَسْكَنَ مِنْ شَرْقِيِّ جِنَانِ عَدْنٍ
ٱلْمَلَائِكَةَ وَلَمْعَ سَيْفٍ مُتَقَلِّبٍ لِيَحْفَظُوا طَرِيقَ شَجَرِ ٱلْحَيَاةِ ❋

CAPUT QUARTUM.

.1 ثُمَّ إِنَّ آدَمَ وَاقَعَ حَوَّا زَوْجَتَهُ فَحَمَلَتْ وَوَلَدَتْ قَايِنَ فَقَالَتْ
قَدْ رُزِقْتُ رَجُلًا مِنْ عِنْدِ ٱللّٰهِ .2 ثُمَّ عَاوَدَتْ فَوَلَدَتْ أَخَاهُ هَابِيلَ
فَكَانَ هَابِيلُ رَاعِيَ غَنَمٍ وَقَايِنُ كَانَ يَفْلَحُ ٱلْأَرْضَ .3 فَلَمَّا
كَانَ بَعْدَ أَيَّامٍ أَتَى قَايِنُ مِنْ ثَمَرِ ٱلْأَرْضِ بِهَدِيَّةٍ لِلّٰهِ .4 وَأَتَى
هَابِيلُ أَيْضًا بِشَيْءٍ مِنْ بُكُورَةِ غَنَمِهِ وَمِنْ سِمَانِهَا فَقَبِلَ ٱللّٰهُ
هَابِيلَ وَهَدِيَّتَهُ .5 وَقَايِنُ وَهَدِيَّتُهُ لَمْ يَقْبَلْهُمَا فَٱشْتَدَّ عَلَى قَايِنَ

dixit Deus: Ecce Adam jam factus est ut uuus e nobis, sciens scientiam boni et mali; et modo oportet ut exeat ex horto, ne extendat manum suam et accipiat ex arbore vitae quoque, et comedat, et vivat in saeculum. 23. Expulitque eum Deus ex horto Eden, ut coleret terram e qua desumptus fuerat. 24. Et cum expulsus fuisset Adam, habitare fecit a parte orientali horti Eden Angelos, et coruscationem gladii versatilis, ut custodirent viam arboris vitae.

1. Praeterea Adam coivit cum Eva uxore sua, et concepit, et peperit Cain, dixitque: Jam obtinui virum a Deo. 2. Tum iterato genuit fratrem ejus Habel: eratque Habel pastor ovium, et Cain colebat terram. 3. Cumque dies aliquot praeteriissent, attulit Cain de fructibus terrae munus Deo. 4. Et attulit Habel quoque aliquot ex primogenitis ovium suarum, et ex pinguissimis earum. Acceptavitque Deus Habel et donum ejus; 5. Et Cain et munus ejus non ac-

جدا وسقط وجهه حياء 6. وقال الله لقاين لم اشتد عليك
ولم سقط وجهك 7. الا انك لو جودت قبلت واذ لم تجود
فاينما اتجهت خطاوك رابض واليك قياده وانت المسلط عليه
بالاختيار 8. ثم قاول قاين هابل اخاه فلما كانا في الصحراء
قام قاين الى هابل اخيه فقتله 9. فقال الله لقاين مقررا اين
هابيل اخوك قال لا اعلم هل انا حافظ اخي 10. وقال ما ذا
صنعت دم اخيك صارخ الي من الارض 11. والان انت ملعون
من الارض التي فتحت فاها وقبلت دم اخيك من يدك 12. بان
تفلح الارض ولا تعود ان تعطيك قواها ونايعا نايدا تكون في
الارض 13. قال قاين لله تعالى ذنبي اعظم من ان يغفر
14. فان طردتني اليوم عن وجه الارض هل استتر من بين يديك

ceptavit. Durumque fuit Caino vaide, et cecidit vultus ejus prae verecundia. 6. Et dixit Deus Caino : Cur durum fuit tibi ? et cur cecidit vuitus tuus ? 7. Nonne si bene egeris, recipies ? quumque non bene egeris, quocumque perrexeris, peccatum tuum cubans est, et ad te spectat moderatio ejus, et tu es qui dominaris iliius per electionem. 8. Praeterea locutus est Cain cum Habei fratre suo; cumque essent ambo in campo, surrexit Cain ad Habel fratrem suum, et occídit eum. 9. Dixitque Deus Caino interrogative: Ubi est Habel frater tuus? Ait: Nescio; num ego custos sum fratris mei? 10. Et dixit: Quid fecisti? sanguis fratris tui clamans est ad me de terra. 11. Et nunc tu es maledictus a terra, quae aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. 12. Nam tu coles terram, et amplius non dabit tibi vim suam: et perturbatus, ac profugus eris in terra. 13. Dixit Cain Deo excelso : Cuipa mea major est quam ut condonetur. 14. Quod si expeilas me hodie de superficie terrae, numquid delitescam a conspectu tuo ? et si fuero turba-

وإن كنت نايعا نايدا في الأرض كان كل من وجدني يقتلني
15. قال الله لذلك كل من قتل قاين يقاد به كثيرا فجعل
الله لقاين آية لئلا يقتله كل من وجده 16. وخرج قاين
من قدام الله فأقام بأرض نود شرقي عدن 17. وواقع قاين
زوجته فحملت وولدت خنوخ ثم بنى قرية فسماها باسم ابنه
خنوخ 18. ثم ولد لخنوخ عيراذ وعيراذ أولد محيابيل
ومحيابيل أولد متوشابيل ومتوشابيل أولد لامخ 19. واتخذ له
لامخ زوجتين اسم احداهما عاذا والأخرى صلا 20. فولدت عاذا
يابال هو أول سكان الخيام ومتخذي المواشي 21. واسم أخيه
يوبال هو أول من حمل الطنبور والقيثار 22. وصلا أيضا
ولدت توبل قاين وهو أول صيقل لجميع صنعة النحاس
والحديد وكانت أخته ناعمي 23. فقال لامخ لامرأتيه يا عاذا

tus ac profugus in terra, fiet ut quicumque invenerit me, occidat me. 15. Dixit Deus: Propterea omnis qui occiderit Cain, punietur valde. Et posuit Deus Caino signum, ut non occideret eum omnis qui reperiisset illum. 16. Et exivit Cain e conspectu Dei, et commoratus est in terra Nud ad orientalem partem Eden. 17. Et coivit Cain cum uxore sua, quae concepit ac genuit Enoch. Tum aedificavit urbem, vocavitque illam nomine filii sui Enoch. 18. Tum natus est ipsi Enoch Jradh; et Jradh genuit Mahiail; et Mahiail genuit Mathusaiah; et Mathusalah genuit Lamech. 19. Et sumpsit sibi Lamech duas uxores, nomen unius Adha, et alterius Sella. 20. Genuitque Adha Fabal; ipse est primus habitantium in tentoriis, et utentium armentis. 21. Et nomen fratris ejus Jubai; ipse est primus qui gestavit tympanum et citharam. 22. Et Sella quoque peperit Iubal-Cain; et ipse est primus laevigator totius artis auri-chalci, et ferri. Eratque soror ejus Naami. 23. Dixit autem Lamech duabus uxoribus suis:

وَيَا صَلَّا ٱسْمَعَا قَوْلِي وَيَا مَرْأَتَيْ لَامِخَ أَنْصِتَا لِمَقَالِي أَتُرَانِي قَتَلْتُ
رَجُلًا بِشَجَّتِي أَوْ صَبِيًّا بِجِرَاحَتِي 24. إِنْ كَانَ كَثِيرًا تُقَادُّ
بِقَايِنَ فَبِلَامِخَ أَكْثَرَ وَأَكْثَرَ 25. ثُمَّ إِنَّ آدَمَ وَاقَعَ أَيْضًا زَوْجَتَهُ
فَوَلَدَتِ ٱبْنًا وَأَسْمَتْهُ شِيثًا وَقَالَتْ إِنَّهُ قَدْ رَزَقَنِيَ ٱللّٰهُ نَسْلًا آخَرَ
بَدَلَ هَابِلَ إِذْ قَتَلَهُ قَايِنُ 26. وَلِشِيثٍ أَيْضًا وُلِدَ ٱبْنٌ وَسَمَّاهُ
أَنُوشَ حِينَئِذٍ ٱبْتُدِئَ بِٱلدُّعَاءِ بِٱسْمِ ٱللّٰهِ *

O Adha et o Sella, audite sermonem meum; et o duae uxores Lamech, attendite dictum meum. Numquid ego interfeci virum per fractionem capitis, aut puerum per vulnus meum? 24. Si multum animadversum est in Cain; in Lamech etiam magis ac magis. 25. Tum vero Adam coivit etiam cum uxore sua; genuitque filium, et vocavit eum Seth. Et dixit: jam concessit mihi Deus progeniem alteram pro Habel, cum occiderit eum Cain. 26. Et Seth quoque natus est filius, et vocavit eum Anus. Tunc coeptum fuit invocari nomen Dei.

FINIS.

INDEX.

LIBER PRIMUS.

De literis, earumque numero, ordine, sono, nexu, potestate, divisione etc.

LIBER SECUNDUS.

De Dictionibus Simplicibus, sive Partibus Orationis.

LIBRI SECUNDI PARS II.

De omnibus, quae ad perfectam Nominis cognitionem tradunt Arabes.

LIBRI SECUNDI PARS TERTIA.

De Natura et Qualitate Particularum.

LIBER TERTIUS.

De Syntaxi, seu recta Partium Orationis dispositione.

LIBRI TERTII PARS II.

De Constructione Orationis ligatae, idest de Arte Metrica Arabum.

RUDIMENTA LINGUAE ARABICAE

JUXTA VERNACULI IDIOMATIS USUM.

REIMPRIMATUR

Fr. Angelus Modena O. P. S. P. A. M.

REIMPRIMATUR

Joseph Canali Archiep. Colossens. Vicesgerens.

OPERE IN LINGUA ARABA

ALPHABETUM ARABICUM, cum Orat. Dominic., Salut. Angel., Symb. fidei. 1797, in-8. baj. 10.

BASILIUS MAGNUS (S.) REGULA AD MONACHOS. 1745, 1 vol. in-fol. Sc. 1. e baj. 20.

BELLARMINUS (V. Rob.) *S. R. E. C.* DOCTRINA CHRISTIANA, plurium Orationum appendice aucta per RAPH. TUKIUM *Episcopum Arsenovensem*. 1770, 1 vol. in-8. baj. 40.

— COMPENDIUM DOCTRINAE CHRISTIANAE. 1844, 1 vol. in-12. baj. 15.

BIBLIA SACRA ad usum Ecclesiarum Orientalium; additis e regione Bibliis latinis vulgatis, cura SERGII RISII *Damasceni*. 1671, 3 vol. in-fol. Sc. 16.

CATECHISMUS ROMANUS ex decreto Concilii Tridentini, jussu S. Pii V. P. M. editus. 1786-87, 2 vol. in-8. Sc. 2. e baj. 50.

CHRISOSTOMUS (S. Ioan.) LITURGIA (Arab. et Graec.) 1840, 1 vol. in-4. baj. 50.

INSTRUCTIO PRO CONFESSIONE ET COMMUNIONE, cum actibus virtutum theologalium, aliisque exercitiis ad virum christianum. 1770, 1 vol. in-8. baj. 20.

LIGUORI (S. Alfons. M. De) MASSIME ETERNE ed altre pie Orazioni raccolte da diversi Libri spirituali, tradotte in Arabo da MATTEO SCIAHUAN, *Professore di Lingue Orientali nel Collegio Urbano*. (Edizione seconda.) 1841, 1 vol. in-18. baj. 20.

MESE MARIANO, ossia *Il Mese di Maggio, consagrato alla Santissima Vergine Maria*, opera del P. MUZZARELLI, *della Compagnia di Gesù*, tradotto in Lingua Araba dal P. LIBEO MOTAINI, *Procuratore de' Monaci Libanesi Maroniti*. 1842, 1 vol. in-8. baj. 20.

MISSALE Arabicum et Graecum. 1840, 1 vol. in-4. Sc. 2.

NOVARIA (a Thomas) THESAURUS ARABICO-SYRO-LATINUS. 1636, 1 vol. in-8. baj. 60.

PROFESSIO ORTHODOXAE FIDEI ab Orientalibus facienda, jussu Urbani VIII. edita, cum interpretatione latina 1804, in-8. baj. 15.

SEGNERI (Paolo) d. C. d. G. IL PARROCO E CONFESSORE ISTRUITO con varie instruzioni ricavate da varj Autori, tradotto in Arabo. 1844, 1 vol. in-12. baj. 50.

LE SUDDETTE OPERE SONO VENDIBILI IN ROMA

PRESSO I SIGG. FRANCESCO, E LEOPOLDO BOURLIÈ,

Via di Capo le Case, Num. 29.